UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Die Urkunden des Bisthums Münster von 1201 - 1300

**Wilmans, Roger**

**Osnabrück, 1973**

Die Urkunden Des Bisthums Münster. 1201-1300.

urn:nbn:de:hbz:466:1-76285

Visual Library

# DIE URKUNDEN

DES

# BISTHUMS MÜNSTER.

## 1201 — 1300.

## 1.

*Adolf, Erzbischof zu Cöln, bestätigt einen von dem Stifte Kappenberg mit dem Grafen Otto von Zütphen wegen der Zehentlöse des Hofes Heile geschlossenen Vertrag.* 1200 (1201) *Jan.* 4. *Orig. im Gr. Archive zu Kappenberg; gedr. Niesert U.-S. II. p.* 302.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Adolphus divina favente clementia sanctę Coloniensis ecclesię archyepiscopus. Ecclesiis Dei prospicere, suscepti nos ratio monet officii, et adcrescentium cotidie scandalorum multitudo. Inde est quod ad omnium tam posterorum quam modernorum noticiam transmittere curavimus, qualiter comes Otto de Sutfenne, decimam super curtim Heile in Westfalia a nobis in beneficio habens, eam cuidam Siberto concessit, eandemque de Siberti manu receptam, possidet Everhardus de Bucheim, ministerialis recolendę memorię comitis Friderici de Altena germani nostri. Quem Everhardum rogaverunt fratres de Capenberg, iam dictę curtis possessores, ut ipse constitutam ex diebus antiquis redemptionem renovaret, videlicet ut pro totius pensione decimę tam maioris quam minoris, sex solidos Tremoniensis monetę eadem curtis annuatim persolvat, quibus acceptis, tam ipse Everhardus quam eius futurus heres nichil amplius requirat. Adquievit Everhardus, et in presentia domini sui comitis Friderici, fratrum Capenbergensium advocati, manipulorum collectionem exfestucavit, et conventionem iam dictam Herimanno venerando abbati et eius fratribus stabilivit, consentiente et annuente comite Ottone de Sutfenne, et prenominato Siberto. Cuius etiam decimę redemptio in synodo Heringe pronunciata et confirmata est. Nec hiis contenti, adierunt nos fratres de Capenberg, petentes predictam conventionem nostrarum cautione litterarum roborari. Quibus nos tamquam specialiter dilectis clementer annuentes, prefatam decimę redemptionem, videlicet VI. sol., auctoritate nostri firmamus officii, interdicentes et sub anathemate prohibentes, ne aliquis umquam decimator manipulos fratrum in Heile contingere, seu de nutrimentis animalium ibi quicquam exigere presumat, sed decima eorum tam maior quam minor in ea redemptionis summa, et in ea permaneat constitutionis forma, que a diebus antiquis usque ad hec nostra tempora immobiliter perdurasse cognoscitur, nullusque eis molestus sit, plus aliquid exigendo. In cuius rei confirmationem, presentem paginam sigilli nostri impressione iussimus insigniri, cui si quis contraire, et hec quę a nobis statuta sunt cassare presumpserit, Dei omnipotentis et beati Petri offensam incurrat, et nisi resipuerit, perpetua anathemati subiaceat.

Testes sunt: Domnus Herimannus venerabilis Monasteriensis episcopus, Engelbertus prepositus S. Georgii in Colonia, Theodericus prepositus in insula S. Suiberti, Thitmarus decanus in Trimọnia, Wernerus Lisbernensis abbas, Arnoldus comes de Altena, Adolphus comitis Friderici filius de Altena, Ludolphus dapifer et frater eius Lubertus; ministeriales Everhardus Hane et Lambertus frater eius, Theodericus de Mettere et Arnoldus frater eius, Lambertus de Hůvele, Adolphus Colve, Everbernus cognomento magnus, Theodericus Turco, Theodericus de Westwich. Testis etiam est Hartlivus sacerdos de Heringe.

Datum Trimonie per manum Godefridi capellarii, II. Non. Januarii, Anno dominicę incarnationis M°.CC°. [1]) Indictione IIIa.

Das mit rothen und grünen Fäden angehängte Siegel ist erhalten.

---

1) 1201 nach unserer Rechnung.

## 2.

*Hermann II., Bischof von Münster, bewilligt auf Bitten der Äbtissin Ida der St. Marienkirche zu Münster (Ueberwasser),* que per incendium [1]) aliaque perplurima mala iam heu quasi in lapsu fuerat, *die Wiedereinlöse des grossen und kleinen Zehnten in Ethelincthorpe.* presentibus — Herimanno preposito maiore, Heinrico maiore decano, Herimanno preposito S. Martini, Winemaro canonico; Godefrido de Sconebecke et filio eius Friderico, Herimanno de Monasterio, Frederico de Herlon. Acta — a. d. i. M^o^.CC^o^.I^o^. presidente Romane sedi Innocentio pontificatus sui quarto, duobus regibus electis in imperio Romano, neutro vero stabilito, presulatus nostri anno XXVIII^o^ [2]) Ind. III^a^. — *Orig. Klost. Ueberwasser Urk. 16., Abschr. Msc. II, 12. p. 2., gedr. Kindl. Beitr. III. Urk. p. 113, Niesert U.-S. II. p. 310.* —

Das zur Hälfte erhaltene in rothem Wachs schön ausgeprägte elliptische Siegel hängt an starken rothseidnen Schnüren.

## 3.

*Bischof Hermann II. verleiht der villa Bocholte Weichbildsrechte.* 1201. *Münster. — Nach Nünning Monum. Monast. dec. I. p. 260. u. Wigand Arch. II,* 340.

In nomine sancte et individue trinitatis. Hermannus Dei gratia Monasteriensis episcopus secundus. Quia ea, que in tempore geruntur, naturam temporis imitantia cum eo labuntur, scripto perpetuare perennique memorie duximus commendare ea maxime que ecclesie nostre honori conducunt et utilitati. Noverint igitur tam moderni quam futuri, quod ville nostre Epenebocholte id iuris, quod vulgo wicbilede dicitur, perpetua donatione concessimus. Verum quia hoc sine consensu Suederi de Dingede, cuius comitie predicta subiacebat villa, minime fieri debuit, hanc cum eo fecimus transactionem, ut predicto iuri suo in ipsa villa renunciaret et pro eo in recompensationem iudicium civile recipiat, quale est aliarum civitatum nostrarum, Monasterii, Coesfelde et ceterarum. Ut autem hec rata permaneant et inconvulsa perseverent, presentem paginam scribi et sigillo nostro fecimus communiri. Acta sunt hec publice presentibus et cognoscentibus Hermanno maiore preposito, Henrico maiore decano, Woltero de Hustede, preposito sancti Martini, Godefrido, Volmaro, Everhardo canonicis; laicis vero Wernero de Elen, Henrico de Reggede, Bernhardo Weren et Gerlago Bitter, Remberto de Stochem aliisque compluribus ecclesie nostre ministerialibus. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo primo, Romane sedi presidente Innocentio pontificatus sui anno quarto, duobus electis in imperio, neutro vero stabilito, presulatus nostri anno vicesimo octavo. Datum Monasterii.

---

[1]) Im J. 1197. Vgl. Erhard R. 2385. Aus dem dort erwähnten im 12. Jahrhundert niedergeschriebenen Evangelien-Codex des Kl Ueberwasser I. E. 6. Anhang f. 33, der jetzt wieder im Besitz des K. Studienfonds-Archivs ist, theilen wir die darin von gleichzeitiger Hand niedergeschriebene Notiz hier zuerst vollständig mit:

Anno ab incarnatione Domini M^o^. C^o^. XC^o^. VII^o^., indictione XV^a^, presidente Romane sedi domno Celestino papa, imperante Heinrico magno imperatore VI., cum esset nimia siccitas æris, Nonas Mai ignis de nocte consurgens universam pene Monasteriensem civitatem, tam ecclesias quam domos cum multa diversarum rerum copia hominumque magna multitudine consumpsit, excepto S. Lutgeri monasterio et Servatii capella. Quam cladem tanta inundatio imbrium secuta est, ut populus nimis afflictus divinam hanc esse ultionem iam non dubitaret.

[2]) So steht in der Urkunde.

## 4.

*Bernhard von Lippe, Abt in Lievland, bekundet, dass Giselbert von Warendorp sich die Vogtei über die Häuser in Mellage und den Mansen Lamberts, welche er früher, da er noch nicht in den geistlichen Stand getreten war, dem Kloster Marienfeld geschenkt habe, angemasst, jetzt aber vor dem Bischofe H(ermann) von Münster dieselbe resignirt habe.* TT. abbas de Lisbern, Hermannus de Rudenberc — — Acta — a. M°.CC°.I°. apud Stromberc — Regnante piissimo Romanorum rege domino Phylippo." *Original Kl. Marienfeld U.* 13., *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 8., *gedr. Kindl. Münst. Beitr. II. Urk. p.* 267.

Auf dem mit Hanfschnüren angehängten kleinen, elliptischen, aber nicht vorzüglich erhaltenen, Siegel sieht man einen aufrecht stehenden Geistlichen, in der rechten Hand einen Bischofsstab, in der linken ein Buch haltend. Die Umschrift ist undeutlich, und nur am Schlusse LIVON . . mit Sicherheit zu erkennen.

## 5.

*Thetburgis zu Wiedenbrück verpachtet den Zehnten des Hauses Langenhart im Kirchspiel Gütersloh* 1201. — *Orig. Klost. Marienfeld U.* 12; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 148, *II,* 11. *p.* 132.

Quod gerendum inspirat homini divina ratio, sic debet fieri ratum et stabile, ne possit processu temporis aliquorum calumpnia revocari. Sciant ergo tam presentes quam posteri, quod ego Thetburgis uxor Temmonis in Widenbruge, cum consensu Gerhardi Osnabrugensis episcopi et comitis Hermanni et cum compromissione filiorum meorum Heinrici, Herimanni et Temmonis, quandam decimam, que est in parrochia Gutterslo, de quadam domo Langenhart, Hermanno cultori eiusdem domus et suis heredibus totaliter contuli, tali tamen interpactione, ut quovis anno tres inde solidos persolvant, et si in die statuto, scilicet Egidii, non persolverint, nichil aliud nisi iuxta sententiam trium solidorum tenentur decano vadiare. Ut autem ista res semper integra et inconcussa permaneret, a sigillo domni episcopi Osnabrugensis et decani in Widenbruge accepit munimentum, sub cuius banno in generali sinodo tam in Widenbruge quam in Gutterslo attestante est confirmatum. Huius rei sunt testes Hermannus Monasteriensis episcopus, Otto comes in Benethem; Lambertus cappellanus episcopi, Conradus pincerna, Albertus de Affekke et familia Monasteriensis episcopi, Winricus capellanus, Engelbertus camerarius et familia Osnabrugensis episcopi, Daniel decanus in Widenbruge, sacerdotes Frethericus, Teodericus de Hersebroke, Reinherus de Rethe, Andreas capellanus in Widenbruge, Symon, Burchardus de Sunninchusen; laici vero Eilardus gogravius, Sifridus Ruffus, Wilhelmus de Boderike, Conradus Grubo, Ecbertus teloniarius, Ecbertus Holde, Arnoldus de Bettincthorpe, Giselbertus sutor, Wilbrandus mercator, Thegenhardus et alii cives in Widenbruge, Gerlacus sacerdos in Guttersloh, Conradus de Avenstrot, Gerlagus Hathewig, Herman de Sirsberge, Theodericus villicus, Rodolfus, Leveke, et tota parrochia in Gutterslo. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo primo, indictione quarta.

Die noch anhängenden Siegel des Dechanten von Widenbrück und des Bischofs von Osnabrück sind nicht zum Besten erhalten.

## 6.

*Innocenz III dankt dem Bischof von Münster für seine Anhänglichkeit an König Otto IV. und ermahnt ihn, auch ferner demselben anzuhangen* [1]*. Anagni* 1201. *November (vgl. Böhmer Reg. Imp.* 1198—1254 *p.* 300.*) Aus Baluze Epp. Inn. III. — Registr. Imperii 1. ep.* 59. *p.* 714.

Gratum gerimus et acceptum et tue devotionis constantiam in Domino commendamus, quod carissimo in Christo filio nostro illustri regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo, quem nos recepimus iam in

[1] Diese Ermahnung hatte, was den Bischof von Münster betraf, keinen Erfolg. Er hielt sich, wie die Datirung seiner Urkunden beweist, nach wie vor neutral.

regem et ad coronam imperii congruo tempore disposuimus evocare, fideliter et constanter adheres et auxilium tribuis et favorem. Super hoc ergo devotionem tuam prosequentes actionibus gratiarum, fraternitatem tuam monemus et exhortamur attentius et per apostolica tibi scripta mandamus, quatenus eidem regi, non obstante iuramento si quod duci Suevi ratione regni forsitan prestitisti, cum nos illud eo reprobato decreverimus non servandum, viriliter et potenter assistas et universos consanguineos et amicos tuos ad eius fidelitatem inducas, ita quod ex hoc gratiam nostram plenius merearis; sciturus quod sicuti prius quam ipsum acceperimus in regem, gratum reputavimus et acceptum, si quis ei fideliter adhereret. De cetero, presertim in viris ecclesiasticis, non dimitteremus inultum, si quis se ipsi duceret opponendum. Non autem te moveant maledicta quorundam etc. [1])

In derselben Weise schrieb der Papst noch: episcopis Pateburnensi, — Osenbruchensi, — Mindensi; — — comiti de Tikenburc — — Hermanno de Lippe — — comiti de Techeburg (*ita*) — — comiti de Arnesberc.

## 7.

* *Die Klöster Kappenberg und Averndorp bei Wesel werden von dem Zolle zu Neuss befreit.* 1193—1205 [2]) *Abschrift ex libro copiali s. XIII. in Msc. II, 45. p.* 38.

Adolphus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, fidelibus suis thelonearıis in Nussia, qui vel nunc theloneum ibidem tenent, vel pro tempore tenebunt, graciam suam et omne bonum. Scire vos volumus, quod nos antecessorum nostrorum vestigia sequentes, ob perpetuam nostri memoriam, ecclesie Capenbergensi et Wiselensi liberaliter concessimus, quatinus apud Nussiam de vino et de victualibus et de rebus suis, quascunque duxerint, nullum persolvant theloneum vel aliquam faciant dationem. Quocirca universis et singulis vobis, qui has litteras videritis, sub obtentu gracie nostre districte precipimus, ut hanc nostre liberalitatis concessionem predictis ecclesiis firmiter et diligenter observetis et de vino aut aliis victualibus seu quibuscumque rebus eorum nullum theloneum vel aliquam exactionem faciatis, sed eos absque omni gravamine et molestia liberos transire permittatis.

## 8.

* *Adolf, Erzbischof von Cöln, bekundet die Ueberlassung eines Zehnten an das Kloster Kappenberg seitens Ludolfs von Velmede.* 1193—1205. *Abschr. Msc. II,* 45. *p.* 34 *aus dem Originale.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Adolphus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archyepiscopus. Quia in eo loco et officio positi sumus, ut omnium in commune ecclesiarum paci et quieti prospicere debeamus, maxime tamen affectum pietatis illis tenemur impendere, qui se ipsos abnegantes et crucem Domini portantes per omnia mandatis se dominicis subdidere. Inde est, quod ad noticiam tam presentis, quam generationis, que ventura est, fideli literarum custodia transmittimus, quod nostro assensu et largitione, cuius manus est primaria, Ludolphus de Velmede, adiunctis sibi fratrum suorum manibus Arnoldi et Egezen, decimam maiorem et minorem, quam super curtim ecclesie de Capenberg in eadem villa sitam et super agrum qui dicitur Rodlant et duos mansos prefate curti additos beneficii tytulo possidebat, eiusdem ecclesie in perpetuum firma donatione remisit. Que etiam donatio manu dominorum, per quos eiusdem decime beneficium transfusum fuit, videlicet Henrici de Limburg, Bernhardi de Litberg, Reimberti de

---

[1]) Der Schluss dieses Briefes gleichlautend mit dem an den Erzbischof von Cöln gerichteten, l. c. p. 711, enthält die Versicherung des Papstes, dass er die Freiheit der deutschen Königswahl nicht antasten wolle.

[2]) Diese und die folgende Urkunde konnte nur nach der Regierungszeit Erzb. Adolfs datirt werden.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Elnere, facta et confirmata est. Ut autem huius donationis predicto Ludolpho digna recompensatio fieret, et nil ipse vel posteritatis eius heres umquam super collectionem tam maioris quam minoris decime attemptaret, a iam dicta ecclesia domum quandam cum suis reditibus, novem agris sequestratis et supradicte curti subiectis, in beneficio accepit, tali conditione preposita et laudata, ut qui post ipsum legitimus heres succederet, V marcas ecclesie componeret et eandem domum loco defuncti perciperet. Igitur ob spem eterne retributionis et petitionem dilecti nostri Hermanni abbatis et fratrum de Capenberg, predicte conventionis contitudinem [1]) auctoritate pontificali et banno apostolorum Petri et Pauli roboramus et presentis scripture suffragio et sigilli nostri velut speculi impressione communimus, anatematizantes omnem hominem, qui contra hoc venire et dolo vel arte temptaverit infringere. Testes fuerunt: Herimannus Capenbergensis abbas, Rotgerus cellerarius, Hedolphus, Winricus fratres laici, Arnoldus de Westwic et frater eius Theodericus, Lambertus de Wickede, Everhardus Hane et alii quam plures.

## 9.

** Hermann, Bischof zu Münster, bestätigt die Stiftung einer Kapelle zu Borken.* 1201 — 1203 [2]). *Orig. Fr. Münster* 31 b.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Herimannus Dei gratia Monasteriensis episcopus secundus. Ex collate nobis dignitatis officio poscimur et ex bone voluntatis debito trahimur et invitamur, quatinus siquidem a nobis vel ab aliis nostro in tempore rationabiliter gesta fuerint et ordinata, future posteritatis memorie committamus, et ut eo pietatis studio quo gesta sunt inviolabiliter observet, eidem imprimamus. Noverint igitur presentes et futuri, quod elemosina et devotio fidelium in uilla Burken aream quandam comparauit, et ad honorem beati Ludgeri confessoris atque prothopresulis Monasteriensis episcopii in eadem area capellam edificavit. Que cum divinorum et cotidiani sacerdotis pluribus annis careret obsequio, pius ecclesie nostre filius Bernardus Werenzo eam dotavit, et perpetuum sacerdotem elegit et instituit, cuius electionis et institutionis ius et arbitrium sibi et suis heredibus in perpetuum concessimus. Dotavit inquam manso in Holthusen, decima VII. solidorum in Recnen, tribus sol. in Mitwic ad luminaria, XII. denariis in Bulleren ad vinum et oblatas. Nos igitur bene geste rei consummationis manum imponere devoti, divine remunerationis intuitu et predicti fidelis nostri B. aliorumque fidelium interventu, iam dictam capellam dedicavimus, et a matrice ecclesia cum consensu et beneplacito pastoris et decani Heinrici emancipatam, omnino libertavimus, ita tamen quod sacerdos filialis ecclesie, matricis ecclesie sacerdoti vice capellani omni quidem tempore, sed in precipuis sollemnitatibus precipue deserviat. Is habeat secundam missam ceterasque obventiones quas capellani habere solent, sine mercede et mensa et expensa maioris sacerdotis. Huius facti testes fuerunt viri honesti clerici et laici: Herimannus maior prepositus, Heinricus maior decanus, Heinricus ipse pastor ecclesie, Gerlagus canonicus, Arnoldus, Lambertus, Gervasius capellani nostri. Laici vero: Godefridus de Gemene et frater eius Gozwinus, Alhardus de Heden, Tidericus de Amerunge, Israhel de Gemene, Bernardus Werenzo et frater eius Gerlagus, Johannes de Dulmene et frater eius Heinricus, aliique quamplures.

Das Siegel, welches mit rothen und grünen seidenen Fäden angehängt war, ist verloren gegangen.

---

[1]) So hat Kindlingers Abschrift; ich vermuthe, dass **constitutionem** oder **contestationem** im Original gestanden.

[2]) Die Urkunde gehört zwischen die Jahre 1201 und 1203, weil in jenem der Domdechant Heinrich zuerst urkundlich vorkommt, und in letzterem der Bischof starb.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 10.

** Schiedsrichterliche Beilegung eines Streits zwischen dem Kl. Marienfeld und dem Ritter Rotger über die Vil Harsewinkel. 1201—1211 [1]. Juni 18. Or. Kl. Marienfeld U. 15.*

Florentius in campo beatę Marię abbas universis fidelibus in Christo salutem. Cum nostram iurisdictio nem in Hoswincle sibi Rotgerus miles iniustę et indebitę usurparet, ville scilicet et silvarum inibi atqu campi beatę Marię, sed et de cambitione qualibet quatuor sibi dandos denarios et beddemundos de nostri sibi concessos diceret hominibus, hec omnia sibi firmiter asserens collata quoad viveret, nos vero contra rium probare et vellemus et possemus, ne inter nos et ipsum perpetue grassarentur inimicicie, utrimqu compromisimus in arbitrorum manus, quia illorum consilio sine retractatione pareremus. Erant autem ar bitri in parte nostra Giselbertus, prior noster, Bernardus de Lippa, frater noster, ex parte altera Daniel decanus de Widenbrukke, Sifridus Rufus. Horum igitur consilio nostram tali ordine terminavimus contro versiam: Rotgerus illis iubentibus iurisdictionem ville et silvarum de utrorumque commarcanorum termini et IIII[or] nummos de cambitione ac beddemundos in nostras manus integraliter resignavit, et confiten et recognoscens nil in omnibus sibi iuris competere; nos vero ad mandatum eorundem arbitrorum iurisdictionem et ville et silvarum, sed non predictos nummos neque beddemundos, iterum tali pacto Rotgero concessimus, ut quando voluerimus illas recipere et nobis vacare, ipse nullatenus valeat nec de beat contradicere. Testes sunt predicti arbitri Giselbertus prior, Bernardus de Lippa, Daniel decanus Sifridus Rufus, Ekkehardus de Mattenhem, Bernardus de Emese, Albertus plebanus de Hoswincle et noste conventus. Factum est hoc intra monasterium nostrum in domo infirmorum exteriori, die natali sanctorum martirum Marci et Marcelliani.

An einem Pergamentstreifen hängt ein fast rundes, wohlerhaltenes Siegel mit der Umschrift: SIGILL. ABB. DE CAMPO SCE MARIE.

## 11.

** Hermann, Bischof zu Münster, verleiht dem St. Aegidii-Kloster die Elemosyn-Präbende aus dem bischöflichen Hofe zu Wernen. 1201. (1202) Jan. 1. Münster. Orig. K. Aegidii U. 4; Abschr. Msc. I, 81. p. 302.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Herimannus Dei gratia Monasteriensis episcopus secundus. Officii nostri ordo exposcit, et rationi consentaneum esse videtur, ut ea que ad honorem Dei bono zelo aguntur in memoriam posterorum scriptis commendentur. Hac sana opinione provocati notum esse volumus omnibus tam futuri quam presentis evi fidelibus, quod nos paupertati et inopie ecclesie sancti Aegidii, ut iustum est et pium, condolentes, prebendam elemosinarum nobis vacantem, quam antecessores nostri et nos sepe locare consueveramus in pauperibus Christi et successores ipsorum quasi iure hereditario iam possidere voluerunt, propter antiquam consuetudinem ad tale malum evitandum cum consilio et consensu ecclesie nostre maioris eidem ecclesie sancti Egidii in Monasterio in perpetuum libere contulimus, videlicet decem moltos ordei de curte nostra Wernen ipsi ecclesie annuatim persolvendos. Viris ydoneis presentibus et huius rei testibus, quorum nomina hec sunt: Herimannus in Monasterio maior prepositus, Heinricus maior decanus, Herimannus ecclesie sancti Martini prepositus, Volmarus, Bruno ecclesie nostre maioris canonici, et alii quam plures ecclesie nostre canonici. Ut autem hec donatio rationabiliter facta rata inconvulsaque permaneat, presentem paginam sigilli nostri inpressione roboravimus. Si quis autem hoc factum temere infringere attemptaverit, eterne dampnationi et excommunicationi subiaceat. Acta sunt hec ab incarnatione

---

[1]) Nach der Regierungszeit des Abts Florenz datirt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a. M°. CC° I° [1]), indictione quarta, Romane sedi Innocentio presidente, presulatus quoque anno XX°. VI°, uobus electis in imperio, neutro vero stabilito. Datum Monasterii in domo Herimanni ecclesie sancti Marni prepositi in circumcisione Domini.

An der Urkunde hängt noch mit einem Pergamentstreifen befestigt das wohlerhaltene, elliptische in gelbem Wachs ausgeprägte grosse Siegel des Bischofs mit der Umschrift: HERIMAN. DEI GRATIA MONAST || ERIENSIS EPISCOPUS SECUNDUS.

## 12.

*Hermann II. setzt den aus der curtis Hunynchof zu entrichtenden Zehnten fest.* 1202. *Transsumpt des J.* 1429 *in Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive (Varlar), gedr. Niesert U.-S. IV. p.* 175.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Hermannus Mimigardevordensis episcopus notum esse olumus tam presentibus quam futuri temporis hominibus, quia nostro permissu et Brunsteni de Bilrebeke ssensu, qui decimam curtis, que dicitur Hunynchof, in parrochia Cosveldensi a nobis tenet in beneficio, am dicta curtis stabilem redimende decime sue annuatim optinet pactionem in hunc videlicet modum, ut n festo Nycolai quinque maltos siliginis decimalis mensure nostre in Loen singulis annis persolvat, et notra auctoritate atque sigilli nostri impressione sub anathemate corroboramus, ne imposterum hanc pactionem quis infringat. Testes sunt hii: Hermannus maioris ecclesie prepositus, Wernerus abbas de Lysberen, ordanus abbas in Varlar, Lambertus capellanus; ministeriales Rotgherus de Bilrebeke et frater eius Johannes et alii quamplures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo secundo, indictione quarta, concurrente septima.

## 13.

*Hermann II., Bischof v. Münster, schenkt dem Kloster Marienfeld den Zehnten von einem einzelnen Hause in Erthburch zunächst zum Baue der Kirche und gibt demselben das Recht den Zehnten in Meppedeslo für* 18 *Mark wiedereinzulösen.* Acta — anno — M°.CC°.II°, Innocentio Romane sedi predidente, duobus regibus in imperio electis, neutro vero stabilito. TT. Herimannus ecclesie nostre maioris prepositus, Henricus maior decanus — Albertus dapifer, Conradus pincerna. *Orig. Kl. Marienfeld U.* 16, *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 12., *gedr. Kindl. M. Beitr. III. U.* 115.

## 14.

*Simon, Graf von Tekeneburc, befreit auf Bitten seiner Verwandten, der Äbtissinn Uda von Metelen, drei Häuser* — Ringerinchof, domus Wezelini claudicantis et domus Heinrici fratris ipsius — *welche dieselbe dem Kleideramte überwiesen hatte, von den Vogteiabgaben, um dadurch die Erpressungen, wozu ihn die Umstände getrieben, zu sühnen.* Acta — anno — M°.CC°.II°. in diebus domni Ottonis Romanorum regis augusti, ind. IV. presentibus liberis et ministerialibus, quorum hec nomina sunt. *Für die ausgefallenen Namen der Zeugen ist viel leerer Raum gelassen. Orig. im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive (Meteln), gedr. Nies. U.-S. IV. p.* 221.

---

[1]) 1202 nach unserer Rechnung.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 15.

* *Hermann II., Bischof v. Münster, bestätigt die obigen von Uda, Äbtissin zu Metelen, getroffenen Anordnun*
*1202. Orig. im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Herimannus Dei gratia Monasteriensis episcopus secun Quotiens id petitur, quod ad animarum salutem, et ad servorum Dei honestam utilitatem pertinere di scitur, peticio talis ad porrigendum idonea et ad exaudiendum videtur ex omni parte ratione mur Sciant itaque fideles futuri et presentes, quod domna Uoda Metelensium venerabilis abbatissa domui s quam favente Domino de bono in melius ut creditur commutavit, non minus in temporalium necessit quam conversationis sanctitate studuit providere. Ad indumenta itaque sororum suarum reditus quarund domorum, quas ecclesia illa in suis usibus ante non habuerat, licet patronatus iure possederat, predi abbatissa provida sollicitudine ordinavit, et ne quis in posterum ordinationem illam mutare aut ad a usus quantalibet occasione urgente presumat transferre, nostra auctoritate et ecclesiastici rigoris inter natione confirmari postulavit; hoc etiam sue studio devotionis adiecit, ut quocumque anni tempore an versarium eius celebrari contigerit, ad memoriam ipsius suscitandam et sororum fragilitatem exhilarand de eisdem reditibus VI solidi ad refectorium et IIIIor solidi ad elemosinas pauperum singulis annis imp dantur. Et ut hec possint expeditius procurari, placuit eosdem reditus separatim ab aliis congregari in manus unius vel duarum sororum commendari, talium videlicet quarum fides magis eluceat et studi communi utilitati operosius intendat. Hec fecit, hec pie devotionis fervore ordinavit et nostre auctorita banno confirmari memorabilis abbatissa postulavit. Et nos votis eius gratanter annuentes excommunicam et terribilis anathematis gladio ferimus omnem, quicumque bona illa rapaciter invadere vel hanc bo fidei constitutionem presumpserit inmutare. Domus autem hec sunt: Reingerinchof [1]) cum omnibus attine tiis preter molendinum, quod ad usus abbatisse est retentum, domus Meinburgis, domus Heinrici [2]), dom Thitmari infra villam Metelon iuxta magnam dotem constituta, domus in Folkincthorp cum omni utilita Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°CC°II°. presentibus eis, quorum nomina hec sunt: Hermann abbas Kapenbergensis, Amelungus prior in Asbec, Hartungus pastor et decanus in Metelon, tres eiusd loci sacerdotes Hermannus, Heinricus, Johannes et Alvericus dapifer et totus eiusdem loci conventus fe citer. AMEN.

Das Siegel ist beschädigt.

## 16.

* *Hermann II, Bischof zu Münster, bekundet einen Vergleich zwischen dem Kapitel des alten Domes un*
*Brunsten von Aldenburg, wegen des Hauses Strunkinchus im Kirchspiel Ueberwasser. 1202. —*
*Abschr. s XIV. Msc. I, 61. fol. 28; hieraus Msc. III, 35. IV, 2. p. 247. 13. p. 23.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Herimannus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcop secundus. Omnem disceptationis causam et totius dissensionis materiam ex impositi nominis officio bone voluntatis debito quantum possumus tollere debemus, maxime in hiis que ecclesiis Dei expediu et que tempore nostro rationabiliter ordinata contigerunt. Noverint igitur presentis et future eta fideles, quod cum Brunstenus miles de Aldenborch ius sibi diceret in dote ecclesie sancti Pauli Monasterio, que Strunkinchus, dicitur in parochia sancte Marie in Monasterio sita, prudentum vir

---

[1]) zu Wettringen, nach einer jüngern Notiz auf der Rückseite der Urkunde.

[2]) über die Worte „domus Meinburgis — Heinrici" hat eine jüngere Hand geschrieben: „non longe a curti in villa Ostenthorp

rum consilio et utriusque partis beneplacito, ipsa causa arbitrio cui nos supersedimus tandem submissa est, arbitrantibus ex parte ecclesie Godefrido de Lon, Gerlago de Dingede, maioris ecclesie canonicis, et Wicboldo sancti Pauli canonico, ex altera vero parte arbitrantibus Hermanno de Monasterio, Henrico de Lon, Tetmaro de Rene. Qui hoc invenerunt et statuerunt in arbitrio, quatinus Brunstenus viginti marcas in continenti et octo solidos annuatim in festo sancti Martini predicte persolveret ecclesie, et in festo apostolorum Petri et Pauli quatuor denarios sancto Mauricio, duos denarios hospitali in Monasterio. Sub hac annue pensionis condicione Brunsteno et fratri suo Thome et legitimo proli sue, si quam habiturus esset, domum illam porrexit iam dicte conventus ecclesie, ea tamen lege et condicione, quod dotem illam et attinentia sibi nec ipse nec heres eius venderet vel inbeneficiaret vel inpignoraret vel exponeret vel aliquo modo ad aliam transferens personam ab ecclesia alienaret. Quod si ipse vel heres eius hoc facere presumeret, quidquid iuris in antedictis bonis haberet omnino perderet, et ipsa bona ad ecclesiam suam libere redirent. Acta sunt hec publice anno dominice incarnationis M°. CC° II°, indictione quarta, presentibus viris providis et honestis: Herimanno maiore preposito, Ludgero sancti Pauli decano, et ipsis sex arbitris ante prenominatis, Johanne et Theoderico sancti Pauli canonicis; laycis vero: Godefrido de Schonebeke et filio suo Frederico, Henrico de Emesbroke, aliisque clericis et laicis quampluribus.

## 17.

*B. Hermann II. von Münster ordnet die Verfassung des Klosters Langenhorst. Original und Transsumpt des J. 1271 im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive; gedr. bei Niesert U.-S. IV, 177.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Herimannus Monasteriensis ecclesię episcopus secundus. Ad honorem celestis architecti materiales ecclesias construere, famulantes Deo personas congruenter ordinare, stipendia quoque corporeis necessitatibus oportuna procurare, multorum devota studia ferbuerunt, ac salutari mercimonio temporalibus eterna compararae desideraverunt et non sunt fraudati a desiderio suo. Sed quoniam longe minoris est oneris colligere non habita, quam tueri conquisita et facilius acquirere quam conservare: nos qui ex iniuncte amministrationis officio de vivis et electis lapidibus curam tenemur gerere, ad roborandam religionem, per quam spiritale surgit edificium, in domibus Deo dicatis vigilantiori studio debemus intendere et ea, que ad ipsius trahunt perniciem provide sollicitudinis sarculo eradicare. Sciant itaque fideles Christi presentes et futuri, quod super dispositionem cenobii in Langenhorst, quod dilectus noster bone recordationis Franco [1]) decanus in suo patrimonio fundavit, pia gestantes viscera, ipsius et aliorum bone discretionis virorum precibus et consilio primum hoc invenimus ordinandum, ut numerus sororum in loco illo super XXIIIIor nulla umquam occasione supercrescat. Id quoque necessario duximus disponendum, ut quoniam feminina fragilitas absque fortiori amminiculo non potest sustentari, de aliquo loco religiosorum fratrum due idonee atque probate assumantur persone, quarum una discretior sororibus et loco ita preficiatur, ut confessiones audiat et ecclesiastica officia in oratorio disponat, de ceteris autem, que inter sorores agenda occurrunt, nunquam nisi vocatus se intromittat; reliquorum vero nullus nisi duplici testimonio deintus aut de foris ad sorores locuturus accedat. Et quia locum illum ob favorem et

[1]) Nach Kindlinger's Handschriften Msc. II, 12. p. 80 schliessen wir hieran folgendes:

Epitaphium lapidis Langenhorstensis.

Anno Domini m cc. III.
Nobilis hic Franco signato militat anno,
Corpore non segni capit inde stipendia regni,
Ecclesie Christi viscera præbet et isti
Credita distribuit, unde beatus erit.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dilectionem prefati fundatoris contra omne gravamen volumus usque qua munire, hoc etiam levamen in simus, ut nullus colonus eiusdem claustri, qui infra bannum Matelensis parrochie commoratur, observati sinodi adstringatur, nisi forte de criminali accusatus innocentiam suam iure ecclesiastico debeat demonstr Ceterum quoniam omnis quantumvis exigua potestas impatiens est consortis, stipendia et reditus soror a fratribus placuit dispertiri, ut in domo Dei unius moris cum consensu sine litigio possint ambul Septem itaque curtes sorores sibi habeant assignatas, quarum prima est curtis ibidem adiacens, que dic antiqua, et secunda, que dicitur nova, tercia in Elshof, IIII$^{a}$ in Weterinc, quinta in Wilmunsberg, VI Harhem cum manso eidem adherente et decimis utriusque, VII$^{a}$ in Uffenhem que domus Heinrici dici talentum decime in Tinge, mansum in Snedwinghele, unum in Stroden, unum in Bilke, unum in Weterin unum in Ostendorp circa Ohtopo, unum in Brinko, unum in Sutherwic, dimidia pars domus in loco, Welle dicitur; preterea tocius obventionis, que de eqůis silvestribus, molendinis aut apibus, reliquiis n tuorum aut locationibus domorum poterit provenire, duas partes sorores habeant, tertiam fratres toll Fratrum portio hec est. Curtis in Uffenhem cum duobus mansis adiacentibus, decima in Wetering et Bi mansus et pratum in Dipenbroc aliud pratum in Ohtope, Holthus et domus Alardi et omnis fructus ag rum, qui in ulteriori parte fluminis poterunt elaborari, citeriores vero ad maiorem et antiquiorem pe neant conventum. Hac [1]) etiam eadem pagina testificamur, quod duarum ecclesiarum bannos, scilicet Ochtupo et Weteringa, prefato cenobio et eius cultoribus religiosis contulimus perpetuo possidendos, c sensu Walteri de Husteden, qui eisdem bannis ante fuerat a nobis inbeneficiatus. Acta sunt dominice carnationis anno m$^{o}$. CC$^{o}$ III$^{o}$, pontificatus nostri XX$^{o}$ VIII$^{o}$. Testium nomina hec sunt: Hermannus ma prepositus, Hermannus sancti Mauricii prepositus, Heinricus maior decanus, Heinricus scolasticus, Winen rus canonicus, Wicbaldus senior sancti Pauli canonicus, Ludolphus sacerdos et alii plures feliciter. AM

Das anhängende Siegel in weissem Wachs hat die schon beschriebene Gestalt.

## 18.

** Hermanns, Bischof zu Münster, Urkunde über die Schenkung des Gutes Sicenhus, durch Wecelin, V von Werden, an das Stift Kappenberg.* 1203. — *Orig. im Gr. Archive zu Kappenberg, Abschr. Msc. II,* 11. *p.* 39., *II,* 12. *p.* 138.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. || Herimannus Dei gratia Monasteriensis episcopus secund Quoniam huius temporis venditiones et donationes, quantumcunque legitimas, iuniorum cavillatio maligna tium et nodum in scirpo querentium, revocare plerumque nititur et irritare, habundantem cautelam u cunque possumus opponere debemus, et nostri temporis facta probabilia, maxime ęcclesiis Dei pertinent et expedientia, ex impositi nominis officio confirmare tenemur. Hinc est quod ęcclesiam Capenbergense pro beati Johannis apostoli et evangelistę prerogativa et venerabilis abbatis Herimanni reverentia, et lo honestate et personarum religione, speciali quadam amplexantes dilectione, eam honorare, fovere et pr movere, meritis suis exigentibus, optimam et singularem habemus voluntatem. Noverit igitur etas hodier et successorum generatio futura, quod ęcclesia Capenbergensis, ad augendum numerum personarum D servientium, et elemosinarum, aliarumque piarum largitionum vere virtutis et caritatis intuitu cottidie f ciendarum, numerum prediorum et reddituum pio studio devota est adaugere. Cuius devotioni et pieta devotam gerentes voluntatem, predium quoddam quod Sicenhus dicitur, iuxta curtim suam Bardincho situm, Wecelino advocato de Werdina cum heredum suorum consensu legitime resignante, cum molendin agris et silvis, pratis et pascuis, mancipiis et omnibus attinentiis suis, legitima et perpetua donatione eide contulimus ęcclesię. Eodem affectu et eadem benignitate, ab omni advocatię gravamine, ipsi claustro ea

[1]) Das Folgende bis zum Schlusse ist in etwas jüngerer und kleinerer Schrift geschrieben.

conferentes, memoratum predium libertavimus, banni nostri districtione tutavimus, scripto nostro quę gesta sunt memorię commendavimus, et sigilli nostri appensione communivimus. Acta sunt hęc publice in ipso cenobio Capenbergensi. Anno dominicę incarnationis M°. CC°. III°. Indictione Va. Anno pontificatus domini Innocentii pp. IIII°. nostri pontificatus XX°. VIIII°. Presentibus viris pluribus et honestis: Herimanno ipsius loci abbate, Hugone priore, Rotgero cellerario, Andrea camerario; laicis: Heinrico burgravio de Rechede, Gerhardo de Funne, Cunrado de Burc, Ludolfo de Boine et fratre eius Luberto, Werenberto de Werdina, Wecelino de Hethe, Israhele de Sendene et fratre eius Alexandro, Everhardo Fridach. Hanc autem donationem tam iustam tamque per omnia legitimam quicunque servaverit et approbaverit et ratam tenuerit, cum hiis qui ad dextris erunt in vitam colligatur ęternam, qui vero refragari presumpserit, cum hiis qui a sinistris erunt, nisi resipiscat, supplicio deputetur ęterno. AMEN.

Das Siegel, mit dem bei den späteren Urkunden dieses Bischofs gewöhnlichen übereinstimmend, ist mit rothen und grünen Fäden angehängt.

## 19.

* *Hermann, Bischof zu Münster, gibt dem Kloster Liesborn, für das, dem Grafen Symon von Tekeneburg zu Lehen gegebene Gut Walewic, Zehenten zu Gefflen, Hesnen und Len.* 1203. *Or. Kl. Liesborn U.* 29. *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 16'., *I,* 101. *f.* 17. *u. IV,* 13. *p.* 136'.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Herimannus Dei gratia sanctę Monasteriensis ęcclesię epischopus in perpetuum. Quotiens necessitati vel utilitati eorum qui monasteriis et divino ministerio deputati sunt, pie et iuste ex dispensatione nobis credita providemus, nostrę nos saluti consulere et obsequium prestare Deo nullo modo dubitamus. Unde quia quoddam predium Walewic dictum, quod a Cunrado pincerna nostro centum marcis redemptum ab abbate et cenobio Lisbernensi, ipsis perpetuo concessimus habendum, postmodum gravi urgente necessitate et periculo tam ęcclesię nostrę quam provincię totius, Symoni comiti de Tekeneburg iure feodali assignavimus, considerantes non solum prefati cenobii dispendium, sed et nostrum in hoc facto periculum, dampnum omnino reformare lesis, honestum et salubre iudicavimus. Contulimus itaquo Lisbernensi ęcclesię, pro predio Walewic, decimam in Gefflen unius talenti, in Hesnen XVII solidorum, in Len trium solidorum et sex denariorum, ita tamen ut si postmodum prefatum predium recuperatum fuerit, vel centum marcę redditę, ęcclesia quod suum est recipiens, dictas decimas remittat. Ut autem hęc nostra donatio et ordinatio rata et inconvulsa perpetuo maneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione cautum duximus roborari. Quam si quis adnichilare vel infringere adtemptaverit, beati Petri auctoritate et nostra perpetuo anathemate maledictus divinę ultioni nisi resipuerit subiaceat. Testes huius facti: Herimannus maior in Monasterio prepositus, Heinricus maior decanus, Heinricus de Tremonia canonicus; laici: Waltherus de Ludinchusen, Cunradus pincerna, Albertus dapifer, et alii quamplures. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis M°. CC°. III°. Indictione VIa. anno pontificatus domini Innocentii papę V°.

Das mit schmalen geflochtenen Schnüren angehängte, gut erhaltene Siegel hat die schon öfter beschriebene Gestalt.

## 20.

*B. Hermann II. von Münster eignet der Äbtissin Ida und dem Kloster S. Mariä in Münster die Zehenten im Kirchspiel (Dren-) Stenvord zu, welche Gerlach Bitter von ihm zu Lehen getragen und für eine Abfindungssumme an die Äbtissin verkauft hat.* Acta sunt hec publice Monasterii apud S. Mauritium anno d. i. MCCIII, presidente Romane sedi Innocentio, duobus electis in imperio, neutro vero stabilito, pontificatus nostri anno XXXI. TT H. maior prepositus, H. s. Martini prepositus, G(erlacus) de Dinghete — —, magister

Emerius, Gervasius canonicus S. Mauritii, S. et B. fratres de Dinghete, — — Giselbertus camerari Datum per manus Gervasii. — *Or. Kl. Überwasser U. 17; Abschr. Msc. II, 13. p. 40; gedr. Kindl. Bei III. U. p. 121; Niesert U.-S. II. p. 313.*

An einem Pergamentstreifen hängt das schon öfter beschriebene Siegel des Bischofs.

## 21.

*Hermann, Bischof zu Münster, verpfändet den Zoll aus der Stadt Münster an den Dompropst.* 1203. - *Aus dem grossen Kopialbuche des Domkapitels zu Münster. Msc. I, 1. p. 72; eine hiernach gefertigte Abschri Fürstth. Münster U. 31c; gedr. Kindl. Beitr. III. U. p. 119 u. Nies. U.-B. I. p. 276.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Herimannus Monasteriensis ecclesie episcopus secundu Quoniam ea que in contractibus fieri solent et ad descisionem questionum prudenter ordinantur, facile a hominum memoria labuntur, nisi scripto fideliter commendentur, presenti pagina notum facimus existent bus et futuris, quod teloneum Monasteriensis civitatis multis retro temporibus laycis inbeneficiatum et nu quam episcopalibus redditibus expeditum, a Swedero de Dingede sub certa pecunia absolvimus et in quiet possessione multis annis et absque omni cavillatione tenuimus. Procedente vero tempore variis expensi in edificatione castrorum, sicut urgebat necessitas, onerati, idem teloneum, quod propriis denariis absolv mus, maiori preposito Monasteriensi pro septuaginta marcis obligavimus et in beneficio concessimus, it tamen, quod si successorum nostrorum aliquis prenominatam summam maiori preposito reddiderit, teloneu pretaxatum sine ulla ambiguitate recipiat. Ut autem talis obligatio rata et inconvulsa maneat, presente paginam conscribi fecimus et sigilli nostri impressione muniri. Acta sunt hec anno dominice incarnation M°. CC°. tercio, indictione sexta. Testes: Hinricus maior decanus, Hermannus prepositus sancti Martin Hinricus subcustos, Volmarus canonicus, Remboldus cantor, Thomas visitator, Hinricus agnellus; ministeriale Detmarus pincerna, Johannes de Beveren, Tanghelmus, Hugo, Conradus pincerna, Albertus dapifer, Engel bertus Balke, Conradus Tatko.

## 22.

IX. Jun. (1203) †. Hermannus huius sedis episcopus, qui canonicos S. Ludgeri et S. Martini instituit Landeke et Novum Castrum similiter construxit et multa multorum allodia emit. — *Necrolog. eccles. cathedr Monast, transcriptum s. XV. in Msc. I, 10. f. 294; übereinstimmend mit dem Necr. Liesborn. Excerpt Msc. II, 203. p. 29. Die Necrologia Transaquense u. Marienfeldense Msc. II, 76. p. 335 setzen seinen Tod auf den 8. Juni.*

## 23.

* *B. Bernard III. von Paderborn bestätigt die Übertragung gewisser Güter seines Domcapitels an das Kloster Marienfeld. O. J.* 1203—1215 [1]. *Or. Kl. Marienfeld Urk.* 18. *Abschr. Msc. II,* 106. *f.* 136.

B. Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit salutem et sinceram in Domino caritatem. Nosse dilectionem vestram volumus tam presentium quam futurorum, quod bona ecclesie nostre in villa Rachtenhosen sita, custodie pertinentia, que decem et octo denarios solvebant annuatim, dilectus in Christo frater noster C. custos de consensu nostro et capituli nostri fratri-

[1] Nach Ausweis der Zeugenunterschrift des Dompropstes und des Domdechanten zwischen den angegebenen Jahren verfasst.

bus de Waddenhart concessit, ita ut ipsi annuatim tempore autumpni, cum Orlinchusen synodus celebratur, in cuius ecclesie parrochia hec bona sita sunt, nomine pensionis duos solidos et dimidium inde persolvant, et ita ab omni alio servitio sive exactione liberi sint hoc ipso. Ne quis autem huic facto valeat in posterum aliquatenus obviare, presentem inde paginam conscribi fecimus et tam nostro quam capituli nostri sigillo muniri. Testes huius rei sunt Lambertus prepositus, Thidericus decanus, C. custos prenominatus, C. scolasticus, Wulframus et capitulum universum.

Beide Siegel fehlen.

## 24.

*König Philipp gibt dem Erzbischof Adolf von Cöln und seinen Nachfolgern das von Erzbischof Philipp an K. Friedrich I. als Reichsgut abgetretene Kloster Salfeld zurück,* — verum tamen sub hac conditionis forma, quod abbatiæ in Herfurden et Vreden imperio cedant. *Aachen* 1204 *Jan.* 12. *Nach Lacomblet II. p.* 8. *n.* 2.

## 25.

*Innocentius III. . . . abbati de Werden*[1] *Coloniensis diœceseos, et . . . Bunnensi*[2], *et . . . sancti Cuniberti*[3] *prepositis, Coloniensibus, electionem episcopi Monasteriensis examinandam comittit.* 1204. *Laterani Mai* 28. — *Gedruckt in Bréquigny u. La Porte du Theil diplomata, chartæ etc. Paris.* 1791 *p.* 498. — *Nach einer hieraus im Geh. Staats-Archiv gefertigten und vom Geh. Archiv-Rath Dr. Friedländer gefälligst mit dem Druck verglichenen Abschrift.*

Ex literis venerabilis fratris nostri G(uidonis) Prænestini episcopi, apostolicæ sedis legati, et dilectorum filiorum . . . præpositi . . . decani, et maioris, ut asseritur, partis canonicorum Monasteriensis ecclesiæ, ac quorumdam abbatum, accepimus, quod, cum bonæ memoriæ . . . . Monasteriensis episcopus, in commissæ sibi administrationis officio dies suos feliciter consummasset, canonici eiusdem ecclesiæ ad electionem de substituendo pontifice faciendam statuto termino convenerunt, quorum pars quædam dilectum filium, . . .[4] Bremensem, altera vero Claholtensem præpositum[5] nominavit, unde fuit ex parte ipsius Bremensis præpositi ad eiusdem legati audientiam appellatum. Partibus igitur in eius præsentia constitutis, electores prædicti Bremensis præpositi, suum ei præsentantes electum, proponere curaverunt, quod . . . præpositus, et . . . . decanus, cum ceteris ecclesiæ suæ prælatis, ac duplo maior et sanior pars capituli Monasteriensis, abbatibus totius episcopatus consentientibus, in capitulo ipsum elegerant unanimiter in pastorem. Quia ergo Bremensis præpositus fuerat a maiori parte capituli, utpote a duplo, immo multo pluribus, et a prælatis ecclesiæ, scilicet præposito maiore, decano, cantore, custode, — parti alteri nullo consentiente prælato — et antiquioribus ecclesiæ, quoniam electores ipsius omnibus alterius partis electoribus, uno excepto, erant in introitu et stallo priores, a saniori quoque parte capituli, quia consilio abbatum totius episcopatus in anima sua hoc consulentium, et iudicio conscientiæ suæ respicientium ad solam utilitatem

---

[1]) Heribert II. von Büren. — [2]) Bruno vgl. Lacombl. II. Nris. 6, 9, 13. — [3]) Dietrich. ibid. 9, 13. — [4]) Otto von Oldenburg, der das Bisthum behielt. — [5]) Friedrich, der 1212 als Zeuge eine Urkunde seines frühern Gegners, des B. Otto's I., unterschreibt, infra Nro. 60. Ausserdem ist noch das zu vergleichen, was der unter den J. 1223—27 regestirte Brief des Abts von Prémontré hierüber beibringt: „Sane accidit olim, quod generosus quidam de illustri prosapia ortus Fridericus nomine in Clarholtensi ecclesia — in prelatum est promotus, cui cum non sufficeret professionis suæ paupertas, cœpit in brevi aspirare ad Monasteriensem ecclesiam quæ vacabat. Cum autem a quibusdam, qui adversabantur ei et merito, fuisset turpiter cum suae tenuitatis confusione repulsus, data iterum occasione, quia non potuit esse episcopus, voluit esse abbas mitratus de ordine nigrorum Monachorum electus a quibusdam seditiosis in Corbeiensi Monasterio in Westphalia, quod pastore carebat."

Monasteriensis ecclesiæ, et a ieiunis in loco congruo, bono per omnia zelo, remota omni affectione con-
sanguinitatis et familiaritatis, electus; et quia dictus Claholtensis præpositus electus non fuerat a prælati-
immo pauci canonici, multa ei familiaritate ac consanguinitate coniuncti, post prandium loco indebito, vide-
licet extra civitatem, post appellationem ad prædictum legatum interpositam, eundem perperam nominarunt
postulabant instantius Bremensis præpositi electores, ut alterius partis electione cassata, electionem eorum
dictus legatus auctoritate apostolica confirmaret. Præterea, dilecti filii, nuntii eiusdem Bremensis præposi-
coram nobis asseveravere constanter, quod idem Claholtensis præpositus de legitimo non fuerat matrimo-
ni procreatus [1]), et hoc erat in suis partibus manifestum. Licet autem ab altera parte, primitus in eius-
dem legati præsentia constituta, fuisset propositum [2]), quandam inter ministeriales et canonicos compro-
missionem fuisse illicite celebratam, et quod canonici, qui ius in electione habebant, contempti fuerant
nec etiam advocati consensus et quorumdam aliorum nobilium et virorum religiosorum, prout fieri debuit
fuerat requisitus, et quod ministeriales et cives Monasterienses portas civitatis suæ serari ac turres muni-
fecerunt præsidiis, cum deberet electio celebrari, quare pars eadem cum quibusdam nobilibus coacta
fuit ad locum alium se transferre, ac processit in electionem ibidem, nihil tamen pro electione sua, ve-
pro suo allegabat electo, sed instanter inducias postulabat; ad quod pars respondit adversa, quod ei iam
fuerant induciæ decem et octo septimanarum indultæ, quapropter super induciis, quas petebat, eius erat
petitio reprobanda; præsertim, cum ex viduatione pastoris magnum Monasteriensi ecclesiæ periculum im-
mineret. Prædictus vero episcopus, auditis, quæ in eius præsentia fuerant allegata, quia propter ardua
negotia, quæ ipsi fuerant a nobis iniuncta, idem non poterat negotium terminare, ne partes fatigarentur
inanibus laboribus et expensis, eisdem iniunxit, ut dominica qua cantatur Invocavit [3]), proximo præterita
nostro se conspectui præsentarent. Nos ergo, licet nuntii prædicti Bremensis præpositi cum literis eius-
dem legati nostro se conspectui præsentarint, quia tamen pro parte altera nullus comparuit responsalis,
et ideo de præmissis nobis non potuit fieri plena fides, discretioni vestræ per apostolica scripta manda-
mus, quatenus, veritate plenius inquisita, electionem, quam de persona idonea inveneritis canonice cele-
bratam, sublato appellationis obstaculo, confirmetis, reliqua penitus reprobata; contradictores censura eccle-
siastica compescentes. Si vero utraque fuerit electio reprobanda, cassetis utramque, facientes eidem
ecclesiæ infra quindecim dies de persona idonea per electionem canonicam provideri. Quam si forte infra
idem tempus Monasterienses canonici neglexerint celebrare, vos, auctoritate nostra suffulti, virum idoneum
præficiatis eidem ecclesiæ in pastorem. Ita, quod si vobis [4]) constiterit dictum Claholtensem præpositum
fuisse illegitime natum, — cum in Lateranensi concilio sit statutum, ut nullus in episcopum eligatur, nisi
qui iam ætatis annum tricesimum egerit, et de legitimo sit matrimonio natus, et qui etiam vita et scientia
commendabilis demonstretur, et clerici, qui contra formam istam quemquam elegerint, et eligendi tunc
potestate privatos, et ab ecclesiasticis beneficiis triennio noverint se suspensos, — ante omnia electionem
illam non tam irritandam quam irritam indicetis, clericos, qui eum eligere præsumpserunt, pœna prædicta,
sublato appellationis obstaculo, punientes. Unde si nova forsan occurreret electio celebranda, illis exclusis,
qui ad electionem contra statutum Lateranensis concilii processerunt, ceteris iniungatis, ut iuxta præscri-
ptam formam electionem non differant celebrare. Quod si non omnes, etc. duo vestrum etc. Datum
Laterani V. Kal. Junii [5]).

---

[1]) Zu der obigen Stelle im erwähnten Briefe des Abts von Prémontré hat dessen erster Herausgeber, Hugo, in den Sacræ Antiquit. Monum. 1725 fol. p. 16. am Rande bemerkt: „de stirpe comitum Teclenburgensium". — [2]) „praepositum" die Abschrift. — [3]) 14. März 1204. — [4]) „nobis" die Abschrift. — [5]) Auch Engelbert der Heilige, später Erzbischof von Cöln, soll damals von einer Partei zum Bischof von Münster erwählt worden sein. Vita S. Engelb. ap. Böhmer fontes II, 297: „Electus est deinde in episcopum Monasteriensem, sed eundem episcopatum suscipere non adquievit, adolescentiæ sue forte pertimescens". Vgl. Ficker, Eng. d. H. p. 34.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 26.

*Bischof Otto I. weiht 1204 das Oratorium zu Witt-Werum in den Gröningenschen Omlanden*[1] *ein, woraus später das Prämonstratenser Kloster Floridus Hortus erwuchs. — Emonis*[2] *abbatis primi in Werum chronicon ap. Matthæum, Analecta. nov. ed. II. p. 4.*

## 27.

*Hermann, Dompropst zu Münster, eignet den von Hermann von Hulethe resignirten Zehnten in Lingerike dem Altar SS. Mariæ et Catharinæ im südlichen Thurm des Doms zu. 1204. Or. Fr. Münster U. 32.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Herimannus Dei gratia maior Monasteriensis ecclesie prepositus. Noverit tam presentis quam future etatis fidelium universitas, quod quidam confrater noster, Hinricus Tremoniensis, ut se fructibus devote operationis ministrorum Christi insereret, quo illos qualicumque minuto in gazophilatium domini illato cum provida temporalium amministratione sustentaret, quendam ministerialem nostrum maioris prepositure, Herimannum de Hulethe, sancti laboris instantia et pecunie que donatione et rationabili emptione induxit, quod quandam decimam, quam de manu nostra et maiori prepositura tenuit in feodo nobis liberaliter resignavit. Est autem decima de manso deserto in Lingerike[3]), quem Lubertus de Beveren tenet in beneficio ab ecclesia Vrekenhorst. Nos autem sperantes retributionem nos accepturos ab eo qui nullum bonum irremuneratum relinquit, iam dictam decimam contulimus pleno animo et devota voluntate altari sancte Marie et beate Katerine sub turri australi in maiori ecclesia. Ut autem hec perpetuam firmitatem et debitam eternitatem sortiantur, sigilli nostri impressione presentem paginam corroboravimus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. IIII°, indictione septima, presidente Romane sedi Innocentio III°, regnante Romanorum rege Ottone. Et quia multum habet persuasionis vox viva, adhibiti sunt testes: Hinricus maior decanus, Reimboldus cantor, Anselmus, Lubertus canonici; laici: Waltherus de Ludenchusen, Herimannus de Northwalde, Arnoldus Vitulus, frater suus Rehtgerus. Et quia instabili rerum statui varii succedunt casus, notum esse volumus, quod iam dicti Herimanni filius Helmarus, cum tamen non esset conditionis paterne, modico tempore interlapso, ad presentiam nostram accessit et resignationem prememorate decime a patre suo factam, gratam habuit et ratam, sub testimonio dapiferi nostri Hugonis, Gerhardi servi iam dicti militis Herimanni, Thitmari pincerne, Arnoldi Vituli et fratris sui Redgeri, Johannis de Bilrebike.

Das auf der Urkunde aufgedruckte Siegel ist fast gänzlich zerstört.

---

1) Diese gehörten ebenfalls zum Friesischen Theil der Münsterschen Diöcese. Vgl. Matth. Anal. II. p. 3 n. Bemerkenswerth ist in dieser Beziehung noch was Emo l. c. p. 5 von sich selbst sagt: „et sic de manu archidiaconi de more Monasteriensis ecclesiae recepit curam animarum," und wie Magister Oliver in einem Briefe an die iudices Frisiae a. d. J. 1223 die Verschiedenheit der Diöcesanverhältnisse Frieslands hervorhebt l. c. p. 65: „negotium crucis — vobis tam in Groninga, quam per totam Frisiam Monasteriensis dioecesis committimus in absentia nostra."

2) Ueber Emo's Autorschaft gibt sein zweiter Nachfolger Menco, l. c. p. 111, Kunde. Man vergleiche übrigens das z. J. 1209 Beigebrachte.

3) im Kirchspiele Handorf, nach einer Notiz auf der Rückseite der Urkunde.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 28.

* *Otto I., B. v. Münster, bestätigt die unter dem Namen Vorhure an den Pfarrer zu Herbern zu entrichte Abgabe aus Wickincdorp.* 1204—1218 [1]. *Abschrift Kindlingers aus dem Original Msc. II,* 45. *p.* 45.

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Notum esse volumus Christi fidelibus universis tam fut quam presentibus, quod de agris Herburnensis ecclesie in Wickincdorp, qui Capenbergensium agris int iacent et Hurland vocantur, dominus Sibodo sicut Albertus prepositus et pastor in Herburne et eius vi rius Burchardus ita ordinaverunt et statuerunt, sed et litteris, quas vidimus, confirmaverunt, ut in mutati sacerdotis in posterum quicumque sacerdos morte intercedente alteri successerit in ecclesia Herburne, primo introitu suo semel tantum ab hominibus Capenbergensium sex denarios recipiat pro iure, quod citur Vorhure, ipsique homines predictos agros quiete possideant cum censu sex denariorum, quos ann tim persolvent. Nos itaque tam Capenbergensium quam Herburnensium paci et utilitati congauden simulque precavere volentes, ne aliquod litigium aut dubium inde inposterum oriatur, predictam ordi tionem litteris nostris et sigilli nostri impressione roboramus, pontificali auctoritate statuentes et sub a thematis interpositione precipientes, ut hanc pacis formam a viris discretis inventam, a nobis approbata nemo umquam ausu temerario immutare aut infringere presumat, ne ęternę maledictionis vindictam incurr

Das Siegel fand Kindlinger noch unversehrt.

## 29.

* *B. Otto I. bedroht die, welche das Kloster Hohenholte beschädigen oder kränken würden, mit geistlichen u weltlichen Strafen. O. J.* 1204—1218 [2]. *Or. Kl. Honholte U.* 12.

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus has litteras inspecturis vel audituris salut in Domino. Cum ad promocionem et profectum ecclesie filiarum nostrarum in Christo de Alta Silva tene mur ex debito, ipsamque volentes indempnem per omnia conservari, monemus attencius et rogamus immo districte sub pena excommunicationis inhibemus, ne quis ipsam in officinis, in domibus infra sep claustri edificatis vel in hominibus inibi commorantibus, sine verbo nostro inquietare vel molestare presum Alioquin ipsos, qui contra mandatum et inhibicionem nostram adversus iam dictam ecclesiam aliquid a madversionis attemptare presumpserint, tam in spiritualibus quam in temporalibus debito modo puniem

Das Siegel ist nicht erhalten.

## 30.

* *B. Otto I. bestätigt dem Kl. Marienfeld die Kapelle in Isselhorst.* 1204—1218 [3]. *Or. Kl. Marienfeld U.* 1 *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 118'.

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus cunctis, qui Christiano vocabulo censentur, quod nomine pr fitentur [4]) rerum veritate probare. Noverit universitas, que [5]) presens scriptum viderit vel audierit, qu cum pie memorie Herimannus episcopus capellam in Hislehorst campo sancte Marie laudabili liberalita contulisset, nos nostra successione pietatis factum non solum ratum esse voluimus, verum etiam nost donatione prosecuti sumus. Ne igitur in posterum aliqui animo malignandi, quod ex pietate factum e

---

[1]) Nach der Regierungszeit Bischof Otto's datirt.

[2]) Der Aussteller könnte auch B. Otto II. (1248—1259) sein. Doch scheint mehr für unsere Annahme zu sprechen.

[3]) Auch hier könnte es zweifelhaft sein, ob Otto I. oder II. der Aussteller ist. — [4]) profuturi in der Urkunde. — [5]) „que" schreiben wir statt des im Orig. stehenden „qui".

turbare presumant, presentem cedulam nostri impressione sigilli fecimus communiri. Regnante Domino nostro Jehsu Christo et nobis pro hoc opere retributionem in vita eterna reddente, qui vivit in secula. AMEN.

Das anhängende Siegel ist fast ganz zerstört.

## 31.

*Otto* I., *B. v. Münster, überweist einen Zehnten, worauf Wulfhard antiquus villicus verzichtet, dem Altare SS. Mariæ et Katharinæ im südlichen Thurme des Doms.* 1205. *Or. Fr. Münster Urk.* 33.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Otto divina dispensatione Monasteriensis ecclesie episcopus. Quoniam universa mortalium facta cum mundo, cui labenti inherent, in defitientibus lapsibus defitiunt et lapsus sui proprietate memoriam hominum effugiunt, statuit humane circumspectionis sagacitas contractus suos publicis instrumentorum gestis inserere, per que notitiam sui tamquam presentialiter gesti indubitata cognitione representarent. Noverit igitur tam presentis quam future etatis fidelium universitas, quod ad pie devotionis instantiam et rationabilis emptionis titulum cuiusdam confratris nostri Henrici Tremoniensis, dominus Wulfhardus, dictus antiquus villicus, resignavit in manus nostras decimam unam VIIII solidorum et VI denariorum excepta minuta decima que est in Ascheberge, ambobus filiis suis militibus hanc resignationem collaudantibus et confitentibus se nichil iuris in iam dicta decima habere. Nos autem sperantes in retributione iustorum partem accepturos ab eo qui non est estimator meritorum sed largitor omnium bonorum, contulimus plena devotione et fideli animo prememoratam decimam altari sancte Marie et beate Katerine in maiori ecclesia sub turri australi per manus Hermanni maioris prepositi, Henrici maioris decani, Hermanni prepositi sancti Martini, Waltheri de Husteden. Ut autem hec inviolatam firmitatem optineant, sigilli nostri impressione communivimus. Facta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quinto, indictione VIIII, presidente Romane sedi Innocentio tertio, regnante rege Ottone. Ut autem hec pagina debite circumspectionis suffragio roboretur, testes inseruntur, sub quorum presentia et noticia hec acta sunt: prenominati canonici maioris ecclesie; laici Johannes dapifer noster, Ricwinus Everdinclo, Albertus quondam dapifer, Gerhardus albus, Conradus medicus, Hermannus dispensator panis nostri, Walravenus. Hec [1]) est decima in villa Ascheberge: curia domini Godescalci III solidos, Radwini domus XVIII denarios et minutam decimam; Wicberti domus XVIII denarios et minutam decimam, domus vidue in then Lo VI denarios, curia Westhof domini Haroldi III solidos.

Der obere Theil des auf der Urkunde aufliegenden elliptischen, schön geschnittenen Siegels ist zerfallen.

## 32.

*Otto I., Bischof von Münster, erneuert die von seinem Vorgänger, dem Bischofe Hermann, in Bezug auf das Kloster Langenhorst gegebenen urkundlichen Bestimmungen (cfr. Erhard Reg. n. 2050), gibt dem Convente das Recht den Vogt selbst zu wählen, und bestätigt demselben verschiedene Zehnten und das Archidiaconat über die Kirchen in Octopo und Weteringe.* Acta — — anno M°.CC°.V°, ordinationis nostre primo, in diebus domini Innocentii pontificis Romani. *Ohne Zeugen. Or. im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive; gedr. Niesert U.-S. IV. p.* 181

Das Siegel ist abgefallen.

## 33.

*Otto I., Bischof von Münster, bestätigt auf Bitten der Canonicer zum h. Mauritius bei Münster die Einrichtung, dass aus ihrer Mitte ein Cellerar zur Verwaltung der Präbenden bestellt werden solle, womit*

[1]) Den Schluss der Urkunde von hier ab, hat eine etwas jüngere Hand hinzugefügt.

*Hermann, Propst des Domes zu Münster und zu St. Mauritz, früher einen Laien beauftragt hatte.* Acta anno M°.CC°.V°, præsidente S. Romane ecclesie sanctissimo papa Innocentio, episcopatus nostri anno primo, præsentibus — — Henrico maiore decano, Hermanno S. Martini præposito, Henrico de Tremonia, Gerlaco de Dynghede — — canonicis; laicis vero Otberto Esenkynckenstenhus, Bertoldo de Ennynger, Wernhero de Oldenborch, Arnoldo de Thulle, Gerlaco de Walstede. *Abschr. sæc. XVI. Msc. I, 69. fol. 158, ei neuere III. f. 42.; gedr. Wilkens Gesch. d. St. Münster p. 104.*

## 34.

*Erneuerte Ausfertigung einer Stiftung Otto's, zweiten Propstes zu Kappenberg; gedr. Erhard Regg. Cod. 311. Hierbei ist nachzuholen, dass auf der Rückseite der Urkunde — Fr. Münster U. 31*[d] *— von gleichzeitiger Hand vermerkt steht:* Ragot de Hutendorpe IX denarios, Brunstorpe IV denarios, curtis Sobeke IV de agro ubi quondam domus erat.

## 35.

*Abt Florenz zu Marienfeld bekundet den durch Königsbann bestätigten Ankauf eines Guts in Siresbrugke 1205. — Orig. Kl. Marienfeld U. 18a. Abschr. Msc. II, 11. p. 106. gedr. Kindl. Münst. Beitr. III. p. 123.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Florentius abbas campi beate Marie. Universis fidelibus notum esse volumus, quod nos predium in Siresbrugke comparavimus precio XXti marcarum et unius marce a quodam Hermanno, qui illud hereditario iure possidebat, consentientibus et compromittentibus in eandem venditionem coheredibus eius, ad quos post ipsius mortem predictum predium devolvi debuisset, si ipse sine legitimis filiis moreretur. Hii autem fratres illius sunt Robertus, Godefridus et soror eorum Emeza. Sed et pro filiis eius fideiusserunt socer ipsius Thetboldus de Ostenvelde et Gerlagus de Gerboldinktorpe, quod videlicet a memoratis illius filiis ecclesia nostra de predicto predio in futurum molestiam non sustineat. Confirmatus est ergo hic contractus regio banno in loco, qui vocatur Herebrugke, ab Ekkehardo comite anno incarnationis dominice M°. CC°. V°, indictione VIIa, Innocentii pape tercii anno VIII°, presentibus viris nobilibus: Reinhero de Stormethe et Ottone de Odeslo; et scabinis Aldago de Holthusen, Ermenrico de Wasigen et Wiggero de Locseten. De hoc autem ipso predio statuimus nos et fratres nostri dare annuatim sorori et familiari nostre domine Drutburgi de Hersebroke duo molcia siliginis mensure maioris de Widenbrugke, sed et duos porcos, quorum singuli valeant VIII nummos. Promisimus etiam eidem sorori nostre, quod si status monasterii sui in aliud mutatus eam ibidem manere non sinat, certam ei in predicto predio et stabilem quoad vixerit et voluerit concedamus habitationem, in omnibus quibus opus habuerit et potuerimus, ei futuri auxilio.

Das anhangende Siegel in weissem Wachs stellt einen sitzenden Abt dar, in der Rechten den Stab, in der Linken ein offenes Buch empor haltend, mit der Umschrift: SIGILLUM ABB. DE CAMPO SCE MARIE.

## 36.

*P. Innocenz III. schreibt an den Erzbischof Bruno, den Domdechanten und den Scholaster zu St. Gereon in Cöln:* — miramur admodum nec immerito commovemur, quod v. fr. noster Monasteriensis episcopus, de cuius meritis virtutis exempla deberent ad alios derivari, iuramentum quod præstitit charissimo in Christo filio nostro, illustri regi Ottoni in Romanorum imperatorem electo, quod ei potenter et patenter deberet adesse, dissimulare videtur . . . . Volentes igitur quod ab eodem episcopo temere presumptum est, in melius emendari, mandamus quatenus eundem episcopum, prætermissis quibuscunque obligationibus impietatis, ad servandum iuramentum præfato regi exhibitum sollicitis monitis inducere studeatis. Quod si ad

mmonitionem vestram idem episcopus quod præmissum est adimplere forte noluerit, vos eum ad id r districtionem ecclesiasticam, sublato appellationis obstaculo, compellatis. *Registr. Inn. III. de negotio perii ep. 135 ap. Bal. I, 746. Vgl. Böhmer Reg. J. 1198—1254 p. 312, der diesen Brief in die zweite ilfte Februars 1206 setzt. In ähnlicher Weise schrieb der Papst dann noch an dieselben in Betreff Otto's uder, Gerhard's, Bischof von Osnabrück. Bal. l. c.*

## 37.

*Otto I. v. Münster söhnt sich unter Vermittlung seines Bruders Gerhard, B. v. Osnabrück, mit Ludolf von Steinfurt aus. 1206. Or. Fr. Münster U. 35. Abschr. Msc. I, 1. p. 131; II, 15. p. 93; gedr. Kindl. M. Beitr. III. p. 125.*

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus, ad quos hoc scriptum pervenerit, in vero salutari lutem. Nostra interest, ut que coram nobis laudabiliter aguntur, ea scripto memoriali commendemus. notescat ergo tam presentibus quam posteris, quod Odelhildis matrona nobilis de Ascenberhg preponens rrenis celestia, transitoriis eterna, ob eius reverentiam qui est eternus, omne ius et dominium proprietatis Ascenberhg cum omnibus suis pertinentiis, quod ad ipsam ex morte fratrum suorum iure successionis ervenit, integraliter et liberaliter ecclesie donavit sancti Pauli Monasteriensis, et sicut pie donatum est, t sic provide cautum sit, ecclesie in posterum eandem donationem in comecia regia, sub qua proprietas e Ascenberhg sita est, per Rembertum de Stochem tunc temporis regium bannum tenentem, auctoritate egia legitime fecit confirmari. Quod intelligens dominus Ludolfus de Stenvorde forte dolens maiorem se bi esse vicinum, cum quibusdam prefate matrone consanguineis, sicut audivimus, procuravit, quod idem onsanguinei predictam donationem cum de iure non possent, de facto tamen ceperunt impugnare, super uo domino L. de Stenvorde graves exstitimus, turbationem dicte donationis ei imponentes. Processu vero emporis dominus Gerhardus frater noster Osenbrungensis episcopus inter nos et dictum L. de Stenvord se d bonum pacis interponens, nos ad concordiam revocavit sub hac forma, quod nos comitem Heinricum e Sladen ab impeticione dictorum bonorum cessare faciemus nostris sumptibus, dominus Ludolfus autem mnium aliorum consanguineorum querelam super dictis bonis, prece vel precio vel quomodolibet aliter oterit, prorsus exstinguet. Pro his ergo laboribus et expensis forte faciendis, recepit a nobis in feodo uas curtes in Ascenberhge cum suis mancipiis, cultoribus tamen; vasalli vero et ministeriales et bona orum et omnia alia mobilia et immobilia ad dictam proprietatem pertinentia ubicumque sita, vacantia vel on vacantia, precipue Hizeleskerke quod est infeodatum, ad ecclesiam Monasteriensem tanquam ad domiiam totius proprietatis, liberum habebunt respectum, utpote ad ea pertinentia. Acta sunt hec in domo maioris prepositi Monasteriensis, anno dominice incarnationis M°. CC°. VI°, presente episcopo Osenbrungensi Gerhardo, preposito maiore Monasteriensi, Ludgero decano sancti Pauli, Henrico burgravio, Bernhardo de Menhuvele, Bernhardo Werencen, Johanne de Dulmania et Heinrico fratre suo, Thiderico dapifero, Giselerto de Warenthorpe, Reimberto de Stochem, Ludolfo de Lere, Bernhardo de Asbike, Hermanno de Monasterio et aliis quam pluribus. Item eodem die reconciliati sunt dominus L. de Stenvorde et Heinricus de Gemenic.

Vom Siegel sind nur kleine Bruchstücke vorhanden.

## 38.

* *Otto I., Bischof v. Münster, befreit den Hof des Domherrn Heinrich von Sapperothe von der Lehnshörigkeit zur bischöflichen Curie. 1206. Orig. Fr. Münst. Urk. 36. Abschr. Msc. I, 1. p. 262.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Notum sit universis tam futuri quam presentis evi fidelibus, quod nos ad preces dilecti atque fidelis nostri Henrici de

Sapperothe canonici maioris ecclesie in Monasterio aream suam, quam a predecessoribus nostris pie re dationis Ludewico et Hermanno episcopis in benefitio tenuerat, eam videlicet que aree Wolfhardi qu dam villici proxima est, consilio atque consensu maioris capituli et ministerialium ecclesie, a iure dominio episcopalis curie et nostra potestate penitus exemptam emunem fecimus, atque ipsam eidem H rico et successoribus eius maioris ecclesie canonicis, cum omni iure quo cetere claustrales aree gau dinoscuntur, perpetuo possidendam donavimus. Verum quia facta mortalium temporalem sequuntur mo et humanam facile memoriam effugiunt, ut hoc nostre donationis factum, tam sollempne quam hones et rationabile, a posteris nostris ratum et inconvulsum perpetuo servetur, presentem paginam huius testimonialem conscribi fecimus et sigillo nostro firmari. Actum a. d. i. millesimo ducentesimo sexto, i ctione nona. Testes huius rei sunt: Remboldus maior prepositus, Henricus maior decanus, Gerla Hermannus prepositus sancti Martini et universum capitulum; laici: Hermannus de Monasterio, Gerl Bitter, Temo de Berlo, Bernhardus de Pikenbroke, Arnoldus de Honthorpe et alii quam plures.

Das Siegel in weissem Wachse ist ziemlich erhalten; die Umschrift aber nicht mehr zu lesen.

## 39.

* *B. Otto I. überträgt dem Kl. Asbeck einen Zehnten.* 1206. *Or. im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archi*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Interest no sollicitudinis nostreque provisionis, ut ea que a nobis rite geruntur et recte statuuntur, indelebilem a piant [1]) firmitatem, illa presertim que ad ecclesias et ecclesiasticas spectant personas, quas laicorum ca latio frequenter vexare solet et iniusta contradictione gravare. Noverint igitur presentes et futuri, q Albertus de Wederden decimam quinque solidorum, quorum tres solvit domus in Poppenbeke, duos v domus in Snekkendorpe in parrochia Bilrebeke sita, nobis cum heredum suorum consensu legitime r gnavit, quam nos ecclesie Asbeke in perpetuum possidendam contulimus anno dominice incarnatio M°.CC°.VI, presentibus Bernardo Werenze, Johanne de Dulmene et fratre eius Heinrico, Tiderico dapife Reinberto de Stocheim aliisque quam pluribus. Quod quia ratum teneri volumus, sigillo nostro comm nivimus.

## 40.

* *B. Otto I. überträgt dem Kloster Asbeck einen andern Zehnten.* 1206. *Nienborg. Orig. im Fürstl. Sa Horstmarschen Archive.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Scimus quide et sane recognoscimus, quod ex officio et nomine nobis imposito, in lege Domini ambulare, testimon eius scrutari et in toto corde eum exquirere debemus, sed curis et negotiis nos trahentibus, raro divi specule vacamus, nec aciem mentis in altum dirigimus, secularium negotiorum nos hebetante caligi Proinde personas ecclesiasticas orationi et contemplationi dicatas divinoque servicio mancipatas diliger fovere, defendere et omnimode promovere propensiori cura tenemur, quatinus sua perfectione nostru iuvent inperfectum et optime partis, quam elegerunt, orationibus suis nos efficiant participes. Noveri itaque presentis et future etatis fideles, quod quidam libertus noster, Boio nomine, ad ecclesiam Bork habens respectum, decimam IIII[or] moltios parve mensure solventem, que IIII[or] solidorum appellatione sol censeri, in Westenborken sitam et colligendam, in manus nostras eo quo debuit modo libere et absolu

---

[1]) „accipiunt" hat das Original.

ꞌsignavit, nosque eandem decimam ecclesie Asbeke, quam nostri precessores specialiter semper dilexeꞌint, quam et nos singulariter diligere et promovere optimam voluntatem habemus, ea qua debuimus ꞌllemnitate, in perpetuum possidendam contulimus. Et ut hoc factum nostrum ratum permaneat et illibaꞌm perseveret, banni nostri confirmatione, literarum nostrarum attestatione et sigilli nostri appensione ꞌmmunimus et inviolabiliter observari sub anathemate precipimus. Acta sunt hec publice in Novo Castro ꞌostro, anno dominice incarnationis M°.CC°.VI°, presentibus viris pluribus et honestis: Ludgero sancti Pauli ꞌ Monasterio decano, Francone eiusdem ecclesie priore, Hermanno de Monasterio, Luberto de Beveren, ꞌemberto de Stocheim, Bernardo de Asbeke, Bernardo Heione, Giselberto Speculo, Heinrico de Capella, ꞌernero de Elendesdorpe aliisque quam pluribus.

## 41.

*ꞌodfrid, Graf von Arnsberg, überträgt dem Kl. Marienfeld, zunächst für den Bau der Kirche, ein Haus in Urincthorp.* 1206. —*Orig. Klost. Marienfeld U.* 19a; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 132, *II,* 11. *p.* 151.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Boni propositi voluntatem sancti operis sequi debet ꞌxhibitio. Notum sit igitur tam presenti, quam omni que futura est generationi, quod ego Godefridus ꞌomes Arnesbergensis divina ammonitus inspiratione, pro mea et omnium parentum meorum animabus, ꞌomum meam sitam in Urincthorp cenobio campi sanctę Marię libera donatione perpetuo possidendam cum ꞌmnibus attinentiis suis contradidi, ut videlicet ad structuram ecclesie eiusdem loci, quamdiu edificationi ꞌecessarium fuerit, integraliter deserviat, deinde ad prebendam fratrum inibi Deo famulantium redditus ꞌiusdem domus perpetualiter proveniant. Quia vero Albertus de Rokinchusen, ministerialis noster, supraꞌictam domum iure feodali possidebat, acceptis XXVIItem marcis a fratribus predicti cenobii, presentię ꞌostrę se exhibuit, et multis astantibus tam spiritualibus quam secularibus viris, quicquid iuris in iam dicta ꞌomo habebat, cum omni integritate cum heredibus suis nobis libere resignavit. Ut igitur hec nostra ꞌonatio stabilis in perpetuum perseveret, presentem cedulam conscribi et sigilli nostri inpressione roborari ꞌecimus, testibus etiam subnotatis, qui sunt hii: Otto Monasteriensis episcopus, Gerhardus Osnabruggensis ꞌpiscopus, Wernherus Lesbernensis abbas, Schethensis abbas, Arnoldus abbas de Weddinchusen, Godeꞌcalcus de Patberg, Hermannus burchgravius de Stronberg, Henricus burcgravius de Arnesberg, Rodolfus ꞌe Ervete, Wilhelmus de Widenbrugge, Rotgerus de Burbenne et alii quam plures. Acta sunt hec anno ꞌncarnationis Domini M°. CC° VI°.

Das nur fragmentarisch erhaltene, an Schnüren befestigte, Siegel zeigt den Arnsberger Adler.

## 42.

*B. Otto I. überträgt dem Kl. Marienfeld das Haus Broke im Kirchspiel Herzveld.* 1206 *Or. Kl. Marienfeld U.* 20. *Abschr. Msc. I,* 106. *fol.* 71′.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Personas et loca ꞌeligioni dicata specialius diligere ac paternius confovere tenemur, quia nimirum Deo inibi famulantes sua ꞌratione suaque perfectione nostrum frequenter iuvant inperfectum, qui cotidie secularium occupatione ꞌerum a celestium abstrahimur speculatione, nec aciem mentis in altum vacamus dirigere. Noverint igitur ꞌresentis et future etatis fideles, quod domum quandam, Broke videlicet, in parrochia Hertvelde sitam ꞌum omnibus attinentiis suis, ecclesie campi sancte Marie in perpetuum possidendam contradidimus, Olrico ꞌle Stromberge gogravio, qui eam primo loco a nobis in beneficio, et Ludolfo de Hertvelde, filio Heinrici, ꞌqui eam ab Olrico secundo loco in beneficio tenuit, cum prolis sue et heredum suorum consensu et beneꞌplacito legitime eandem domum resignantibus, anno dominice incarnationis M°. CC°. VI°, presentibus

viris pluribus et honestis: Heinrico maiore decano, Heinrico scolastico, Erdago sancti Mauritii prep Ludgero sancti Pauli decano; laicis vero: Reinberto de Stochem, Tiderico dapifero, Hartwico de Rum horst, Bernardo de Sutbeke et fratre suo Wecelino aliisque pluribus. Et ut hec rata permaneant et illi sigilli nostri appensione et banni nostri communimus impositione.

Die Figur des Bischofs ist in dem anhängenden elliptischen Siegel wohl erhalten, die Umschrift aber fast ganz ze

## 43.

** Propst Erdag zu St. Mauriz bekundet, dass dem Kloster Marienfeld die Zehntlöse von zwei Häuse Rehe zustehe. Ohne J; aber nicht früher als 1206, wo Erdag zuerst auftritt (siehe oben Nr. 42), zu set Or. Kl. Marienfeld U. 19. Abschr. Msc. I, 106. f. 12.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Erdagus Dei gratia sancti Mauricii in Monasterio prepo totumque eiusdem ecclesie capitulum omnibus Christi fidelibus hoc scriptum percipientibus in perpet Cum res gesta litteris mandatur, calumpniarum occasio prevenitur. Noverint igitur tam futuri quam sentes, quod fructus decime illius, quam in beneficio tenuit ab ecclesia nostra Bertoldus de Eniggere s duas domos in Rehe, fratres [1]) de campo sancte Marie talem ab antiquo semper habuerint redemptio quod videlicet una ipsarum domorum XIIII denarios annuatim, et altera totidem, sed et cum obvention minutis, exsolvit. Unde ne certa hec redemptio per heredum calumpniam fortassis incerta reddatur, immutabilis ac rata permaneat, nos ecclesie nostre pariter et supra dictis fratribus cavere cupientes, sentem paginam nostri impressione sigilli communire, ipso consentiente Bertoldo, dignum duximus et salu

Das runde, an einem Pergamentstreifen hangende, Siegel stellt den h. Mauriz in ganzer Figur dar, mit der Umsc SANCTUS MAURICIUS.

## 44.

** K. Otto IV., Pfalzgraf Heinrich und Graf Wilhelm schenken dem Kl. Marienfeld einen bei Stabellage genen Berg. 1207. Orig. Kl. Marienfeld U. 21. Abschr. Msc. I, 106. p. 116'.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus comes sacri palatii universis, quorum inspec presens scriptum oblatum fuerit, perpetuam pacem in eo, qui est pax vera. Cum precedentium pat Christianam religionem profitentium dictis pariter et exemplis provocemur, ut per bona temporalia, transeunt, mercemur eterna que nunquam veterascunt, necesse nobis est, ut eorum vestigiis maiori d tione innitamur, qui in hoc mundo plus ceteris aliquid possidere videmur. Sciat igitur presens eta noverit futura, quod dominus O. imperator Romanus et Ego, necnon et frater noster comes Willem montem quendam situm iuxta Stabellage, qui ad nos hereditaria successione devolutus est, quem domi Bernardus de Lippia et filius suus Hermannus nobis resignaverunt, quia illum cum ceteris bonis in benef tenuerunt, prompta devotione et pari consensu cenobio campi sancte Marie perpetualiter possidend intuitu remunerationis eterne donavimus. De reliquo ut hec nostre liberalitatis donatio in posterum a n possit cassari, sed stabilis et rata in perpetuum iam dicto cenobio permaneat, litteris eam fecimus m dari et sigilli nostri inpressione muniri cum subscriptione testium, quorum nomina sunt hec: Bernnar de Lippia, Teodericus cellarius, Gunzelinus dapifer domini imperatoris, Stefanus capellanus ipsius, Jord dapifer noster, Wernherus dapifer fratris nostri comitis Willemmi, et aliorum quamplurimorum. Acta hec anno ab incarnatione Domini M^o^. CC^o^. VII^o^.

Auf dem nur fragmentarisch erhaltenen Reitersiegel ist von der Umschrift noch zu erkennen: ... NRI ... DUX SA ... PALAT

[1]) So schreiben wir für „fratrum" des Originals.

## 45.

* *B. Otto I. verleiht den Zehnten von fünf Häusern in Handorf an das Kl. Freckenhorst.* 1207. — *Or. Kl. Freckenhorst U.* 7. *Abschr. Msc. I,* 94. *p.* 212.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Cum omnia que a nobis rite statuuntur, firmitatem iure debeant obtinere et perpetuitatem, illa presertim decet eternari et futurorum memorie commendari, que proficiunt utilitati ecclesiarum et necessitati succurunt personarum Deo ibi servientium. Noverint igitur presentis etatis et future posteritatis fideles, quod miles quidam, Fredericus videlicet de Erlo, decimam quinque domorum in Hondorpe, quam a nobis in beneficio tenuit, cum heredum suorum compromissione et consensu nobis legitime resignavit, et nos eandem decimam ecclesie Frekenhorst, quam diligere et promovere pronam habemus voluntatem, perpetua donatione contulimus in manus domne Gertrudis eiusdem ecclesie abbatisse. Preterea decimam duorum solidorum duarum domorum, quarum altera in Butelincdorpe, reliqua in Vosheim sita est, ad petitionem Landolfi sancti Jacobi in Monasterio sacerdotis, iam dicte contulimus ecclesie. Quod quia ratum teneri volumus et inviolatum observari sub anathemate precipimus, litterarum nostrarum testificatione et sigilli nostri communimus appensione. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.VII°. presentibus pluribus: Ludgero sancti Pauli decano, Rodolfo, Arnoldo in Frekenhorst canonicis, Bernardo notario; laicis vero: Heinrico de Bunesdorpe, Hermanno de Ulede, Lugero de Monasterio, Wicboldo de Balehornen aliisque quam pluribus.

Das an weissen Schnüren anhangende Siegel ist mit Ausnahme der Inschrift wohl erhalten.

## 46.

* *B. Otto I. schenkt dem Kl. Liesborn den ihm von Ertmar von Stromberg resignirten Zehnten in Duleberge. A. in castro Stromberge* 1207. — *Abschr. sæc. XIV. Msc. I,* 70. *f.* 35, *hieraus II,* 33. *p.* 88, *IV,* 3. *p.* 151, 13. *p.* 24.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Tanta est hodie hominum malicia, [tantaque] iuniorum cavillatio, ut omnes modos et vias experi[antur], quibus rationabilia vel sua vel antecessorum suorum facta [refraga]ri nituntur et irritare, maxime in ecclesiis et per[soni]s ecclesiasticis, quas imbelles et inermes [1]), ut aliquid ab eis extorqueant, unde omne genus cautele eorum cavillationibus vix sufficit opponi. Noverint itaque presentis etatis et future successionis fideles, quod Ertmarus de Stromberge [2]) decimam triginta solidorum in parochia Duleberge sitam, quam a nobis iure feodali quod vulgo burglen dicitur, in beneficio tenuit, nobis cum heredum suorum consensu legittime resignavit. Et nos eandem decimam cum omni integritate sua ecclesie Lesbern, que semper nobis devota exstitit et obsequiosa, que est potissima et primogenita Monasteriensis ecclesie filia, habundantissimo affectu in perpetuum possidendam contulimus. Sed ne maiori ecclesie in castro Stromberge ex hac donatione in aliquo derogaretur, et minori fide et obsequio idem E. nobis et castro teneretur, cautum est usquequaque et provisum, ita videlicet, quod iam dictus E. partem prediorum suorum, scilicet domum Menninhusen, domum Berglere, domum Ulede, domum Cohus dimidiam, molendinum Aldendorpe, cum omnibus attinenciis eorum, cum heredum suorum voluntario consensu, scilicet uxoris sue filiorum suorum et filiarum suarum, nobis et ecclesie nostre donavit et a nobis in feodum recepit, vice bonorum Lesbernensi ecclesie collatorum. Siquid vero de his bonis compertum fuerit esse beneficium et vero proprium predium, idem

[1]) Hier fehlt „sciunt" oder ein ähnliches Wort in der Handschrift.

[2]) Derselbe erscheint unter U. 61 neben „Omarus de Stromberge" als Zeuge.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ertmarus equipollentia competenti ecclesie nostre recompensabit. Ut autem hec rata permaneant et in vulsa perseverent, litterarum nostrarum atestatione et sigilli nostri communimus appensione. Acta sunt publice in castro Stromberge, anno dominice incarnationis M. CC. VII, presentibus viris plurimis et hones Ludgero sancti Pauli decano, Gehardo de Lesbern . . . . . [1])

## 47.

* *B. Otto I. bekundet die Stiftung einer Memorie zu Liesborn.* 1208. — *Or. Kl. Liesborn U.* 30. *Absch Msc. I,* 99. *f.* 41. *I,* 101. *f.* 16. *IV,* 10. *p.* 31.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Iusta desid electorum effectui mancipare et studia eorum bona promovere et ad consummationis finem perduc equum est et salutare. Sane cum quis facto laudabili in memoria eterna esse desiderat, ut illa a homines non pereat, sed scripto commendata exemplo suo proximum edificet et a generatione in ge rationem perseveret, pronam sicut decet habemus voluntatem. Presentem igitur etatem et successu scire cupimus posteritatem, quod Gerhardus Lesbernensis cellerarius obsequii sui sedulitate et officii strenuitate specialiter ab ecclesia sua diligi meruit et honorari, ita ut cum abbatis sui Werneri licentia fratrum suorum beneplacito a Conrado de Hukelhem mansum in Willenberge VI solidos gravis mon solventem, debita cautione adhibita, compararet et indelebilem recordationem sui ex eo propagaret, usus ordinatione, ut idem mansus curti Halekenbrugge attineat, et quicunque in villa villicus, in o obitus die anniversario predicti G., ad refectionem fratrum VI solidos ex illo persolvat. Quod quia rat teneri volumus et illibatum, eundem mansum predicte ecclesie contulimus et scripti nostri cautione mu mus a. D. M^o. CC^o. VIII^o, indictione . . . . Presentes fuerunt abbas Lesbernensis Wernerus, capellanus su Olricus, Bernardus noster notarius, Omarus et Olricus de Stromberge, Albertus de Avekke et alii plu

Das anhangende bischöfliche Siegel ist ziemlich gut erhalten.

## 48.

*Die Commissare B. Otto's I. entscheiden* 1208 *Febr.* 25. *den Streit zwischen Emo dem Gründer Klosters Witt-Werum und Reyndo dem Abt des benachbarten Klosters Feldwerth. — Emonis chronicon Matth. Anal. II. p.* 7. *Vgl. Menconis chron. ib. p.* 115.

## 49.

*Der Edle Bernhard von Horstmar beschwört in die Seele König Otto's IV. die von diesem dem Herz Ludwig von Baiern ertheilte Bestätigung des Herzogthums Baiern. Frankfurt* 1208 *November* 15. *Böhmer Regg. Imp.* 1198—1254 *p.* 40.

## 50.

*Antwortschreiben König Johann's von England an die Anhänger Kaiser Otto's IV. unter den geistlich und weltlichen Fürsten Deutschlands — unter diesen auch an den Bischof von Münster — auf ihren dur*

[1]) Hier bricht das Copiar ab, das auch Kindlinger nicht vollständiger vorlag. Doch musste damals dieses letzte Blatt d Copiars noch nicht so zerstört wie heute gewesen sein, so dass wir aus K. die eingeklammerten Stellen ergänzen konnte — Nach dem, diesem Copiar angehängten, Heberegister des 14. Jahrhunderts erstand das Ludgeristift zu Münster spät diesen Zehnten vom Kloster Liesborn.

*en Herzog Heinrich von Sachsen überbrachten Brief.* 1209 *März* 24. *London — Sudendorf Welfen Urkunden* 75. *Vgl. Böhmer Regg. J.* 1198—1254 *p.* 368.

## 51.

*B. Otto von Münster bestätigt dem Kloster Kappenberg die von den BB. Werner und Hermann gemachten 'chenkungen in Alen, Werne und Burc.* 1209. *Capenberg. — Or. Fürst. Münst. U.* 37. *Abschr. Msc. II,* 45 *p* 41.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Quoniam generatio reterit et generatio advenit, notum facimus cunctis Christi fidelibus tam posteris quam modernis, quod ancte recordationis comites Godefridus et Otto consanguinei nostri, cum pro salute animarum suarum eculo renuntiarent, centum et quinque ministeriales valde conmendabiles, cum possessionibus quibus in- eneficiati erant, cum uxoribus et parvulis omnique posteritatis spe, sancto Paulo apostolo contulerunt astrum Capenberg in claustrum convertentes, et militiam secularem in militiam spiritualis exercitii conmu- antes. Dehinc post aliquot annorum curricula, cum cenobium Capenbergense in religione proficere vide- ent, desiderante ac rogante pie memorie domino Wernero ecclesie Monasteriensis episcopo, magister Otto 'apenbergensis cenobii prepositus, et dominus Otto eiusdem loci fundator, consensu omnium fratrum, psam ecclesiam Capenbergensem, eatenus ab omni subiectionis iure liberam, utpote de libero et amplo patrimonio fundatam, prenominate Monasteriensi ecclesie in filiam concesserunt, ea utique spe, ut tam ipse enerandus episcopus, quam eius successores et omnis Monasteriensis ecclesia fratres de Capenberg affe- tuosius ac propensius diligerent. Proinde iam dictus episcopus ne videretur ingratus, quod eius desiderio atisfactum fuerat, duas ecclesias Alen et Wernen, pro anima sua et pro animabus predecessorum suorum t maioris ecclesię canonicorum, provida deliberatione iam dictis fratribus contulit ad amministrationem estium, quarum penuria laborabant. Quas ecclesias idem fratres usque ad hec presulatus nostri tempora nconcusse et quiete possederunt, pro eo quod omnes domini Werneri successores videlicet Fridericus, udewicus, Herimannus, venerabiles episcopi, fratribus de Capenberg favorabiles ac clementes exstiterunt, nemores bonorum, que supradicti comites sancto Paulo contulerunt. Quocirca prefatas ecclesias Alen et Wernen earumque decanias ab antecessoribus nostris ecclesie Capenbergensi collatas, et tam ipsorum quam etiam Romanorum pontificum auctoritate confirmatas, sed et ecclesiam Burc, a predecessore nostro domino Herimanno fratribus eisdem collatam, nos quoque auctoritate nostri firmamus offitii, paginam hanc sigillo nostro munientes, omnemque hominem qui hiis contraire et hęc temere cassare temptaverit, excommuni- cationis sententia in virtute sancti spiritus obligantes. In quo facto nos antecessorum nostrorum vestigiis inherere et Capenbergensium comitum, de quorum consanguinitatis linea descendimus, nos benignę memo- res esse intimamus, simulque Capenbergensium fratrum orationibus adiuvari preoptamus. Huius rei testes sunt: Herimannus Capenbergensis abbas, Wernerus Lisbernensis abbas aliique prelati, videlicet Jordanus Varlarensis, Fridericus Claholtensis, Herimannus Scheidensis, magister Bernardus Bremensis, Ulricus de Engere.

Datum in Capenberg, anno d. i. M°.CC°.VIIII°, indictione XII[a] [1]).

Das ziemlich gut erhaltene Siegel hängt an einem Pergamentstreifen.

---

[1]) In den Kindlingerschen Handschriften, Msc. II, 12. p. 107 findet sich ein von einer Hand s. XVII geschriebener Auszug ex libro privilegiorum Capenbergensium eingebunden, welcher den Anfang und den Schluss vorstehender Urkunde enthält, dem dann eine Aufzeichnung in Betreff der Rechte des Kappenberger Propstes und Stifts hinzugefügt ist. Da dieselben vielleicht bei dieser Gelegenheit von dem in Kappenberg verweilenden Bischof Otto festgestellt worden sind, so lassen wir sie hier folgen:

Si obierit aliquis canonicus in Capenberg, debet intimari domino decano et tunc peragetur memoria eius, sicut monialium Transaquam et de sancto Egidio cum moriuntur.

## 52.

*Otto I., Bischof von Münster, gibt dem Kloster Kappenberg* — animo retinentes, quod eiusdem cen fundatores consanguinei nostri fuerunt — *zu Händen des Cellerars Rotger einen Zehnten zu Wetmare Resignation des Johann von Dülmene und dessen Sohnes Godfried.* Testes: Walterus de Ludinghusen, C stianus de Wiskelo, Cesarius de Nortlunen — — Datum Cappenberg anno D. MCCIX. *Abschr. Msc. II, p. 44; gedr. Niesert U.-S. II,* 318.

## 53.

* *Des Abtes Hermann und des Klosters zu Kappenberg Constitution wegen verschiedener daselbst gestif Memorien, insbesondere der Bischof Werners, und der Verwendung der davon herrührenden Einkünft* 1209. — *Orig. Fr. Münster U. 38; Abschr. Msc. II, 45. p. 91.*

Herimannus Dei gratia Capenbergensis abbas, Theodericus prior, Volcnandus supprior, Ruthgerus lerarius ceterique fratres eiusdem loci, omnibus suis successoribus in perpetuum. Notum facimus futuris quam presentibus, statuisse nos communi consilio, ut anniversarius domni Werneri Monasterie episcopi cum sollempni servitio celebretur, dante camerario tres solidos, sacerdote de Wernen tres, sa dote de Alen tres, sacerdote de Burc duos, cellerario triticum et vinum ministrante. Sciendum quo quod frater noster Deo devotus sacerdos sancti Jacobi in civitate Monasteriensi, Landolphus nomine, red quatuor solidorum de domo quadam in Werle in festo S. Margaretæ solvendos comparavit, hac deli ratione, ut in festo S. Jacobi solitæ fratrum refectioni piscium coëmptio superaddatur, atque ex hoc c tatis obsequio memoria eius apud nos in benedictione habeatur. Eadem spe eodemque devotionis ard canonicus Sosaciensis Erpo nomine octo solidorum reditus de quadam domo in Werle annuatim in fe S. Margaretæ solvendos comparavit, ea provisione, ut in octava assumptionis S. Mariæ ad servitium c ventus expendantur, quatenus mater misericordiæ apud filium suum pro ipso intercedat. Præterea sci dum quod Ludewicus, Monasteriensium civium unus, calicem deauratum ęcclesiæ Capenbergensi d insuper et reditus octo solidorum de dimidia domo in Werle annuatim provenientes, quorum solidor quatuor in festo S. Margaretæ, quatuor in hieme festo S. Johannis evangelistæ solvuntur, nobis cont ea provisione, ut cum ipse Ludewicus ex hac luce migraverit, in eius anniversario septem solidi ad s vitium fratrum expendantur, et tam ipsius quam fratris nostri Ludgeri sacerdotis germani sui, sed et pa ac matris eorum, videlicet Ludewici et Bertradis, memoria vigiliarum ac missarum officiis agatur. septem solidos prior ac supprior recipiant et curam domus habeant, et duodecim denarios qui supers de anno in annum in sequestro reponant, propter timorem incendii et propter diversos casus, ut c summa excreverit, possit domus de hac pecunia restaurari. Ut igitur iam dicta servitia communi cons statuta fuisse nemo ambigat, nec ea posterorum quisquam temerario ausu mutare vel infringere præsu

---

Item canonici maioris ecclesie promovebunt.... Capenbergenses in causis suis sicut canonicos propri

Item in synodis duabus sedebunt prepositus Capenbergensis et Varlarensis iuxta dominum episcop et decanum, et si quid acquisierit decanus, dividet cum illis duobus.

Item prepositus Capenbergensis debet habere vocem meliorem episcopi Monasteriensis, sed non contradictionem; debet etiam electum presentare domino archiepiscopo Coloniensi cum literis capituli, quantum concorditer electus, quod ab ipso confirmetur.

Item in vigilia dedicationis et ipso die dedicationis, si prepositus Capenbergensis cum duobus s capellanis est in choro, tunc dabitur ei et suis capellanis presentia et cuilibet tantum sicut uni canoni sic etiam in festo Petri et Pauli.

aginam hanc sigillo ecclesiæ nostræ munire curavimus, anathemate ferientes omnem hominem, qui hæc assare iniqua præsumptione temptaverit. Idem per omnia dicendum ac perpetuo observandum de anniersario Radolphi de Sosacia et uxoris suæ Gerthrudis, qui octo marcas dederunt ad comparandos reditus, ex solidi Monasteriensis monetæ, quos solvit domus quædam in Ostwich, in anniversario eorum ad miniterium conventus expendentur. Actum anno dominicæ incarnationis M°.CC°.VIIII°, indictione XII, epacta XXIII, oncurrente III.

Das Siegel ist von den später in zweifacher Art vorkommenden Siegeln desselben Klosters ganz verschieden. Es enthält bloss die Bildnisse der beiden Patronen, nämlich der heiligen Maria mit dem Christuskinde, und des Evangelisten Johannes, welcher in der linken Hand ein Buch hält, beide in mehr als halber Figur; mit der Umschrift: SIGILLUM CAPENBERGENSIS ECCLESIE.

## 54.

*Desselben Abtes und Conventes Constitution wegen ähnlicher Gegenstände. Ohne J.* [1] *— Or. Fr. Münster U.* 39.

Herimannus Dei misericordia abbas in Capenberg, Theodericus prior, Volcnandus supprior, Rotgerus ellerarius cæterique eiusdem loci fratres, omnibus suis successoribus in perpetuum. Notum vobis esse upimus, quod frater Robertus habens domum in civitate Monasteriensi, hoc in sua conversione rogavit et ptinuit, ut eiusdem domus suæ census, videlicet septem solidi, ad servitium fratrum pertineant, ita ut in ie Palmarum annuatim inde conventui ministretur. Sciendum quoque et diligenter memorie commendanum, quod Gerthrudis vidua Gerwini militis de Rinkenrode, convocato conventu nostro, hoc rogavit scribi, uod ipsa in anniversario mariti sui annuatim novem solidos persolvat, quorum sex ad servitium fratrum ertineant, tres custodis ecclesiæ usibus deputentur, ut circa memoriam defuncti crescat nostræ devotionis ffectus.

Das Siegel ist wie bei der vorhergehenden Urkunde, nur etwas beschädigt.

## 55.

*Bischof Otto I. schenkt den Zehnten in Heithen der Ägidiikirche zu Münster.* 1209. *— Or. Kl. Ägidii U.* 5.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus universis Christi idelibus, ad quos hoc scriptum pervenerit in perpetuum. Cum ex officio ministerii nostri cunctis Christi fidelibus caritatis opus et pie devotionis exemplum perhibere teneamur, notum esse volumus, quod ad honorem Dei et ad sustentationem novelle congregationis, ecclesie sancti Egidii in Monasterio decimam quandam in parrochia Heithen quam Hildebrandus de Holthusen possederat, libere ad manus nostras devolutam, cum universis suis proventibus pro affectu contulimus. Universitatem vestram etiam latere nolumus, quod prefate ecclesie provisores a Hermanno de Sungere et Hermanno de Burcken et Godescalco tres decimas consensu nostro ementes, ad emendationem prebendarum iam dicte congregationis comparaverunt. Harum vero trium decimarum una, Hermanni videlicet de Sungere, locata est in villa que dicitur Horn, altera vero, Hermanni scilicet de Burcken, locata est super mansum qui dicitur Coninckeshove, tercia vero, quam Godescalcus habuit, posita est in villa Verdincthorpe super tres mansos. Ne igitur facti nostri sollempnis ordinatio et predictarum decimarum emptiones et venditiones processu temporis simul evanescant cum tempore, ne quis etiam ea malignandi occasione retractare presumat, utile duximus scripto commendari et sigilli nostri impressione roborari. Acta sunt hec publice anno verbi incarnati M°CC°nono, indictione XIIIa, presidente Romane sedi Innocentio papa, regnante gloriosissimo Romanorum imperatore

---

[1] Die mit der vorhergehenden Urkunde übereinstimmenden Aussteller berechtigen zur Annahme des J. 1209 auch für diese.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ottone, anno presulatus nostri sexto, presentibus viris honestissimis tam clericis quam laicis quorum mina hec sunt: Reiboldus maior prepositus, Hermannus maior decanus, Wolmarus maior custos, Egelm Frisie prepositus, Lugerus maioris ecclesie canonicus; comes Burchardus, Bernhardus Werenzo, Hein Norendin, Rembertus de Stochem, Florentius iudex, Godefridus de Hesnen, Heinricus de Lon, Luthew Juvenis, Theodericus de Curethe et alii quamplures.

An einem Pergamentstreifen hängt das beschädigte Siegel des Bischofs.

## 56.

* *B. Otto I. überträgt den Zehnten Sameren der Ägidiikirche zu Münster. Ohne J.* [1]. — *Or. Kl. Ägidii* 

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus decano et plebano in Scuttorpe salutem. Significamus vo quod Nicolaus de Benethem decimam Sameren, quam a domino Bernhardo de Horstmaria tenuit, consensu domini B. de Horstmaria in manus nostras resignavit, et nos illam decimam, cum omnibus ventibus quibus dictus Nicolaus eam possederat, ecclesie beati Egidii in Monasterio contulimus. vobis mandamus, quod factum nostrum parrochianis vestris et omnibus ad sinodum vestram accedenti significetis firmum observari, auctoritate nostra precipientes dicte ecclesie exhiberi omne ius, quod Nic in illa decima erat recognitum.

Das Siegel ist nur zum kleinen Theile erhalten.

## 57.

*B. Otto I. schenkt der neu begründeten Congregation an der Ägidiikirche zu Münster mehrere Zehnten.* 1209.
*Or. Kl. Ägidii U.* 6. *Abschr. Msc. I,* 81. *p.* 300; *hieraus gedr. Niesert U.-S. II,* 315.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus universis Chr fidelibus ad quos hoc scriptum pervenerit in perpetuum. Cum ex officio ministerii nostri cunctis Chr fidelibus caritatis opus et pie devotionis exemplum perhibere teneamur, notum esse volumus, quod honorem Dei et ad sustentationem novelle congregationis ecclesie sancti Egidii in Monasterio decim Sameren, que est in parrochia Scuttorpe, quam Bernhardus de Horstmaria in manus nostras resigna cum universis suis proventibus pio affectu contulimus eidem ecclesie. Universitatem vestram etiam lat nolumus, quod prefate ecclesie provisores ab Arnoldo de Theidem decimam in Neithen et Geisteren c suis attinentiis consensu nostro ementes, ad emendationem prebendarum iam dicte congregationis com raverunt. Nichilominus scire debetis, quod Menricus de Dulmene decimam in parrochia Ludinchusen, q annuatim reddit duos solidos et unum parvum modium pise, in manus nostras resignavit, quas eti ecclesie beati Egidii in Monasterio cum universis proventibus pio affectu contulimus, prius in manus nostr resignatas. Ne igitur facti nostri sollempnis ordinatio processu temporis simul evanescat cum tempore, quis etiam eam malignandi occasione retractare presumat, presentem paginam huius facti testimonial conscribi fecimus et sigilli nostri impressione roborari. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M°.CC°.no regnante Romanorum imperatore Ottone, presidente Romane sedi Innocentio, presulatus nostri anno Testes: Reinboldus maior prepositus, Hermannus maior decanus, Volmarus maior custos, Egelmarus Fri prepositus, Lutgerus maioris ecclesie canonicus; comes Burchardus, Bernardus Werence, Heinricus Nore din, Renbertus de Stochem, Florentius iudex, Godefridus de Hesnen, Heinricus de Lon, Ludewicus Juven Thidiricus de Curethe et alii puam plures.

Das Siegel des Bischofs ist wohl erhalten und führt die Umschrift: OTTO DEI GRATIA MONASTERIENSIS EPC.

---

[1]) Dass diese Urkunde ins J. 1209 gehört, lässt sich aus der nächstfolgenden U. vermuthen.

## 58.

*B. Otto I. bestätigt das von Emo plebanus in Husdinge und von Emo de Romerswert gegründete Prämonstratenserkloster (Witt-Werum).* Acta — — a. D. i. MCCIX. pridie Kalendas Aprilis (März 31.), feria tertia) pascalis ebdomadæ, ind XII, epactæ XII. concur. III. — *Emonis (des frühern plebanus in Husdinge, spätern Abts in Werum) chronicon ap. Matth. Anal. II. p.* 8 [1]).

## 59.

* *Der Freie Godfried übergibt sich mit Frau und Sohn der Ägidiikirche zu Münster zu eigen.* 1209. — *Or. Kl. Ägidii U.* 8.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ermengardis divina favente gratia abbatissa ecclesie sancti Ægidii in Monasterio universis in Christo fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Quia humane memorie plerumque insidiatur oblivio, soletque temporum abolere vetustas quod scriptis commendare hominum negligit improvidentia, cautum duximus factum nostrum presentibus litterulis inscribere, ut debita in posterum gaudeat firmitate. Venerunt ad nos Robertus et Sueneheldis, uxor eius, nec non Godefridus filius utriusque, qui cum essent omnes liberi, iure servili ecclesie nostre se mancipaverunt, eo videlicet pacto, ut domum nostram, que sita est super Geist, eis et eorum successoribus ad tercium manipulum daremus excolendam, et ipsi quoad viverent neque censum neque pensionem aliquam preter manipulum redderent, successores vero eorum et censum debitum et IIIIor porcos sub estimatione IIIIor solidorum annuatim exsolverent, relicta nobis optione, utrum eorum vellemus acceptare. Accepto igitur ab eis sacramento fidelitatis eos in mancipia ecclesie nostre recepimus, et domum dictam sub prefata eis conditione concessimus, rem gestam litteris signantes et impressione sigilli nostri munientes, idoneis testibus adhibitis tam clericis quam laicis, quorum nomina sunt hec: Lutderus, Grisantus, sacerdotes; laici: Temmo de Berle et frater eius Arnoldus, Suetherus de Lare, Bertrammus de Holen, Bertrammus de duabus curiis. Acta sunt hec a. d. i. Mº.CCº.nono, indictione XIIIª, presidente Romane sedi sanctissimo papa Innocentio, regnante gloriosissimo Romanorum imperatore Ottone feliciter [2]).

Das an einem Pergamentstreifen hangende Siegel des Klosters hat sehr gelitten.

## 60.

*Vergleich zwischen der Äbtissin Ida von Überwasser und den Kindern eines verstorbenen Dienstmannen wegen der Erbfolge.* 1209. — *Cyrographirtes Original Kl. Überwasser U.* 18; *gedr. Kindl. Beitr. II. U. p.* 243 *nach der correspondirenden etwas abweichenden Ausfertigung.*

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Quoniam ea, que rationabiliter fiunt, quandoque vetustate temporum vel alio casu sinistro oblivioni traduntur, scriptorum auctoritate et testium approbatione roborantur, ne queant iniuste alterari. Defuncto L. milite, qui fuit ministerialis ecclesie [3]) Marie in Monasteriensi civitate, orta est controversia [4]) de bonis, que tenuit de abbatissa tam de feodo quam de villicatione, inter venerabilem abbatissam Idam et pueros predicti L. militis, quos reliquit, filium videlicet et filiam, quia de familia non erant beate Marie. Sed ad instantiam multorum et precum cognatorum hec

---

[1]) Emo von Romerswert starb 1215 l. c. p. 21, der Abt Emo aber 1237, cfr. Menconis abbatis tertii in Werum chron. l. c p. 129.

[2]) Auf der Rückseite der Urkunde steht: „De domo quadam super Gest, nunc de hoff tor Lynden, et nosmet colimus."

[3]) „beate Marie" Kindl. — [4]) „o. e. c." aus Kindl.

intervenit compositio. Pueri prefati L. militis H. et E. dederunt abbatisse XII marcas Monasteriensium nariorum; Ida vero venerabilis abbatissa villicationem in Everswinkele, curtim videlicet que dicitur Wes contulit filie quia maior erat natu, fideiussione data quod a festo Martini per annum ad ecclesiam b Marie transibit per concambium, et si infra tempus dictum concambium non fuerit celebratum, fideiuss Bernhardus, Lutgerus et Wezelinus de Suhtbeke, Johannes de Emesbroke, Rolandus de Vugtharpe, Go fridus clericus intrabunt civitatem non exituri usque quo fiat concambium. Quod si aliquis fideiussor decesserit, alius substituatur. Si vero fidem violaverint, ad abbatissam bona redeant, donec promiss exsolvant. Ceterum filius prefati L. feodum patris recepit, fidelitatem loco ministerialis facturus. Qu decedat, filia que debet esse de familia ecclesie, fratri succedat in feodo. Econverso si filia sine her decesserit, filius ducat ministerialem ecclesie, vel fidem abbatisse faciat, quod ducat et villicationem r piat. Appositum est etiam quod [1]) si uterque puerorum sine herede decesserit, fideiussores tam feod quam villicationem tenebunt, donec XII marcas inde recipiant et ab eis [2]) exigendum est servitium. ordinatio ut rata permaneat, presentem super hoc scedulam conscribi et auctoritate tam maioris eccle quam nostri sigilli communiri feci. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini M°. CC°. VIIII°, preside apostolice sedi papa Innocentio, rege Ottone regnante, vivente Monasteriense episcopo Ottone, tam cl cis quam laicis presentibus quorum nomina sunt hec: Fredericus prepositus, Rotcherus, Jordanus, Be hardus de Thekincbroke, Brunstenus, Themo de Berlen, Winandus [3]).

An leinenen Fäden hängt nur das Siegel des Klosters. Es ist verschieden von dem ältern, von Erhard cod. 369 besch benen des J. 1173, und stellt in ganzer Figur die auf einer Bank sitzende heilige Jungfrau, mit dem Jesuskinde dem Schoosse und einer Lilie in der Rechten, beide Köpfe von einem Heiligenschein umgeben, vor. Von der zerstörten Umschrift lässt sich noch erkennen: SIG . . . IN . . . . NASTERIO. Für das Siegel des Domkapi befindet sich keine Oeffnung in der Urkunde.

## 61.

*B. Otto I. schenkt dem Kloster Liesborn den Zehnten in der Villa Lutterbeke.* 1210. — *Orig. Kl. Liesbo U.* 31; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 26'. *I,* 101. *f.* 16'. *IV,* 10. *p.* 32; *gedr. Niesert U.-S. IV. p.* 184.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Sollicitudo cu pastoralis et dispensatio domus Dei nobis credita suadet et urget, ut secundum apostolum operemur bonu ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Quapropter Lisbernensi cenobio ad cultum Dei ordina intuitu caritatis, interventu etiam Werneri prefati cenobii abbatis, decimam XV fere solidorum in villa Lu terbeke perpetuo concessimus habendam. Partem huius decime, X scilicet solidos, Hermannus de Rude berge, vir nobilis et castri nostri Strœmberge burgravius, iure feodali de manu nostra, et ab eius ma Ulricus, gogravius de Strœmberge, eodem iure tenuerat; reliquum vero huius decime, V solidos pret IIII denarios, prefatus Ulricus a nobis habebat. Recompensatione itaque ordinata de patrimonio suo Ul cus iam dictus molendinum in Evinhusen cum suis attinentiis in proprietatem ecclesie nostre contulit, et h a nobis burgravius et ab ipso gogravius in beneficio recepit pro resignata nobis decima. Contuleramu etiam prius eidem cenobio decimam domus in Holthusen et VII solidos decimarum in Steinhorst et ei vicinia, a Johanne de Dulmen prius habitos et nobis libere resignatos. Ut igitur hee nostre donationes ordinationes rate et inconvulse perpetuo maneant hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri decrevimu impressione roborari, anathemate debito violatores huius privilegii innodantes. Testes huius contractus Wernerus abbas, Ulricus prior, Hermannus de Rutenberge, Christianus de Heppen, Conradus pincern Erthmarus, Omarus et Ulricus frater eius, Philippus dapifer, castellani de Strœmberge; ministeriales: Rei

---

[1]) „quod si puerorum uterque predictorum sine herede moriantur" Kindl. — [2]) „et ab eis tam de feodo quam de villica tione" Kindl. — [3]) „Wernherus, Unrum" fügt die Kindl. Ausfertigung hinzu.

ertus de Stochem, Willehardus de Hesler, Wenemarus de Hahusen et alii quam plures. Acta sunt hec nno dominice incarnationis M°.CC°.X°, regnante imperatore Ottone, anno consecrationis eius I°, anno omni pape Innocentii XIII°, pontificatus autem nostri VII°.

Das anhangende Siegel ist ziemlich gut erhalten.

## 62.

*dolf, Graf von Altena, eignet dem Kloster Kappenberg das demselben von den Erben des verstorbenen Ministerialen Wiricus verkaufte Haus zu Langeren zu.* 1210 *April* 7. — *Original im Gräflichen Archive zu Kappenberg; Absch. Msc. II,* 45. *p.* 101; *gedruckt Nies. U.-S. II. p.* 467.

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Ego Adolphus per Dei gratiam comes de Altena, omnibus uccessoribus meis, cunctisque fidelibus, ad quos heę litterę pervenerint, salutem in Domino. Notum esse olumus tam futuris quam presentibus, quod Adelheidis uxor Wirici defuncti ministerialis nostri, et duę ius filię ac legitimę heredes Aleidis et Gerthrudis, acceptis a Willehelmo custode Capenbergensi XXti IIIIor arcis, venerunt ad nos, cum essemus Capenberg, et voluntarię nobis resignaverunt domum in Langeren, uam a nobis in beneficio habuerunt, ea conditione ut eam Capenbergensi ecclesie donaremus. Nos itaque d peticionem domini Herimanni abbatis Capenbergensis et fratrum illorum, quos specialiter diligimus, pro alute quoque animę patris nostri Friderici comitis de Altena, qui ibidem sepultus resurrectionis diem expectat, obtulimus super altare, ego et mater mea Alveradis et uxor mea Luthgardis, Deo et beatę MARIĘ emper virgini, sanctoque Johanni apostolo, iam dictam domum in Langeren, ut eam Capenbergensis cclesia allodii iure perpetuo possideat, cum omnibus utilitatibus et appendiciis suis, reservato tamen nobis dvocatię respectu. Affuit dominus Herimannus abbas et conventus, et excommunicavit omnem hominem, ui donationem hanc temere cassare presumpserit. Ut ergo in hiis, quę rationabiliter facta sunt, nullum alumpniator locum inveniat, paginam hanc sigillo nostro muniri precepimus, subnotatis testibus, quorum sta sunt nomina: Ludolphus dapifer de Boinen, et Lubertus frater eius, Lubertus de Heringe, Albero de slen, Everhardus de Wickede, Adolphus filius dapiferi, Everhardus Alberonis filius, Fridericus Scheker, Walbret de Bugge, Albertus Rep de Brehten, Theodericus Vullespit, Everhardus Hane, Engelbertus Balke aritus Adelheidis et alii quam plures. Acta sunt hęc VII° Idus Aprilis, quarta feria ante Palmas, anno ominice incarnationis M°. CC° X°, eo anno quo dominus OTTO Romę imperator ordinatus est, indictione XIIIa, concurrente IIIIa.

Das mit einer aus gelben wollenen Fäden geflochtenen Schnur angehängte Siegel ist zwar zerstört, doch sieht man aus den Resten noch, dass es ein Reitersiegel, und zwar von den späteren Siegeln dieses Grafen (vgl. zum J. 1220 und 1245) verschieden war, indem der Kopf des Pferdes nach der rechten, bei den späteren aber nach der linken Seite (des Lesers) hingewandt ist.

## 63.

*B. Otto I. gestattet der Äbtissin Jutta zu Nottuln, die von ihrem Bruder Adolf (von Holte) erkaufte Vogtei über ihr Stift von den Bischöfen von Münster zu Lehn zu tragen.* 1211. *Ex copia s. XVI. gedr. bei Niesert U.-B. I. p.* 366.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto divina favente clementia Monasteriensis episcopus universis fidelibus posteris ac presentibus. Pax vobis a Domino et eterna salus. Sicut eos, qui sanctam libertatem ecclesie unigeniti quesitam sanguine sua irrumpunt ferocitate, vasa ire et perditionis esse con-

fidimus, ita nimirum, si quis ad eius liberationem inflammatus [1]) spiritum consilii et fortitudinis arrip felicem omnino et vas electum ac benedictionis memoria dignum certissime speramus. Quamobrem notitiam tam moderne quam future generationi scribendo transmittimus, quod domina Jutta in Nutlon v rabilis abbatissa multis advocatorum insolentiis vexata et fere quasi in servitutem redacta, salutari ta zelo accensa advocatiam ecclesie sue a proprio fratre suo Adolfo nomine, qui eam a nobis feodali possedit, data pecunia, quanta inter eos in pacto convenerat, integraliter redemit, et tam sibi quam o bus abbatissis post eam ibi futuris a nobis ac successoribus nostris in feodo tenendam impetravit, ea licet conditione, ut si defuncto Rogero, qui tunc eandem advocatiam secundario habebat, et hered eius de medio sublatis, iam dictum feodum vacaverit, abbatissa nec ista nec futura alicui in ratum cedat, sed alternatim quem voluerit instituat, sicut ei visum fuerit, pro sua utilitate tenendum aut im tunitate mutandum. Quod pactum si transgressa fuerit sanguinis aut muneris amore seu etiam quacu interventione, expiret, quo gaudebat, privilegium, et conferendi potestas revertatur ad episcopum. V quoniam advocatie illius quicunque possessor Monasteriensi episcopo feodalis obsequii fuerat debitor, illius recognitionem nec non et huius contractus recordationem statutum et ab utraque parte est com missum, ut abbatissa quolibet anno det episcopo Monasteriensi sex aureos valentes dimidiam marcam nasteriensis monete, tres in vigilia pasche, tres in vigilia nativitatis Domini persolvendos. Ut igitur memorabile factum nec temporis etate deleatur, nec cuiuslibet malignitate infringatur, hanc paginam no nomine scriptam et sigillo signatam perpetuo memoriali placuit conservare. Ceterum quoniam divina seratio nullum quamlibet exiguum benefactum suo fraudat precio, sacro illius loci conventui suademu Domino, ut memoriam Jutte abbatisse semper habeat secutura posteritas, cuius fuit ad profectum eccl tam fervens et sincera voluntas, licet tenuis fuerit et angusta facultas. Et quia sine nostre benigni annuentia non potuit fieri, pro nostris quoque excessibus apud eum curent deprecari, cui proprium parcere semper et misereri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M⁰.CC⁰.XI⁰, indictione XIII, p sidente sancte Romane ecclesie pontificio Innocentio papa tertio pontificatus sui anno XIII, regnante i ctissimo Romanorum imperatore Ottone, presulatus nostri anno IX; presentibus viris honestis tam cle quam laicis, quorum nomina hec sunt: Wernerus abbas de Lesbern, Remboldus maior prepositus, H mannus maior decanus, Egelmarus Frisie prepositus, Volmarus maior custos, Hermannus scolasticus, Wi marus maioris ecclesie canonicus, Gerlagus de Dingethe canonicus, Bernardus de Horstmar, Adolphus fr abbatisse eiusdem, Bernhardus Werenzo, Henricus Norendin, Rembertus [2]) de Stochem, Theodericus pifer, Wilhelmus Scoke et alii quam plures.

## 64.

* *Bischof Friedrich von Halberstadt überträgt an B. Otto I. von Münster und seine Nachfolger den Zehn von dem Weinberg in Desborgh.* 1211. — *Abschr. Msc. I, 1. p. 71.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus Dei gratia Halberstadensis ecclesie episco omnibus in perpetuum. Quoniam contingit plerumque aut longi temporis evolutione aut malorum homin temeritate factis rationabilibus derogari, ideo tale robur eis et monimentum duximus adhibere, ut et f memoria in longum vigeat et omnis tergiversatio posterorum penitus conquiescat. Ea propter notum e volumus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod cum venerabilis dominus et pre lectus amicus noster Otto Monasteriensis episcopus vineam quandam de Desborgh in bonis ecclesie s excolere proponeret, intelligens decimam eiusdem vinee nobis nostrisque successoribus pertinere, c attentione petivit a nobis, quatenus eandem sibi conferre vellemus. Nos igitur qui in omnibus, quib

---

[1]) So lese ich statt „inflammatur" des Drucks. — [2]) „Rembericus" hat der Druck.

nquam poterimus, ipsum et ipsius ecclesiam propter eum semper intendimus honorare, petitioni sue ob inculum mutue dilectionis, quo ecclesia Monasteriensis et nostra de cetero debent adinvicem quasi federe indissolubili colligari, de coniventia fratrum nostrorum duximus annuendum, decimam antedictam sibi suisque successoribus liberaliter conferentes. Huius rei testes sunt: Wernerus maior prepositus, Burchardus decanus, Almarus sancti Pauli prepositus, Bertoldus de Lucowe, Bernardus de Saltwidele, Hinricus kamerarius, totumque maioris ecclesie capitulum; layci nobiles: Conradus burggravius de Arneburgh, de Susly et Wernerus, Hugoldus de Scherenbeke; ministeriales Ghevehardus dapifer noster, Anno de Eilenstide, Tydericus marscalcus noster, Hinricus Brunns et alii quam plures. Acta sunt hec a. i. d. M°. CC°. XI°, indictione XIII, presidente sancte Romane ecclesie papa Innocentio huius nominis tercio, regnante serenissimo domino Ottone Romanorum imperatore et semper augusto, ordinationis nostre anno primo in nomine Domini amen. Ne igitur super hiis aliquod in posterum ambiguum habeatur, hanc cartulam ad veritatis evidentiam inde conscribi et sigilli nostri impressione fecimus insigniri.

## 65.

*Bischof Otto I. erhebt die neugegründete Kirche zu Marahusum zu einer Pfarrkirche, indem er ihr* totam villam in Marahusum et totam hemmercam illius villæ cum agris attinentibus et eorum inhabitatoribus *zur Parochie anweisst und ihr auferlegt, der* ecclesia matrix in Beftlo *(Westfriesland), deren Pfarrer Meynold ist,* tres libras Groningensium *jährlich zu zahlen.* Acta — a. — MCCXI, ind. XIV; pridie Idus Septembris. TT. Aldbertus abbas s. Bernardi, Liutgerus decanus, magister Wicboldus, Ernestus Gerlenga et Alfricus de Rottum. Datum Loppeshem per manum Rolandi scriptoris. — *Orig. Fr. Münster U.* 40. *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 184, *IV.* 2. *p.* 215. *IV,* 13. *p.* 26; *gedr. Niesert U.-B. I. p.* 397.

Das Siegel ist nicht mehr erhalten.

## 66.

* *B. Otto I. schenkt dem Kl. Liesborn das Gut Ulingthorpe.* 1212. — *Or. Kl. Liesborn U.* 32. *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 15'. *I,* 101. *f.* 17'. *IV,* 10. *p.* 33.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Quotiens utilitati vel necessitati pauperum Christi et eorum qui divino ministerio deputati sunt operam damus, obsequium nos prestare Deo nullo modo dubitamus, quod, ut memoria dignum, a devotis Christi fidelibus ad bonorum exemplum abscondere non debemus. Notum itaque esse volumus tam presentibus quam futuris, nos predium quoddam, Ulingthorpe dictum, quod a nobis Godefridus de Hesne in beneficio tenebat, ab ipso et ab eius filio, feodali scilicet herede, libere resignatum, cenobio Lesbernensi perpetuo habendum contulimus. Ut autem hec nostra sollempnis donatio rata et inconvulsa perpetuo maneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri impressione cautum duximus roborari, anathemate debito secundum censuram ecclesiasticam hec infringere temptantem innodantes. Testes vero huius nostri facti sunt qui presentes fuerunt: Fridericus prepositus de Claholte, eiusdem ecclesie custos Everwinus, Folmarus sacerdos, Gervasius canonicus sancti Mauritii; laici: Theodericus Calf et suus frater Wolterus, Hugo de Pikenbroc, Winemarus de Ahus et alii quam plures Acta sunt hec anno dominice incarnationis [1]) M°. CC°. XII°, presidente Romane ecclesie summo pontifice Innocentio papa tercio pontificatus sui anno XIIII°, regnante gloriosissimo Romanorum imperatore et semper augusto Ottone ordinationis sue anno secundo.

Das Siegel ist abgefallen.

---

[1]) Das Folgende ist von anderer, wenn auch gleichzeitiger, Hand hinzugefügt.

## 67.

*Otto's I., Bischofs zu Münster, Bestätigung eines, zwischen dem Dompropst und Kapitel geschlossenen, gleiches, wonach die Obedienzen nur Canonicis emancipatis zugetheilt werden sollen.* 1212. — *Orig. in Ausfertigungen Fr. Münster U.* 41, 42; *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 431; *gedr. Niesert U.-B. I,* 277; *Wilkens Gesch. der Stadt Münster p.* 107.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Monasteriensis episcopus universis Christi fideli salutem. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris quod orta dissensione inter Remboldum r iorem prepositum et canonicos ecclesie nostre maioris pro eo, quod idem canonici quatuor obedien videlicet Kelinchof, Holthusen, Kesammet, Aldenhof, que predicto preposito vacabant, dicebant, prepo nec sibi licere tenere, nec canonico in scolis constituto conferre, pro bono pacis mediantibus viris disc tis, ita inter se convenerunt, quod prepositus per inquisitam sententiam infirmavit collationem suam, qu fecerat nepoti suo Stephano infra scolas constituto in duabus predictarum obedientiarum, scilicet Holthus Kesammet, et idem Stephanus sponte easdem obedientias in manus prepositi resignavit, decanus et maior eandem collationem per sententiam irritavit. Insuper recognovit prepositus, nec illas obedien nec aliquas sibi licere de iure tenere, vel canonico non emancipato conferre, sed solis canon emancipatis et stationariis, et ita promisit se in posterum servaturum; canonici autem e contrario de benivolentia optionem dederunt preposito, ut de predictis obedientiis unam quam vellet in uno de cano cis emancipatis et stationariis locaret, et reliquas tres suis usibus nomine sue persone, quoad viveret, r neret. Hanc igitur compositionem utrobique approbatam, et utriusque partis sigillo munitam, de volunt et petitione ipsorum etiam sigilli nostri impressione munitam confirmamus, precipientes sub anathem vinculo, ne cui hominum liceat hanc nostre confirmationis paginam infringere. Acta sunt hec verbi inc nati anno M⁰.CC⁰.XII⁰, indictione XVa, presedente Romane sedi sanctissimo papa Innocentio III⁰, pontifi tus nostri anno X⁰.

Von den drei angehängten Siegeln hängt das des Bischofs in der Mitte, das des Domkapitels zur Rechten, und das Propstes zur Linken. Das Siegel des Bischofs ist elliptisch, und stellt den Bischof sitzend vor, im Ornate, in rechten Hand den Bischofsstab, in der linken ein offenes Buch haltend; die Umschrift ist nicht ganz mehr zu le Das Siegel des Domkapitels ist das gewöhnliche grössere, mit dem Brustbilde des heiligen Paulus. Das des Prop ist ebenfalls elliptisch, aber bedeutend kleiner als die beiden vorigen; es zeigt einen aufrechtstehenden Mann geistlicher Kleidung, in der linken Hand ein Buch haltend; mit der Umsbrift: REIBOLD⁹. DI. GRA . . . IN MONASTER

## 68.

*Otto's I., Bischofs zu Münster, Privilegium für den Pfarrer zu Alen wegen der Fischerei daselbst, als Ers seines, bei der Befestigung dieses Ortes, erlittenen Schadens.* 1212. — *Orig. Fr. Münster U.* 43. *Abschr. Msc II,* 10. *p.* 79. *II,* 45. *p.* 42; *gedr. Kindl. Beitr. III. U.* 136.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Monasteriensis episcopus. Licet ex officio nobis iniunc omnibus ecclesiis maxime in nostra dyocesi constitutis debitores simus, religiosis tamen et divino cul mancipatis in aliqua necessitate deesse non debemus, ut apud Deum pro nobis ipsorum oratio purior semper et frequentior. Ad universorum igitur noticiam volumus pervenire, quod beate memorie antecess meus, dominus Herimannus episcopus ipse suo tempore, et ego meo, villam in Alen, ut fossatis et al munitionibus firmaretur, effecimus. Ubi fodientes dum foderent, plebano ville eiusdem in agris et piscin non modicum dampnum intulerunt; unde dolens antecessor meus statuit et scripto confirmavit, ut sacerd Alensis, pro recompensatione dampni sui, ipse solus perpetuum habeat ius piscandi, presertim in termin illis, ubi eius piscine et agri sunt transfossi. Ego quoque, pia antecessoris mei sequens vestigia, et ecclesi Alensis indempnitati libenter consulens, que ipse statuit et confirmavit, ego quoque statuo et confirm

delicet ut plebanus, pro reconpensatione dampni sui, perpetuum habeat ius solus piscandi in supradictis rminis, nullusque ei molestus sit contradicendo vel impediendo. Quod qui facere presumpserit, et hanc dinationem cassare temptaverit, plebanum in piscatura sua inpediendo vel vexando, nisi cito resipiscat, erpetuo anathemate ipsum anathematizamus, tradentes eum Sathane. Testes: Liutgerus maioris ecclesie nonicus, Gerhardus cappellanus, Rolandus notarius, Ludolphus de Wernen, et frater eius Alexander, Arldus clericus, Hermannus de Sindene et fratres eius Israel, Heribordus, Alexander. Datum anno domice incarnationis M°.CC°.XII°, pontificatus vero nostri VIII°.

Das Siegel ist verloren gegangen.

## 69.

*. Otto I. tauscht mit dem Domcapitel verschiedene Zehnten und Güter aus.* 1212. *Roxel.— Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 71*; gedr. Niesert U.-S. II,* 320.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Cum res gesta cripto commendatur, universe calumpnie materia prevenitur, ut nulla litis occasio successoribus relinuatur. Hinc est, quod factum nostrum rationabile et honestum necessarium duximus scripto commenari. Sciant ergo tam presentes quam posteri, quod decimam totius ville Bymalte, preterea super tres omos Hersedorpe, que solvit XXX et VIII molt ordei et siliginis pro redimendis manipulis, minutam deciam et tres solidos que pertinebant servitio mense nostre de curte Buren, unde pauper unus plenarie est estiendus, dedimus fratribus maioris ecclesie Monasteriensis, quia bonam et utilem mense nostre recepius commutationem, scilicet bona Heythe cum omnibus attinentiis, que sunt ex illa parte Haren, et hoc am communi consensu totius ecclesie ordinavimus. Preterea dedimus ad eandem commutationem de ervitio mense nostre Bekehem, Bethelwic V solidos, Weris VI solidos; de servitio mense nostre Alen e curte que vocatur Dudinc XXX denarios, Hoonhovele XXX denarios, de Rothem VI denarios, insuper dekenhovele III solidos, Bothorst II solidos, Thorasne XVIII denarios, Gotferdewic XII denarios. Ut igitur ec commutatio firma maneat et immutabilis, presentem paginam exinde conscribi et sigilli nostri impresone fecimus roborari. Acta sunt hec Rokeslere sollempniter cum consensu priorum, canonicorum et miisterialium ecclesie, qui omnes ad vocationem nostram ibi convenerant, et cum consensu eorum, qui tunc i presentes non fuerant, postea requisito. Anno verbi incarnati M°.CC°.XII°, indictione quintadecima, residente sancte Romane ecclesie summo pontifice (Innocentio) anno (decimo) tertio, tempore controversie, ue fuit inter regem Fredericum et Ottonem, presulatus nostri anno nono; presentibus viris honestis tam icis quam clericis, quorum nomina subscripta continentur: Remboldus maior prepositus, Hermannus maior ecanus, Volmarus maior custos, Gotfrydus sancti Lutgeri prepositus, Egelmarus prepositus Frysie, Herannus scolasticus, Gerlacus de Dingede, Wenemarus de Sylvolden, Wolterus de Husteden, Bruno de sbeke, Franko de Tremonia, Lubertus de Benthem, Bernardus cantor, Ludolfus de Holte, Nicolaus, Gercus, Hermannus, Ludoldus, Olricus, Tydericus, Ludgerus, Hermannus, Hinricus, canonici maioris ecclesie Ionasteriensis; ministeriales vero: Wolterus de Ludynchus, Bernardus Werentze, Hinricus Norendin, ubertus de Beveren, Hermannus de Monasterio, Fredericus de Sconenbeke, Gotfrydus burggravius de echede, Bernardus Paschedag, Rembertus de Stochem, Gerlacus Bitter, Ernestus de Beveren, Gyselbertus e Warendorpe et alii quam plures.

## 70.

* *B. Otto I. überträgt dem Kloster S. Ägidii in Münster verschiedene Zehnten.* 1213. — *Orig. Kl. Ägidii U.* 10*; Abschr. Msc. I,* 81 *p.* 296.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Cum iuxta apotoli exhortationem dicentis: „Attendite vobis et universo gregi, in quo posuit vos Deus pastores et episco-

pos animarum"! ovium nobis, Domino disponente, creditarum necessitatibus moneamur vigilanter inten circa eas tamen sollertiori cura nobis vigilandum est, que se intra ovile Domini loco secretiore recipie ad sancte contemplationis otium transtulerunt. Unde universis tam futuri quam presentis evi fidelibus n esse cupimus, quod nos decimas in presenti pagina subscriptas, quas laici de manu nostra iure fe tenuerant, per pecuniam cenobii sancti Egidii in Monasterio de manibus laicorum redemptas et ab laicis ex consensu heredum suorum cum omni qua oportuit iuris et facti sollempnitate in manu n resignatas, eidem cenobio in redemptionem peccatorum nostrorum et alimoniam sanctimonialium ib Deo deservientium contulimus iure perpetuo possidendas. Ad amputandas igitur tam nostri temporis q future posteritatis calumnias, non solum loca decimarum, sed et eorum nomina, qui de manu nostra i tenuerant, annotari fecimus et annotata sigillo nostro muniri. Decime, quas resignavit Gerhardus C schinkel, hee sunt: in villa Burchvehtlere decima curie, que pertinet ecclesie Werdinensi, cum de trium mansorum eidem curie pertinentium; in villa Gelincthorpe decima domus Sintrammi de Hage decima mansi que pertinet ecclesie in Liesbern, item decima de domo Henrici de Aldenthisteden et ib decima de manso Gernandi; in parrochia Alen decima de domo Wickeri in Kotherincthorp. Item de IIIIor solidorum, quam resignavit Brunstenus de Billerbeke sub duabus domibus in Winincthorp. Item cima, quam resignavit Godescalcus de Bischopinchof de tribus domibus Godefridi, Thiderici et Ludol Verdincthorp. Item decima, quam resignavit Bernhardus Werenzo de domo Hankesbeke, que per ipsi cenobio sancti Egidii Item decime, quas resignavit Renbertus de Stochem, quas Giselbertus Kivi ipso tenuerat, que sunt sub parrochia Thetten in villa Isincthorp decima V solidorum, sub parrochia I de domo Henrici in Clancthorp decima III solidorum, in villa Treschusen de domo Brunonis et d Sweneheldis et de aliis quibusdam agris decima IIIIor solidorum, sub parrochia Scutthorp in villa San domus Adolfi de Holenborne et minoris domus Iwani de Holenborne, de domo Johannis et domo Imm que pertinent Alardo de Thrivorde. Item de domo Lamberti de Busche, que pertinet Buchorst, item domo Henrici Herscapinc et de domo Hathewardi de Brinke. Acta igitur sunt hec a. i. d. M°. CC° X indictione prima, presidente Romane sedi domino Innocencio papa III, anno pontificatus eius XV°. Te huius rei sunt: Renboldus maior prepositus, Hermannus maior decanus, Wernherus abbas Lesberne Volcmarus maior custos et sancti Pauli prepositus, Bernhardus cantor, magister Bernhardus Bremensi Lutderus maioris ecclesie canonici in Monasterio. De nobilibus et ministerialibus ecclesie eiusdem: B herus de Elen et frater eius Godefridus, Henricus de Rechethe, Johannes de Dulmene, Bernardus Were Hermannus de Monasterio, Thidericus dapifer, Renbertus de Stochem, Ludolfus de Lere, Florentius iu Henricus de Lon, Winemarus de Ahus et alii quam plures.

An einem Pergamentstreifen hängt das grosse elliptische Siegel des Bischofs.

## 71.

* *B. Otto I. bekundet, dass der Edle von Elen die curia Overshem an die St. Mauritzkirche bei Mün verkauft habe.* 1213. — *Abschr. Msc. I,* 69. *f.* 190'; *hieraus copirt Msc. IV,* 3. *p.* 43.

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus universis presentis membrane inspectoribus salutem in salutari. Quoniam ea, que geruntur in tempore, sepe memorie lapsu temporis elabuntur, ad firmand memorie lubricitatem literarum solet apicibus perhennari. Volentes itaque, quantum in nobis est, benig rum tranquillitati prospicere et malignantium nisibus obviare, cunctis fidelibus presenti scripto nostro d mus exponendum, quod vir nobilis [1]) de Elen curiam Overshem cum manso sibi annexo, ab omnimo advocati [2]) cuiuslibet liberam et immunem potestate, ecclesie sancti Mauritii in Monasterio vendidit, et v

---

[1]) Bernherus. — [2]) Am Rande des Copiars steht: „Modo tamen sub advocatia domini Stenfordensis et olim ab ecclesia permi Igitur constat ipsum dominum Stenfordensem electione ecclesie et ordinatione episcoporum advocatiam ecclesie tenere."

tam, sicut consuetum est, solemniter resignavit. Hunc igitur contractum tam rationabiliter et publice lebratum, ab omnibus inconvulsum et inviolatum cupientes existere, sigilli nostri munimine roboramus ib anathematis nihilominus interminatione districtissime prohibentes, ne quis ecclesiam prelibatam super m dicta curia aliquatenus molestare presumat. Quod si dyabolica persuasione seductus quispiam attemverit, sciat se in extremo et inevitabili iudicio mucronem ultionis divine non evadere, et ut duplici conitione conteratur, temporalis etiam pene flagellum, quod meruit, non evadet. Huius rei testes sunt: clerici agelbertus decanus sancti Mauricii, Ortungus, Emerius, Conradus canonici eiusdem ecclesie; layci: Alharus . . . [1]) et filius eius Goswinus, Godefridus burgravius de Reggete, Franco de Sconebecke, Albertus de Vytterten, Bernardus de Pykenbroke, Swetherus de Danhusen et alii quam plures. Hec autem acta sunt D. M°. CC°. XIII°, presidente sancte Romane sedi Innocentio.

## 72.

*Otto I., Bischof von Münster, bestätigt* — pro reverentia domini Franconis — *die Rechte, Privilegien nd Besitzungen des von diesem (Franco von Wetteringen) gestifteten Klosters Langenhorst. O J. — Orig. n Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive, gedr. Niesert U.-S. IV. p.* 186. *Auf der Rückseite des Originals teht von etwas späterer Hand:* Confirmatio privilegiorum cenobii in Langenhorst per dominum Ottonem piscopum Monasteriensem, qui fuit anno D. MCCXIII.

Das Siegel war abgefallen.

## 73.

*Otto I., Bischof von Münster, überträgt an das Kloster Langenhorst einen ihm von seinem Dienstmann Erpo von Benethem resignirten Zehnten zu On (Ohne im Bentheim'schen). — Original im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive; gedr. Niesert Urkunden-Sammlung IV. p.* 187. — Acta sunt hec dominice incarnaionis anno MCCXIII, indictione XIIIIa, anno episcopatus nostri XI°, presentibus viris honestis tam laicis, quam clericis, quorum nomina sunt subscripta: Wilbrandus prepositus de Aldenborg, Ludgerus canonicus naioris ecclesie, Ludbertus custos S. Martini, Rolandus notarius; Erpo de Benethem, Ludbertus de Beveen, Ludolfus de Lere, Bernhardus de Sudbeke, Albertus de Witherden, Rodcherus de Osterwic, Hadwercus de Sudwic, Wescelus de Cosfeld et alii quam plures.

## 74.

*B. Otto I. setzt die Rechte und Freiheiten der Wedem- (Pfarr-) Höfe zu Alen und Werne, und der auf ihrem Grunde wohnenden Personen fest.* — TT. Gerhardus capellanus noster, Rolandus notarius, Hartlevus de Hamme, Livoldus miles. — — Actum a. — MCCXIII. — *Zwei notariell beglaubigte Abschriften ss. XV und XVII in Msc. II,* 39. *p.* 54 *u.* 23; *gedr. Kindlinger Beitr. II. U. p.* 248.

## 75.

*Balduin Graf von Bentheim und Bernard von Horstmar Zeugen einer Urkunde K. Otto's IV. Nymwegen.* 1213. *Januar* 13. *Mieris Charterboek I,* 156; *Böhmer R. J. p.* 61.

---

[1]) Lücke im Copiar.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 76.

*P. Innocenz III. schreibt an den Bischof (Otto I) von Münster*: Ab eo, qui neminem, vult p — tibi audivimus et credimus esse inspiratum, ut venerabili fratri nostro Estiensi episcopo (Theoderic cooperator accedens cum eo portare proposueris coram gentibus et regibus nomen Dei et dare s scientiam plebi suæ, *ermahnt ihn auf Gott vertrauend das Werk zu beginnen und nimmt seine Kirche Person unter apostolischen Schutz.* — Dat. Laterani 3. Kal. Novemb. Pont. anno 16. (1213 Octob. 30) *Baluz. epp. Inn. III. tom. II. p.* 808. *Vgl. Schaten ad an.* 1213.

## 77.

Item ipso anno (1213) Otto Monasteriensis episcopus Coloniam veniens a quibusdam fautoribus i ratoris (Ottonis IV.) capitur et Werdene missus iussu ipsius vinculis mancipatur. Quapropter civi Sifrido [1]) sedis Romane legato excommunicatur, divinaque officia in ecclesiis celebrari prohibentur *Godefr. Colon. ap. Bœhmer fontt. II,* 351. *Nach der Reihenfolge, in der dies hier erzählt wird, ist zu muthen, dass B. Otto's I. Gefangennehmung erst im Spätherbste des genannten Jahres erfolgte.*

## 78.

*Kauf- und Tauschvertrag zwischen den Klöstern Marienfeld und Hersebrock.* 1213. — *Orig. Kl. Marie U.* 22. *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 5.; *gedr. von Ledebur, Archiv VII,* 136.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Giselbertus dictus abbas totusque conventus in campo sa Marie Cisterciensis ordinis cunctis Christi fidelibus Deum timere et a veritatis semita non declinare. No esse volumus tam futuris quam presentibus, quod Floria abbatissa de Hersebrock pro decima cuius mansi qui vocatur Lambræctheshove, sicut alie eiusdem loci abbatisse, pensionem singulis annis a n VII[tem] modios siliginis et VII denarios accipere consuevit. Postea pensionem illam volentes in aliis b nostris domine abbatisse reconpensare, tali modo, suo conventu et suis consiliariis consentientibus, ea convenimus, quod ipsa pro pensione memorata gratanter acceptavit XIIII[cim] agros sitos in Widenbr iuxta sanctum Vitum, qui solvunt annuatim octo modios ordei ad maiorem mensuram de Widenbrugge in domo Skiplage III modios siliginis ad minorem mensuram et in Berehorne I, insuper duas area Widenbruge solventes annuatim VIII denarios. Agrorum eciam concambium eacum fecimus, undecim illa parte aque, que dicitur Luttere, nostros agros ei viciniores dantes pro XIIII[cim] agris ex ista p aque nobis propinquioribus. Et ut hec rata et inconvulsa permaneant, invicem sigillorum nostrorum de Hersebroch quam de campo sancte Marie communiri curavimus instrumentis. Acta sunt hec domi incarnationis anno M°.CC°.XIII°. in iuditio Widenbruge, stabilita coram iuris litteratis et laicis, coram i cibus, scabinis et civibus. Interfuit et vidit iudex Bennicho, Godescalcus sacerdos, Egbertus sacerdos, dericus miles de Burbenne, Rodolphus abbatisse dispensator, Egbertus Holde et alii plures Insupe iuditio Hersebroch, cui presedit advocatus, ista stabilita sunt secundario, Hamekone advocato ecclesie Hersebroche iam dictum concambium resignante et recipiente, et Eckehardo advocato ecclesie campi sa Marie resignante et recipiente, presente et consentiente Egberto cellerario nostro, coram multis astanti coram Ecberto sacerdote in Hersebroch, Giselberto advocato in Warendorp, Ulrico, Lutfrido militibus Stronberg, Rodolpho dispensatore abbatisse, Meinrico villico de Wichern, Egberto precone, Heinrico fra suo et aliis quam pluribus.

Die zwei Siegel des Abts von Marienfeld und der Aebtissin von Hersebrock hangen an gewöhnlichen Fäden an.

---

[1]) Erzbischof von Mainz.

## 79.

*Graf Adolf von Altena befreit das zu St. Aegidii gehörige Gut Kalveswinkele von allen Diensten und Abgaben. Die hierüber vom Erzb. Adolf von Cöln vor 1205 erlassene Urkunde wird im J. 1213 ausgefertigt. — Or. Kl. Aegidii U. 9; lückenhafte Abschrift Msc. I, 81. p. 115; hieraus gedr. Niesert U.-S. II, 323.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Adolfus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus. Notum sit universis tam futuri quam presentis evi fidelibus, quod dilectus consanguineus noster, Adolfus comes de Altena, zelo karitatis accensus, suam patrisque sui et matris sue memoriam in cenobio beati Egidii in Monasterio perpetuam facere cupiens, predium in Kalveswinkele, eidem cenobio iure proprietatis pertinens et in cometia prefati consanguinei nostri constitutum, ab omni onere pensionis sive alterius cuiuslibet servitii, quod ei ratione cometie prestare consueverat, in presentia nostra cum multa hylaritate et omnimoda devotione perpetuo exemptum et per omnia liberum atque absolutum dimisit. Ne autem hoc, quod tante pietatis intuitu factum esse dinoscitur, ab aliquo successorum eius in posterum irritari valeat, nos etiam remunerationis divine intuitu eo quod in presentia nostra id actum fuerit prefato cenobio plenius consulere volentes, presentem paginam ob perpetuam huius facti memoriam conscribi fecimus, nostroque et ipsius comitis nec non et comitis Fritherici consanguinei nostri de Altena sigillis iussimus roborari [1]. Anno incarnationis dominice M.CC.XIII°, indictione prima. Testes huius rei sunt: Adolfus archiepiscopus Coloniensis, prepositus maior Coloniensis, comes Fridericus, dominus Ludolfus dapifer, Lupertus frater eius, dominus Hermannus de Altena, Everhardus Gallus, Heinricus frater comitis, Albero de Aslen et alii quam plures, qui audierunt et viderunt.

Das erste und das dritte Siegel ist abgefallen; das mittlere, ein Reitersiegel des Grafen Adolph v. Altena, mit zwei leinenen Schnüren an der Urkunde befestigt, ist ziemlich gut erhalten und von seiner Umschrift noch zu lesen SIGILL . COMITIS ADOLFI DE ALTENA.

## 80.

** Graf Adolf von der Mark schenkt dem Kloster Marienfeld ein Grundstück. 1213. — Or. Kl. Marienfeld U. 21a. Abschr. Msc. I, 106. f. 71.*

Comes Adolphus de Marcha omnibus presens scriptum intuentibus terrenis celestia mercari. Magna est circa nos divine miserationis dignatio, quia, cum nostra terrena et transitoria illis, qui sua pro Christi amore contempserunt et se ipsius famulatui mancipaverunt, eo precipiente, largimur [2], eterna bona et semper mansura, ipso nos remunerante, in futuro recipiemus. Inde est, quod tam presenti quam future generationi notum esse volumus, quod nos divina inspiratione incitati et exemplo precedentium bonis operibus inherentium provocati, intuitu mercedis eterne et pro remedio animarum parentum nostrorum, aliquid de nostro in gazofilatium Domini mittere cupientes, monasterio campi beate Marie et fratribus ibi Deo in perpetuum servientibus fundum quendam consitum arbusculis et frutectis, qui domui eorum que dicitur Broke adiacet, quem Albertus dapifer domini Hermanni de Lippia in manus nostras exfestucavit, quia feodum ipsius erat, devota et prompta liberalitate donavimus. Ut igitur hec nostra donatio iam dicto cenobio inconvulsa et rata permaneat et nullus animo malignandi ei violentus et iniuriosus existat, non

---

[1] Bis hieher reicht die erste ältere, vor 1205, wo Erzb. Adolf abgesetzt wurde, schreibende Hand. Mit „Anno incarnationis", welche beiden Worte auf einer radirten Stelle stehen, tritt eine zweite Hand und eine etwas dunklere Tinte ein, von der also auch die Datirung vom J. 1213, die Niesert Anstoss gegeben, herrührt. Wir haben hier also wiederum ein Beispiel von der spätern Datirung einer früher gegebenen Urkunde. Ueber den Grafen Adolf von Altena, der in der folgenden Urkunde sich „de Marcha" nennt, ist Lacombl. II, XXXIV. zu vergleichen.

[2] „lagimur" im Original.

solum iam nominatam donationem, sed etiam alia bona prefati cenobii gladio materiali Domino nos iu semper defensabimus; unde etiam cedulam hanc ad robur et firmamentum sigilli nostri impressione munivimus. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M°. CC°. XIII°.

Der Pergamentstreifen, welcher das nur fragmentarisch erhaltene Siegel trägt, ist in der Mitte der Urkunde du zogen, so dass das Siegel auf der Rückseite der Urkunde hängt.

## 81.

*Erzbischof Sigfrid von Mainz belegt die Münsterschen Bürger und Ministerialen wegen ihrer Anhänglic an K. Otto IV. und des an Bischof Otto begangenen Verraths mit dem Interdict. Boppard 1214 März 2 Aus Innocentii III. epp. Handschr. d. Berlin. Kön. Bibl., membr. Sæc. XIII. latini in octav. N. 50 ep. 35, welch Geh. Staats-Archiv zu Berlin gütigst für uns verglich. Nach der Abschrift in Strunck's Not. crit. ad Schaten Jung hist. Benthemiensis. Cod. dipl. p. 39. Vergl. Reg. Imp. 1198—1254 p. 370 Nr. 41.*

S(iffridus) Dei gratia sancte Maguntine sedis archiepiscopus Apostolice sedis legatus, dilectis in Ch preposito, decano et Waltero de Hust(ede) canonico Monasteriensi, G(iselberto) de Campo S. Marie C tiensis ordinis abbati[1], de Varle et de Capp(enberg) prepositis salutem in Domino. Mirari cogim dolere, quod cum Otto quondam imperator de causis iustissimis ab imperiali sit dignitate deiectus, et cipes universi serenissimum dominum nostrum F(ridericum), illustrem regem Sicilie, communiter et co diter in Romanorum[2]) imperatorem elegerint, et electio ipsa utpote iustissima sit a summo pontifice probata: cives et ministeriales Monasterienses, in contemptum ecclesie Romane ac principum, obedi iugo excusso, Deum homini postponentes, non solum iudicio reprobo in sue salutis pernitiem pertina adherere presumunt, verum etiam venerabilem fr. nostrum O(ttonem) suum episcopum nuper, cum a di pestilente Ottone impugnaretur hostiliter, turpissime deserentes, etiam in proditionem ipsius non sunt machinari. Licet igitur universi prefati Ottonis quondam imperatoris fautores dudum excommunicat vinculo sint innodati, quia tamen in eos, qui tenatius adherentes eidem negotium ecclesie magis impe nituntur, ecclesiastica severitas est amplius aggravanda: nos de consilio principum et aliorum pruden predictam excommunicationis sententiam in ipsius O(ttonis) fautores, et specialiter in cives et minister Monasterienses, et in eorum nichilominus familias utriusque sexus, senes et iuvenes, sollempniter auctor legationis, qua fungimur, duximus innovandam. Ipsam quoque civitatem et omnia loca, in quibus vel nisteriales vel cives ipsi morantur, subponimus interdicto, inhibentes in nomine Patris et Filii et Spi sancti, nequis in locis eisdem aut alias, aliquo predictorum presente, divina officia celebrare aut al sacramenta ecclesiastica ministrare presumat, tribus duntaxat exceptis, quos universitas cleri Monasteri ad hoc duxerit eligendos, qui semel in ebdomada, die non festo, nemine prorsus nisi uno ministro sente, clausis ianuis, voce submissa, que extra ecclesiam non possit audiri, sine omni pulsatione ca narum occulte, pro innovanda Eucharistia celebrabunt. Nullius quoque defuncti corpus infra civitatem dictam aut locis aliis interdictis aliquatenus tumuletur: sed siquis catholicus in aliquo loco ipsorum cesserit, deferatur ad alium in aliquo cimiterio tumulandus. Siqui autem infantes fuerint baptizandi, S. Mauritium deferantur, et baptizentur ibidem, nullo prorsus patrino de laicis personis eorundem loco admisso. Adhec nequis omnino catholicus cum excommunicatis eisdem aliqua mercimonia contrahat, p tus inhibemus. Quocirca vobis, preposite, decane, Waltere[4]), Monasteriensibus, auctoritate legationis, fungimur, in virtute obedientie districte precipiendo mandamus, quatinus prelibatam sententiam infra c tatem predictam, vobis autem, abbas[5]) et prepositi[6]), sub eadem districtione, ut in locis ministeria

[1]) Fehlt in der Berl Handschr. — [2]) „Roman . . .“ ib. — [3]) „an . . . o“ ib. — [4]) „val . . .“ ib. — [5]) „abbates“ — [6]) „preposite“ ib.

verbo ad verbum, expresse, fideliter, et sollempniter publicetis, et faciatis ab omnibus firmiter observari. Alioquin v(enerabili) fratri nostro G(erhardo) Osnabrugensi episcopo nos auctoritatem dedisse noveritis mandatum, ut negligentiam digna puniens animadversione, vos ad executionem nostri mandati censura ecclesiastica compellere non postponat. Datum Boppardie V...[1]) Kl. Apr. pontificatus nostri anno XIII°.

## 82.

*K. Otto IV. befreit die Stifter Kappenberg und Averndorp bei Wesel von dem bei Kaiserswerth zu zahlenden Zoll. 12. Mai (1214 [2]). — Abschr. Msc. II, 11. p. 4.*

Dei gratia Otto Romanorum imperator semper augustus. Notum facimus universis, quod nos pro everentia Dei et sancte matris eius ecclesias in protectione nostra positas, videlicet Cappenbergensem et Visele, ab omni telonio tam Werde, quam alibi exemimus. Quod ut ad presens et imposterum permaeat inviolatum, hanc paginam super eodem conscriptam sigilli nostri testimonio fecimus roborari. Datum pud Loen IV. Idus Maii.

## 83.

*Bernhard von Horstmar, Anhänger K. Otto's IV., geräth in der Schlacht bei Bouvines in Französische efangenschaft. 1214 Juli 27. — Vgl. Böhmer Reg. Imp. l. c. p. 63*

## 84.

*Der Edle Widekind, Vogt von Rethe, und seine Mutter Lutrudis schenken ihre in Engern und Westfalen belegenen Güter dem Kl. Marienfeld. 1214. — Or. Kl. Marienfeld U. 23. Abschr. Msc. I, 106 f. 6.; II, 11 p. 133; gedr. Nisert U.-S. IV, 224.*

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus monasterio campi beate Marie in perpetuum. Mirabilis Deus in sanctis suis; mirabiliter immo potius misericorditer operari cognoscitur etiam in non sanctis, dum videlicet aufert a potentibus huius seculi cor apideum et dat eis cor carneum, ut per aspirationem spiritualis desiderii vertantur et inpii iam non sint, ui erant pietatis inopes et perversi. Ecce enim quidam vir nobilis, advocatus de Rethe, Widekindus et nater eius Deo devota Lutrudis, gratia sancti spiritus divinitus inspirati pariter obtulerunt monasterio campi ancte Marie universa, quecunque proprietatis iure possederant infra terminos Angarie et Westfalie vel ubicunque locorum, tam in prediis quam mancipiis, libere possessis vel infeodatis, nichil hesitantes secunlum veritatem evangelii in eterna gloria cuncta sibi centuplicata restitui. Ut autem rata permaneret tante levotionis oblatio, opus erat amplioris certitudinis argumento. Quapropter predictus Widekindus et mater ua Lutrudis partem prediorum stabilierunt ad bancos iuxta Widenbrugge, et partem iuxta Mattenhem sub banno Lamberti comitis, utrobique scabinorum astipulante consensu. Predia autem inbeneficiata, quorum confirmationi intendimus, hec sunt: Tekkinctorppe, Bulte molendinum et mansus adiacens, Cattenstrot, Berenolte duo mansi, mansus Bellethe, domus iuxta Emese, Vurthen, Aleke, Poppincsyle, Judikenhuvelen cum ribus areis, Bruninchusen, Uvendorpe, Katteslere, ibidem mansus, quem habet Godefridus de Hesnen,

[1]) „VII." der Druck.

[2]) Dies Jahr vermuthe ich nach dem Itinerar des Kaisers bei Böhmer Reg. Imp. 1198—1254 p. 63. — Aehnliche vom Kaiser Otto IV. ertheilte Befreiungen vom Kaiserswerther Zoll sehe man ibidem p. 53 Nr. 128, p. 61 Nr. 179, p. 62 Nr. 183 und Lacomblet II. p. 5 not. wodurch man versucht werden könnte, diese Urkunde ins J. 1213 zu setzen.

Polem, Berseten, Terehart, Theoderici Bulvercorsne, mansus dimidius quem habet Bertramus de H diggen, Locseten, Lovisen, quod Syfridus de Pekenhorst, idem Syfridus habet VII molcia parve me in Pekenhorst, Ostelinchusen, Honhorst, mansus in Belen, Rehe mansus, tres mansi iuxta Ruram, G horst, Herthe, Jesken, Conradi de Brunwandinchusen, Bobincdorpe, Osthus, mansus in Vechtorpe, m in Wellere, Vechtlo, Hohorst, vidue Winandi Rise, Dagehusen, Conradi Grubo, domus in Gesthuvel bodonis, domus iuxta Lyppenburg que est Ostwich, quam habet Bernhardus de Weslere, et XVIII d de alia area, Thorphorn, Cuneingesbrede, mansus in Gunderekesele, mansus in Jesken, Alberti Sosati Hinc est quod nos, prout nostri offitii ratio requirit, prefato monasterio cavere cupientes, eisdem p feodalibus, que et cum aliis eiusdem ecclesie bonis sub protectione domini pape esse noscuntur, custo adhibemus, auctoritate Dei et nostra terribiliter excommunicantes eos, qui aliquid horum aut cambi aut venditione, aut ullo prorsus alienationis modo ab ecclesia transferre presumpserint absque consen beneplacito abbatis loci ipsius atque conventus, vel qui beate Marie campum in bonis memoratis aus rint quomodolibet inquietare. Hanc itaque testimonialem paginam inde conscriptam auctoritate bea Petri et Pauli apostolorum sub anathematis interminatione firmissime roboramus, sigilli nostri testim inprimendo. Huius rei testes sunt: Herimannus maior prepositus, Heinricus maior decanus, Heinric Thormunde. Arnoldus capellanus, Bernardus notarius, Theodericus dapifer, Albertus de Aveke et alii plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XIIII°, indictione II.

Das Siegel ist sehr verletzt.

## 85.

** B. Otto I. überträgt dem Kloster Marienfeld einen ihm vom Grafen Friedrich von Altena resignirten Ze Werden (1214) Octob. 29. — Or. Kl. Marienfeld U. 24. Abschr. Msc. I, 106. f. 72; II, 11. p. 10*

Dilecto domino suo O(ttoni) Monasteriensi episcopo F(ridericus) comes de Altena salutem et d fidelitatis obsequium. Resignavit nobis dominus W. decimam quandam, quam a nobis tenuit et nos resignamus eandem, rogantes quatenus intuitu Dei illam ecclesie beate Marie in Wadenhar(t) conferre c

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus dilectis in Christo omnibus, ad quos hoc scriptum p nerit, in Domino salutem. Notum vobis facimus, quod ecclesie in campo sancte Marie contulimus qua decimam super domum Broke in parrochia Herdfelde, quam nobis resignavit comes Fridericus de A quia illam resignavit Wigerus de Hesne et sui heredes in manus prefati comitis pro tribus marcis e ulnis lanei panni. Datum Werdene in castro, diebus nostre captivitatis, quarto calendas Novembris.

Die erste Urkunde ist an der zweiten mit einem Faden befestigt, und hat ihr Siegel verloren; an der letztern a davon ein gut ausgeprägtes Bruchstück erhalten.

## 86.

** Landolf, Priester zu St. Jacob in Münster, stiftet mit einem Zehnten eine Memorie für sich am Überwa kloster. 1214. — Orig. Überw. U. 19. Abschr. Msc. II, 13 p. 51.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Ida divina miseratione abbatissa cenobii sancte M in Monasterio in perpetuum. Quoniam in actibus humanis solidum aliquid vel stabile vix potest inve sed ipsa, que sub tempore fiunt, cum tempore defluunt et a memoria tolluntur, oportet in necess rerum contractibus ad scripturarum suffragia convolare, utpote quarum solo amminiculo rememor antiquitas et lubrica reparatur memoria. Ea propter universis Christi fidelibus tam posteris quam pre tibus notum esse cupimus, quod Landolfus, spiritualis frater noster et omnis laboris nostri particep

Domino, sacerdos beati Jacobi in Monasterio, spiritu caritatis accensus pro reverentia patroni sui, cuius historiam perpetuo cantandam suscepimus, et pro salute anime sue redemit conventui nostro pro IIIIor marcis et dimidia decimam, tres solidos Monasteriensium denariorum et duos modios tritici de Alen et Warenthorp solventem, in parrochia Veleren iacentem. Scilicet de domo Wilhardi ultra piscinam solvuntur XII denarii et modius tritici mensure de Alen, de domo Winemari liberi de Kukelhem solvuntur XVIII denarii et modius tritici magne mensure de Warenthorp, de domo Wecelini de Kukelhem solvuntur sex denarii. Quos quidem decimales reditus nomine feodi tenuit Heinricus de Spredelo de manu nostra, et eos cum uxore sua Engela spontaneus nobis coram multis resignavit et communionem orationum animabus patris et matris sue apud conventum nostrum obtinuit. Nos itaque utilitati nostri monasterii providentes attentius, sententia dictante obtinuimus, hanc resignationem sic rationabiliter factam nulla cavillatione posse retractari, et nobis quibus vellemus liberum esse arbitrium conferendi. Unde ad peticionem prenominati Landolfi, felicis memorie, ceterorumque, qui huic intererant contractui, in manus Gertrudis de Rokeslare, tunc priorisse, ad usus tocius nostri conventus prescriptos reditus inviolabiliter tradidimus adicientes, ut predicta pensio priorisse nostre in festo beati Gereonis annuatim, secundum ipsorum electionem qui illam solvere tenentur decimam, presentetur, et medietas in vigilia sancti Jacobi ad emptionem piscium conventui nostro habeatur, nec propterea quicquam de cotidiana prebenda subtrahatur; reliqua pars in anniversario domni Bernhardi de Stenvorde, beate memorie Monasteriensis quondam maioris prepositi, in similes usus sororibus nostris usque ad obitum ipsius Landolfi convertatur, et postmodum idem Landolfus inde memorialis in perpetuum habeatur. Hoc etiam non pretermittendum, quod sepe dictam decimam prenominatus Heinricus Johanni militi fideli nostro vice nostra fungenti resignavit, qui warandiam nomine nostro conventui ecclesie nostre in synodo Veleren porrexit, prefato Landolfo et Ecberto de Veleren sacerdotibus ibi vicem sororum nostrarum quia presentes esse non poterant gerentibus, iudicio presidente Wigmanno presbitero de Thistede, Thetmaro sacerdote de Ulethe sententiam iuste collationis in audientia parrochianorum dictante, ipso etiam Wigmanno renunciationem eandem munimine banni confirmante. Ne autem hec ordinatio, pie concepta et rationabiliter perfecta, vel a nobis vel ab aliquibus aliis nobis succedentibus aliquo pravo ingenio valeat irritari aut in questionem dubitationis deduci, presentis cyrographi paginam conscribi et nostro sigillo fecimus communiri, apud maiorem ecclesiam in Monasterio illud obtinentes, ut et sigillum ipsius ad cautelam maioris firmamenti cum nostro sigillo sit appositum. Acta sunt hec a. d. i. M°.CC°.XIIII°, Innocentio apostolicam sedem gubernante, Frederico Romanum imperium regente, Ottone Monasteriensem episcopatum tenente, presentibus honestis viris tam clericis quam laicis, quorum nomina hec sunt: Lutgerus maioris ecclesie canonicus, Herewicus sancti Lutgeri decanus, Rotgerus sancte Marie plebanus, Florentius et Amelungus fratres de Berle, et Themo filius Florentii, Jordanus, Johannes, Burchardus de Boclo, Everhardus de Elmenhorst, Brunstenus pincerna. Affuit etiam Gertrudis tunc priorissa, Heilewigis de Randenrode, Hildeburgis custos, Alheidis de Beveren, Hildegundis de Rechete, Alheidis de Ludinchusen, Berta de Stalburg cum reliquis sororibus tocius nostri conventus.

Die an dicken rothseidenen Schnüren hangenden Siegel des Domcapitels und des Ueberwasserklosters sind sehr beschädigt; das letztere stellt eine sitzende weibliche Figur dar, eine Lilie in der Rechten haltend.

## 87.

*Bernhard III, Bischof von Paderborn, verleiht dem Kloster Marienfeld den ihm als Bischof zustehenden Zehnten aus den Neubruchländereien der curtis Urincthorp im Kirchspiele Thornburg gegen eine Rente von zwei Denarien an den Altar des h. Liborius.* — TT. Lambertus maior prepositus, Theodericus decanus, Conradus custos, Vulframmus cantor, Johannes cellerarius, Volquinus de Swalenberg canonici et capitulum Paderburnense. Acta s. h. a. d. i. M°.CC°.XV°, ind. III. — *Orig. Kl. Marienfeld U. 25; Abschr. Msc. I, 106 f. 132; gedr. v. Ledebur Arch. VI. p. 164.*

An einer Schnur von Flachs hängt das zum Theil beschädigte Siegel des Bischofs.

## 88.

* *Das Kl. Marienfeld erwirbt verschiedene Zehnten vom Bischof von Paderborn.* 1215. — *Or. Kl. Marien*
*U.* 26. *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 118; *II,* 48. *p.* 213.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Bernhardus tercius, Dei gratia Patherburnensis scopus, universis Christi fidelibus, ad quos presens pagina pervenerit, perpetuam in Domino sal Honori et utilitati studere volentes eius qui capelle sancte Dei genitricis Marie in Patherburn des dampnis tam ipsius quam successorum suorum qui eidem capelle in posterum deservient curavimus videre. Unde notum fieri volumus tam futuris quam presentibus, quod dominus Giselbertus abbas et legium de campo sancte Marie decimam in Byllygissen, altari sancte Marie in Patherburn pertine tam in annona quam in minuta decima, in usus ecclesie sue in perpetuum compararunt in hunc mo quod inter kalendas et idus Maii decem et octo solidos nummorum, gravis monete et in Patherburna rentium, sacerdoti altare prememorate capelle de nostris vel successorum nostrorum manibus tenenti rent annuatim, ut reconpensatio iam dicte decime ante novam messem, ut dictum est, quolibet persolvatur, etiamsi quocumque casu ipsi decime in aliqua parte deperiret. Si vero aliquo casu moneta ceciderit prius quam solvantur, tunc ad illam valentiam reddatur pecunia, quam nunc habet. hec nos decimam unius mansi in eadem villa siti, que quondam curti nostre Barinch pertinuerat, ad mus ad luminarium supradicte capelle supplementum, ita videlicet, ut tam de decima mansi istius q predictarum domorum summa decem et octo solidorum persolvatur. Nos vero, ne quod provide fa est inter nos et prefatum collegium, aliquo casu per successores nostros posset in irritum revocari, sc presenti utriusque nostrum sigillo insignito, illud censuimus perpetuandum, et testium subscriptione n randum, quorum nomina sunt hec: Conrat custos, Vulfram, Craht, Folbrat maioris ecclesie canonici, M wart, Tetmar de cripta, Conrat minister pretaxate capelle, Regenbode presbiteri; Heinric dapifer, J Clenode, Conrat camerarius et plures alii. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XV°, ctione tercia, pontificatus nostri anno XI°. Huic ordinationi, cum fieret, affuerunt presentes ex parte nobii supradicti: Giselbertus abbas, Johannes prior, Egbertus cellerarius, Everhardus hospitalis, Rod custos, Burchart conversus, reliqui quoque fratres, et Hillebrant de Bilewelde.

Die an Schnüren von Flachs anhangenden Siegel des Bischofs und des Klosters sind ziemlich gut erhalten.

## 89.

A. d. M°.CC°.XV° — Otto itaque imperator, Colonie diu cum uxore commoratus [1]) et ab omn derelictus, cum nullas preces pro absolutione episcopi (Monasteriensis Ottonis), quem Werdene captum t bat, admitteret, Adolfus comes de Monte ipsum castrum quo tenebatur obsedit. Quod dum per plur dies impugnaret et parum proficeret, tandem per fossores maximas cavationes per fundamentum t faciens, ipsos defensores castri in desperationem induxit. Qui necessitate compulsi episcopum cum castro tradiderunt, liberum recessum cum suis omnibus ab eodem impetrantes. Quod factum est in vi B. Jacobi apostoli (Jul. 24). — *Godefr. Colon. ap. Bœhmer Fontes II,* 351.

## 90.

*B. Otto I. Zeuge einer Urkunde König Friedrichs II. Aachen* 1215 *Juli* 29. — *Nach Bœhmer Reg. I* 1198—1254 *p.* 84.

---

[1]) Vgl. Bœhmer Reg. Imp. 1198—1254 p. 63.

# 91.

*B. Otto I. belehnt die Äbtissin von Nottuln, Jutta von Holte, mit der Vogtei über ihr Kloster, nachdem auch der Untervogt Rogerus de Nutlo abgefunden worden* 1215. — *Or. Kl. Nottuln U.* 8; *hieraus Abschr. Msc. IV,* 1. *f.* 198'; *gedr. Niesert U.-S. II,* 326 *aus der Abschrift s. XVI. einer andern Ausfertigung.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Quoniam hominum memoria fragilis est et rerum turbe non sufficit, inde est, quod ea, que geruntur in tempore, ne forsan fugiant cum tempore, consuevit prudentum [1]) industria scripture testimonio perpetuare. Sciant ergo tam presentes quam posteri, quod domna Jutta, venerabilis abbatissa in Nutlo, consuetis advocatorum insolentiis defatigata et variis eorundem iniuriis iam penitus oppressa, tandem per multas expensas et incommoda apud fratrem carnalem Adolfum virum nobilem de Holthe, qui advocatiam iam dicti monasterii de nobis tenebat, promovit [2]), quod et eam acceptis quinquaginta marcis nobis ille resignavit, et nos [3]) eandem in feodum ipsi porreximus abbatisse, ita quod sicut ipsa sic et succedentes ei abbatisse de nobis et successoribus nostris ipsam in perpetuum teneant advocatiam, et in huiusmodi feodi recognitionem sex aureos dimidiam marcam Monasteriensis monete valentes, tres videlicet in pascha et tres in nativitate Domini, persolvat annuatim quecunque tunc temporis presidens abbatissa, nec ulli umquam hominum in feodum ipsam advocatiam porrigat; et si aliter factum fuerit, ipso iure sit irritum, et abbatissa sic faciens sua privetur nichilominus dignitate. Ad negotia tamen agenda aliquem vice advocati assumat pro loco et tempore tenendum, cum placuerit et mutandum. Liberata igitur, sicut predictum est, a prefato Adolfo advocatia, restabat [4]) tamen adhuc secundarius quidam advocatus, nomine Rogerus dictus de Nutlo, qui prius a iam dicto Adolfo eadem advocatia fuerat infeodatus, qui et illam tamquam suum feodum sequendo a prenominata recepit abbatissa; qui tamen et postmodum, contra id quod speratum fuerat, a solitis advocatorum iniuriis se non minus quam ante subtraxit, ita ut etiam ipsam abbatissam in ducentis marcis et amplius dampnificaret, cum eius insolentiis ipsa non consentire, sed potius secundum iusticiam quantumvis ordinate contradicere videretur. Et sic etiam ab his molestiis minime poterat liberari, donec eidem secundario advocato, prudentum usa consilio, pro pace redimenda et ut omnem materiam dictarum iniuriarum tolleret, pro advocatia similiter ab ipso liberanda marcas eidem contulit sexaginta, et sic idem in manus ipsius abbatisse, a qua eam tenuit, advocatiam [5]) resignavit, apud eam et omnes ei succedentes abbatissas semper et libere quemadmodum prediximus permansuram. Ut autem huius rei series et in ea factum nostrum non veniat in oblivionem nec aliqua malignantis ingenii posteritas valeat immutare, tam nostri et ecclesie nostre quam prememorate abbatisse et eius monasterii sigilli appensione fecimus communiri. Testes huius rei sunt: Otto [6]) Monasteriensis ecclesie episcopus, Ludolfus de Holthe canonicus maioris ecclesie, Rolandus sancti Pauli canonicus, Lutbertus sancti Martini canonicus; nobiles Otto comes de Dale, Gerhardus de Lon et filius suus Hermannus, Theodericus de Salthesberge; ministeriales ecclesie Godefridus burgravius de Rechethe, Bernhardus Paschedag [7]), Heinricus Norendinus, Theodericus dapifer et filius suus Albertus, Godefridus de Sconenbeke, Rembertus de Stochem, Albertus de Witherthen, Conradus de Ludinchusen, Gerhardus Brune, Wezelinus de Cusvelde, Hathewercus de Suhtwic, Bernhardus de Thethen, Godescalcus de Westherothe, Eggehardus de Buleren et ceteri [8]) quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC° XV°, indictione IIIa, anno autem domni Innocentii pape XVIII°.

Die Siegel sind nicht erhalten.

---

Abweichungen der Abschrift Nieserts: [1]) „presentium." — [2]) „permovit." — [3]) „nos cum consensu capituli nostri eandem." — [4]) „restabat — advocatus" fehlen. — [5]) „advocatiam uxore et liberis suis consentientibus resignavit." — [6]) Statt „Otto — ecclesie" werden noch als Zeugen angeführt: „Hermannus decanus, Remboldus prepositus S. Ludgeri, Walterus de Hustede, Winemarus de Silfwalde, Gerlagus de Tingethe, Lutgerus, Franco de Tremonia, Lutbertus de Binnethem, Heinricus S. Martini decanus et totum capitulum maioris ecclesie, Rolandus etc." — [7]) fehlt. — [8]) „alii."

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 92.

*B. Otto I. überlässt dem Kl. Kappenberg ein demselben benachbartes Haus. 1215 November. — Abschr.*
*Chartul. Kappenberg. Sæc. XIII. Msc. II, 45. p. 205; gedr. Kindl. Volmestein II, 110.*

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Cum omnium subiectorum paci et saluti providere tenea maxime tamen eorum quieti prospicere cupimus, qui a seculari tumultu segregati divinis laudibus va noscuntur. Inde est, quod omnibus hanc paginam inspecturis significandum duximus, quod quidam hardus cognomento Birboem, habens domum claustro Capenberg adiacentem, conventione facta, acqu centum et sex marcas accipere suoque dominio resignare, ut ecclesie Capenberg cederet in possessio Venit ergo Capenberg advocatus ecclesie comes Adolphus, ubi cum ambo fratres nobiles de Wetter essent, videlicet Fridericus et dominus Bruno, processit Gherhardus cum uxore sua Mettelde et filio m Rutghero et fratribus suis Machario et Cunrado, et presentibus preposito et fratribus loci, in presenti vocati totiusque multitudinis domino suo Brunoni predictam domum resignavit et exfestucavit, facien hoc idem uxore et filio et fratribus prefatis et hoc confirmantibus et collaudantibus in manu adv Quam domum dominus Bruno, adiuncta sibi manu fratris sui, tribus amicis claustri concessit interim, d ad manum nostram ei pateret accessus. Non enim copia nostri poterat tunc haberi [1]). Hoc itaque o domino Brunone precedente et fratre suo Friderico simulque prefato Gerhardo, prepositus et fratres, vocatus et eius sequaces intraverunt, sicut moris est, ac possederunt domum cunctaque domui attin applaudentibus cunctis, nemine reclamante. Huic rei interfuerunt Wilhelmus sacerdos de Lunen, Gera nobilis de Altena, Ludolphus dapifer, Herimannus (de) Stockhem, Herimannus de Burc, Alexander de ninchusen, Alexander de Werna, Ludolphus de Werdena, Sifridus Hirt, Gerlacus Scafdorp; porro de den, Herimannus, Israhel, Alexander, Rutgerus Wale et alii multi. Post aliquot dies filia Gerardi, Ge dis, et iunior filius Wennemarus eandem domum resignaverunt in facie conventus et advocati. Post cum essemus apud Sulsen [2]), venit dominus Fridericus de Wettere et predictam domum nobis resign nosque eam statim ecclesie Capenbergensi dedimus per manum fratris Rutgeri cellerarii et fratris A Aderant ibi: germanus frater noster Gerhardus Osnaburgensis episcopus, Wilbrandus cognatus noster, gister Bernardus, Gerhardus et Rolandus capellanus, comes Adolphus de Altena, Herimannus de Li Ludolphus de Stenvorde et Rodolphus filius eius, Ludolphus dapifer et filii sui Adolphus et Ludol Rembertus de Stockhem, Ludolphus de Lere, Everhardus villicus de Werne, Heinricus Fransois e multi. Postea in placito Lunensi ipsam domum resignavit nobis dominus Bruno iam dicti Friderici fr nosque eam iterata dacione Capenbergensi ecclesie donavimus, proprietatis titulo possidendam, trade eam per manum Theoderici prioris et Rutgeri cellerarii. Aderant ibi: comes Godefridus de Arnesb comes Adolphus de Monte, comes Adolphus de Altena et Ludolphus dapifer et alii multi. Fecimus propter fratrum dilectionem et propter benignam in perpetuum nostri recordationem. Sciendum prete quod sepedicta domus pro decima tam maiore quam minore villico curtis nostre in Nortlunen triginta narios persolvet, et tempore glandium duos porcos impinguabit. Ut itaque hec omnia rata sempe inconvulsa permaneant, hanc testimonii nostri paginam sigilli nostri impressione roborare curavimus, om hominem, qui hec cassare temeraria presumptione temptaverit, nisi velociter resipuerit, eterna excom nicatione et maledictione in virtute sancti Spiritus obligamus. Acta sunt hec anno dominice incarnati M°.CC°.XV. quando dominus Innocentius generale concilium Rome celebravit [3]), cui interfuit Andreas positus [4]).

---

[1]) Der Bischof sass damals zu Kaiserswerth gefangen. — [2]) Bauerschaft im Kirchspiel Olfen. — [3]) 1215 Novemb. 11—30.
[4]) scil. Capenbergensis. — Kindling. bemerkt Msc. II, 45 l. c. „Rubrica harum litterarum fuit: De domo in Lemeschlu

## 93.

*Heribert, Abt zu Werden, eignet ein Haus zu Bikenkhusen an das Stift Kappenberg, wofür Graf Adolf von Altena dem Stifte Werden andere Güter zu Lehen aufträgt.* 1215. — *Orig. in dem Gr. Archive zu Kappenberg; Abschr. Msc. II, 45. p.* 102.

In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Heribertus Dei gratia abbas ęcclesię sancti Ludgeri in Werdena. Notum esse cupimus tam futuris quam presentibus, quod miles Joachim nomine, cum haberet a nobis in beneficio domum in Bikenkhusen, vendidit eam fratribus de Capenberg pro XX[ti] sex marcis. Sed cum esset domus eadem de allodio Sancti Ludgeri, adiit nos advocatus noster comes Adolphus de Altena, petens eiusdem domus proprietatem sibi conferri, daturus eam ecclesię Capenbergensi. Quod et factum est, resignante eam iam dicto milite Joachim, et consentientibus capituli nostri fratribus et familia nostra tam ministerialium quam nobilium. Ne autem ecclesia nostra aliquid detrimenti ex hoc sustineret, dominus comes de suo allodio bonam ei fecit recompensationem, eandemque a nobis in beneficio recepit, videlicet in villa Hartzappe duos mansos et mansionarios. Et quoniam huiusmodi commutatio, ne in oblivionem veniat, scripto indiget declarari, placuit nobis cartam hanc conscribi, et tam nostro quam etiam domini comitis sigillo consignari, subnotatis testibus, quorum ista sunt nomina: Heinricus frater meus abbas sancti Panthaleonis in Colonia, Gerhardus prepositus in Werdena, Godefridus prior, Theodericus plebanus de nova ecclesia; Herimannus nobilis de Altena, Werembertus et Gerlacus de Werdena, Dithmarus Heket, Heinricus de Rudenschede, Gerlacus Bůle, Reinoldus de Rudenschede, Heinricus Prime, Thomas de Ermenschede, Herimannus de Roscote, Herimannus de Eppendinkhove, Albertus de Hurde, Albero de Asle. Auctoritate igitur Dei et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et domini Innocentii papę, nec non et Coloniensis archiepiscopi, omni homini sub anathemate interdicimus, ne quis vel nostram ecclesiam, vel fratres de Capenberg super hac re inquietare ullo tempore presumat. Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis M°.CC°.XV°, indictione IIII[a], concurrente IIII[a], epacta nulla.

Die beiden, mit breiten geflochtenen Schnüren angehängten, Siegel sind sehr zerstört. Das des Grafen war ein rechts (d. h. nach der rechten Seite des Lesers) sehendes Reitersiegel.

## 94.

* *Adolf, Graf von Schauenburg, schenkt sein Erbgut in Remese dem Kl. Marienfeld.* 1215—1224 [1]. — *Orig. Kl. Marienfeld U.* 27; *Abschr. Msc. I,* 106 *f.* 8'.

Ego Adolfus comes de Shownburg et filius meus A. notum esse volumus universis tam futuris quam presentibus, ad quos scriptum presens devenerit, quod nos patrimonium nostrum in Remese ecclesie de campo sancte Marie in liberam contulimus proprietatem. Ne igitur hoc factum in dubium veniat et contentionem, hanc paginam super eo conscribi iussimus et sigillo nostro roborari.

An einem Pergamentstreifen hängt das Siegel des Grafen mit der Umschrift: SIGILL. ADHOL. COMITIS DE SCOWBURG. Von dem Rande gehen Zacken in das innere, sonst leere Schild.

## 95.

* *B. Otto I. schenkt eine Rente von acht Denaren an das Kloster zu Kappenberg.* 1216. — *Abschr. Msc. II,* 45. *p.* 43.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus notum facimus tam futuris quam presentibus, quod Lambertus de Ulflo, cum haberet octo denarios in beneficio a burchravio

[1] Das Datum nach Wippermann Regest. Schaumburg. p. 56.

de Rechede Godefrido de exusto manso apud Cohus, accessit ad eundem Godefridum et ei eosdem rios voluntarie resignavit pro eo, ut ecclesie Capenbergensi cederent in possessionem. Similiter bur vius ad manum nostram accessit, et iam dictum beneficium nobis resignavit. Nos itaque (a) fra Capenbergensibus premoniti et rogati, iam dictos octo denarios infirmitorio laicorum fratrum deputa ut hoc solatium a nobis (recipi)entes misericordiam Dei pro nostra salute exorent. Ne ergo hec in vionem veniant, presentis pagine attestationem sigilli nostri impressione roboravimus, excommuni omnem hominem, qui ecclesie Capenbergensi litem vel calumpniam pro hac suscitaverit causa. T Cunradus filius Lamberti de Ulflo, Cunradus de Burc, Bernardus de Pikenbruch, Volcwinus Scokke, hardus Fridach, Alexander de Senden et alii quam plures. Actum anno verbi incarnati M⁰. CC⁰. quando fuit generale concilium [1]) Rome, presidente beato papa Innocentio. Frater Gerhardus Wale scriptum beneficium novem solidis comparavit.

## 96.

** B. Otto I. überweiset dem Stift zu Freckenhorst einen Zehnten zu Eine.* 1216. — *Nach Wattenba Abschrift des goldenen Buchs von Freckenhorst Msc. VII,* 1315.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Cum omnia a nobis rite statuuntur, firmitatem iure debeant obtinere et perpetuitatem, illa presertim decet etern futurorum memorie commendari, que utilitati ecclesiarum et necessitati succurrunt personarum Deo i servientium. Noverint igitur presentis etatis et future posteritatis fideles, quod miles quidam videlicet stenus de Bilreke [2]) et frater suus nomine Albertus decimam in parrochia Enen iacentem, quam a coniuncta manu tenuerunt, cum heredum suorum conpromissione et consensu nobis legitime resignav Et nos eandem decimam nobis vacantem cum omni integritate proventuum conventui in Vrekenho canonicis eiusdem ecclesie, quam diligere et promovere pronam habemus voluntatem, perpetua don contulimus. Quod quia ratum teneri volumus et inviolatum observari sub anathemate precipimus, li rum nostrarum testimonio et sigilli nostri communimus appensione. Acta sunt hec dominice incarna anno M⁰. CC⁰. XVI⁰.

## 97.

** Papst Honorius III. bestätigt der Äbtissin Jutta von Nutlon die ihr von Simon von Tecklenburg übe genen Zehnten.* 1216 *Decemb.* 16. — *Or. Kl. Nottuln U.* 9; *Abschr. Msc. IV,* 1. *f.* 219.

Honorius episcopus servus servorum Dei dilecte in Christo filie Jutte abbatisse monasterii in salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere a sum, et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilec Domino filia, tuis iustis precibus inclinati, decimas, quas nobilis vir Simon comes de Tekeneburh et dam alii longis retroactis temporibus tenuerunt, de assensu diœcesani episcopi et capituli sui monas tuo collatas, sicut eas iuste possides et quiete ac in ipsius episcopi autentico continetur, tibi et p prefato monasterio auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario cont Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum XVII kalendas Januarii, tificatus nostri anno primo.

Die Bleibulle des Papstes ist erhalten.

---

[1]) Das Concil wurde schon am 30. November 1215 geschlossen. — [2]) Wohl „Bilrebeke".

## 98.

*Papst Honorius III. bestätigt* Juttæ abbatissæ monasterii in Nutlo —. advocatiam monasterii tui, quam nobilis vir Adolfus de Holt et Rotgerus de Nutlo — episcopi et — capituli Monasteriensis ecclesie consensu tibi vice tui monasterii resignarunt. — — Datum Romæ apud S. Petrum XVII. (Kal) Jan. pontificatus nostri anno primo. 1216 Decemb. 16. — *Gedr. aus einer Copie s. XVI. Niesert U.-S. II,* 330.

## 99.

*B. Adolf von Osnabrück bekundet einen zwischen dem Kl. Marienfeld und dem Edlen Bernard von Ösede abgeschlossenen Vertrag.* 1216. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 28. *Abschr. Msc. I,* 106 *f.* 18'.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Adolfus Dei gratia Osnaburgensis episcopus universis, quorum noticie scriptum presens oblatum fuerit, inperpetuum. Geste rei noticia litterarum solet eternari memoria, quatinus calumpniam sepe venientem cautela preveniat et actio priorum iugiter in suo iure persistat. Noverint ergo tam futuri quam presentes, quod vir nobilis Bernardus de Osethe, cum teneretur ecclesie campi beate Marie in XX marcis, cambivit de domo predii sui in Hoyle duas domos a cenobio Osethe, unam videlicet in Elbedeslo, et alteram in Honlo, quas pro eodem debito cum omnibus ipsarum pertinentiis prefate contradidit ecclesie perpetuo iure possidendas, de voluntate et beneplacito conventus in Osethe, Bernardi quoque prioris loci eiusdem et Gode priorisse favente consensu. Unde ne in bonis domini Bernardi in restaurum acceptis aliquid contradictionis in posterum sustineat ecclesia de Osethe, quam defensare tenemur, presentem paginam, que huius rei seriem immutabili veritate loquatur, nostro et eiusdem pariter ecclesie communivimus instrumentis, terribiliter excommunicando eos, qui unam aut alteram Dei ecclesiam, quas eadem in eodem negotio tutela defendit, presumpserint aliquatenus molestare. Actum est hoc anno incarnationis Domini M°. CC°. XVI°, indictione IIIIa.

Das an einer rothen wollenen Schnur anhängende Siegel des Bischofs ist wohl erhalten, das des Klosters Oesede aber abgefallen.

## 100.

*Engelbert, Erzbischof v. Cöln, und A(dolf), Bischof von Osnabrück, bestimmen die Rechte der Hörigen des Klosters Marienfeld in der Stadt Wiedenbrück. Ohne Z. u. J.* 1216—1224 [1]. — *Orig. Kl. Marienfeld U.* 29; *gedr. in Ficker's Engelbert d. Heilige, Beilage Nr.* 23 *p.* 336, *der die Urkunde ins J.* 1221 *setzt.*

Von den beiden an Pergamentstreifen anhängenden Siegeln des Erzbischofs und des Bischofs ist das erstere beschädigt.

## 101.

* *B. Adolf v. Osnabrück bekundet die Übertragung eines Zehnten an das Kl. Marienfeld* 1216—1224. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 30; *Abschr. Msc. I,* 106 *f.* 13.

A. Dei gratia Osnaburgensis episcopus omnibus hec legentibus in vero salutari salutem. Volumus innotescere presentibus et futuris, quod Gerhardus de Kelveren mansum in Rehey, quem in beneficio tenuit de manu ecclesie in campo sancte Marie, pro octo marcis et dimidia eidem ecclesie resignavit, cum consensu filiorum suorum Johannis et Josep et collaudatione heredum suorum. Que res ut stabilis et incon-

[1]) Die Zeit der Ausstellung konnte hier und bei den folgenden Urkunden nur nach der Regierung des Bischofs von Osnabrück bestimmt werden.

vulsa permaneat, quia coram nobis actitata est, nostri habet cyrographi firmamentum, adhibito e aliorum testimonio, quorum hec sunt nomina: Hugo dapifer, Everhardus de Varendorpen, Wescelu Sledesen, Josep de Haleteren et aliorum quam plurimorum tam civium nostrorum, quam ministerialium

Das anhängende Siegel des Bischofs ist zum Theil zerstört.

## 102.

* *B. Adolf von Osnabrück bekundet die Übertragung eines Zehnten an das Kl. Marienfeld.* 1216—122 *Or. Kl. Marienfeld U.* 31; *Abschr. Msc. I,* 106 *f.* 156; *II,* 11 *p.* 95.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Adolfus, Dei gratia Osnaburgensis episcopus, omnibus quorum noticiam presens notula pervenerit, in perpetuum. Volumus innotescere tam futuris quam pre tibus, quod Udo de Braken, ministerialis noster, decimam in Berchvolde super domum domini Ludge Erpincgen, quam tenuit de manu ecclesie nostre, contulit donatione perpetua ecclesie campi beate pro remedio anime fratris sui, relinquens arbitrio ipsius ecclesie aut accipere solutionem, videlicet X narios annuatim, aut fructus, id est decimum manipulum decime designate. Huius itaque donationis sunt: Otto prepositus maior, Wicboldus decanus, Olricus scolasticus Osnaburgenses et alii.

Das Siegel wie an der vorhergehenden Urkunde.

## 103.

*Adolf, Bischof von Osnabrück, bekundet dass Helenbert von Manen seine Güter in Lohus dem K Marienfeld verkauft und den Verzicht zuerst mit einem seiner Söhne* in foro civili quod in Teutonico d Vriethinc, *sodann mit seinen beiden andern Söhnen vor ihm in Osnabrück geleistet habe.* 1216—122 TT Otto maior prepositus, Wigboldus decanus et canonici quam plures. Item Hugo Bare, We gogravius et ministeriales quam plures Osnaburgenses. — *Orig. Kl. Marienfeld U.* 32; *Abschr. I,* 106 *gedr. Kindl. M. B. III. U. p.* 144.

Das anhangende Siegel des Bischofs ist wohl erhalten.

## 104.

*König Friedrich II. ermahnt den B. Adolf von Osnabrück, den Grafen (Hermann) von Ravensberg Besitz der Zölle und der Münze zu Vechte und Haselünne nicht zu stören.* 1216—1220 [1]. — *Absch Msc. I,* 1 *p.* 10; *daraus II,* 2 *p.* 32; *gedr. von Ledebur Vlotho p.* 117.

F. Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Cicilie, A. Osenburgensi episcopo gratiam s et omne bonum. Constitutus in presentia nostra O. filius comitis de Ravensberghe, ex parte patris nobis querela monstravit, quod eum iniuste graves super theoloniis suis et monetis in Vechte et in L positis, que ab antecessoribus nostris tenuit et de manu nostra de novo recepit. Quare tue discre regia mandamus potestate, quatenus nominatum comitem dicta bona sua pacifice permittas possidere; vero [2]) ad omnia, que adversus ipsum proponere decreveris, eum coram nobis, prout iustum fuerit, respondere faciemus.

---

[1]) Bischof Adolph v. Osnabrück regierte 1216—1224; im Jahre 1220 aber wurde Friedrich II. zum Kaiser gekrönt. V v. Ledebur l. c. p. 23. — [2]) So steht im Domcopiar.

# 105.

*Otto I. vergleicht sich mit seinem Domcapitel wegen der Einkünfte aus acht bischöflichen Amthöfen.* **1217.** — *Or. Fr. Münster U.* 44; *Abschrift Msc. I,* 1. *p.* 267; *II,* 2. *p.* 39; 15. *p.* 197; *gedr. Niesert U.-B. II,* 351; *U.-S. II,* 337.

O(tto) Dei gratia Monasteriensis episcopus dilectis in Christo filiis maioris ecclesie in Monasterio canonicis in perpetuum. Quoniam fragilis est memoria et rerum turbe non sufficit, quoniam etiam quorundam nprobitas ea, que rite gesta sunt, inpugnare non erubescit, opus est ut litterarum monumentis memorie ragilitas adiuvetur, pravorumque hominum cavillationibus obvietur. Quamobrem notum esse cupimus omnibus presentis cyrographi paginam audientibus, quod inter nos et dilectos confratres nostros maioris ecclesie canonicos questio quedam aliquanto agitata est tempore, scilicet pro quibusdam servitiis sive oblationibus, quas ipsi sibi dari debere constanter asserebant de octo nostris quas infra nominabimus curiis; nobis autem e contrario dicentibus, quod cum certi redditus in curiis nostris non invenirentur adhuc usquequaque assignati, nos eis super hiis que requirebant, non debere teneri. Que questio sicut iidem aiebant unde videbatur sumpsisse originem, quod cum venerabilis frater et antecessor noster pie memorie Lodewicus episcopus de manibus officiatorum curias suas ad liberam proprie dispensationis et ordinationis potestatem revocasset, redditus, unde canonicis fuerat serviendum, cum redditibus episcopalis mense ita sunt permixti et confusi et forte infeodati, ut procedente tempore maius et maius sui iuris canonici sentirent detrimentum. Verum quia nos ex veridica multorum relatione intelleximus et veraciter comperimus, quod de curiis nostris inferius exprimendis, quamvis certi redditus ad hoc assignati non possent in omnibus curiis inveniri, predictas tamen oblationes indubitanter debere persolvi, duasque memorias duorum episcoporum novissime defunctorum, qui se specialiter non fecissent memoriales, inde debere observari, nimis impium reputavimus et iniquum, si canonici in hoc casu suam iusticiam et episcopi salubriter sibi statutam perderent memoriam. Bonorum igitur et prudentum virorum consilio canonicis ius suum recognoscentes, servicia sive oblationes eis debitas deinceps sine diminutione secundum tenorem donationis ab antecessore nostro bone recordationis Wernhero episcopo eis facte iuxta formam subtus appositam in perpetuum esse dandas statuimus, scriptoque presenti cum appositione sigilli nostri confirmavimus, quemlibet contra hoc statutum nostrum venientem fidelium communione privantes, ei vero, qui pie servaverit et iuste, communionem sanctorum in eterna beatitudine optantes. Curie hee sunt: Lon, Halteren, Dulmene, Billerbike, Warendorp, Bikehem, Alen, Werhem. Quarum priores quatuor in circumcisione Domini, posteriores vero quatuor in epyphania Domini singule dabunt XX panes albos, quales ex quatuor decimalibus modiis tritici possunt pistrari; dabunt etiam singule singulos porcos quales sunt qui dicuntur hove versinge, et singule dabunt etiam singulas dimidias urnas mellis et singula molcia bracii et hoc ad usus dominorum; et ceram de melle extractam preter unam unius libre candelam, que poni consuevit cum aliis candelis inde provenientibus ad designationem annorum pontificatus cuiuslibet pro tempore episcopi. Dabunt preterea singule curie prefatis temporibus XXXta panes siligineos, quales ex quatuor decimalibus modiis possunt componi, et XV caseos sive allecia sexaginta ad usus quorundam officiatorum episcopi et pauperum citra aquam et trans aquam, qui dicuntur spentbrothere [1]) et campanariorum maioris ecclesie et aliorum pauperum.

Testes huius rei sunt Bernhardus Werenzo, Thiodericus dapifer et filii eius Albertus et Heinricus, Winemarus de Ahus, Lutbertus custos sancti Martini, Engelbertus villicus de Lon, Wilbrandus de Billerbike, Heinricus de Dulmene, Thiodericus de Bikehem et alii quam plures villici nostri. Hii cum quibusdam aliis primum intererant huiusmodi ordinationi coram nobis. Deinde autem cum publicaretur consilium, testes aderant Reimboldus maior prepositus, abbas Lesbernensis Wernherus, et prepositus Varlerensis, Gerlagus

---

[1]) Von „spenden".

de Dingethe senior, Walterus de Hustide, Winemarus de Silfwolde, Volmarus custos et prepositus s
Pauli, Godefridus prepositus sancti Ludgeri, Franco de Tremonia, Bernhardus cantor, Egelmarus prep
in Frisia, magister Bernhardus Bremensis, Bruno de Asbike, Lutbertus et Ludegerus et alii fere o
illius temporis canonici. Sunt autem hec acta anno dominice incarnationis M°. CC°. XVII°, indictione q
domino Honorio tertio Romane sedi feliciter presidente.

Das Siegel ist jetzt nicht mehr erhalten.

## 106.

** B. Otto I. verleiht gewisse Zehnten der Capelle SS. Marie et Katerine im Südthurme des Doms zu Mü*

1217. — *Orig. Fürst. Münster U. 45.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Notum esse mus tam generationi omni que ventura est, quam presentis evi fidelibus universis, quod Godefrid Claholte, ministerialis ecclesie nostre, pro quadam sorore sua marito locanda in arto constitutus, deci quinque domorum in parrochia Liereu et unius domus in parrochia Horstmare, quam a nobis iure fe tenebat, acceptatis in presentia nostra et nostro assensu XIX mareis, quas munufideles magistri Hein bone memorie, Gerlagus de Dingethe, Woltherus de Hustede, et Bernardus cantor de testamento erogaverunt, in manu nostra voluntarie resignavit. Nos igitur non solum ad devotionem, verum etia retributionis eterne mercedem respectum habentes, eandem decimam de manu laici redemptam, e usus ecclesiasticos redituram, capelle beate Dei genitricis Marie et sancte Katerine sub turri australi ioris ecclesie, per sententiam tam cleri quam ministerialium, tradidimus iure perpetuo possidendam. vero in rebus humanis nichil invenitur adeo rationabiliter statutum, quin ad id laboret calumpnia d vendum, Lutgero de Sutbeke, Rolando de Vehtorpe et Hermanno de Veltceten cum ipso G. sponden ita cautum est, ut si quid contradictionis a fratribus G. super hoc contractu emerserit, ipsi teneantu pedire et de dampnis datis ecclesie respondere, nisi ad ratihabitionem fratres illos in presentia n sive capituli nostri aut alias, ubi necessitas postulaverit, possint inducere. Sub hac forma decimam dictam manufideles prenominati cum Hermanno maiore decano nomine capituli, ad usus sepedicte ca et sacerdotis ibi deservientis, cum consueta sententiarum sollempnitate de manu nostra receperunt. Pl autem ad evidentiorem huius rei noticiam domos ipsas decimales propriis nominibus designare. In p chia Liere in ipsa villa de curte abbatisse in Borchorst II sol. VIII modios pise et VIII tritici per dimi mensuram Monasteriensem. Ostendorpe de curte Ludolfi IIII[or] sol. et VI den. De domo que dicitur XVIII denarios. Ten hus XII denarios. De Halteren X denar. Item de domo predicta que dicitur II malt. avene cum minuta decima. In parrochia Horstmare, Scagehornen, de domo Heinrici Klu VI denar. Hec decima de manu Godefridi sepedicti laici redempta et per manus nostras ad usus ecc reversa est. Preter hanc in parrochia Rene decimam trium domorum, videlicet de domo Scirlo XX de de domo Dutenhem II sol., de manso in Clancdorpe II malt siliginis et minutam decimam, per eos scolastici manufideles et de testamento memorato ab Erpone milite de Rene nostro assensu redemp et in manu nostra cum debita, quemadmodum supradictum est, sollempnitate resignatam capelle iam s dicte contulimus iure perpetuo, ratam habentes et presenti scripto confirmantes ordinationem venera predecessoris nostri domni Hermanni episcopi, eam videlicet, ut maior decanus et duo fratres decano ximi potestatem habeant in eadem capella, cum vacaverit, eligendi sacerdotem, qui secundum suas scientias idoneus sit atque sufficiens in ea divinum explere officium, et in choro cum fratribus in memor scolastici, nomine perpetui vicarii, prout ultimam ipsius scolastici intelleximus fuisse voluntatem, stu vigilanter deservire, eo excepto, quod secundum annotationem matricule ab onere misse et officii ma exemptus. Ut autem hec rata permaneant atque inconvulsa, presentem paginam super hiis conscribi

[1]) Des Domscholasters, wie die Folge ergibt.

mus et impressione sigilli nostri confirmari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XVII°, indictione V$^a$, anno domni Honorii pape I°, nostri vero presulatus anno XII°. Testes huius rei sunt de maiori conventu: Herimannus decanus, Gerlagus, Woltherus, Bruno, Franco, Lutbertus, Bernardus cantor, Ludolfus, Egelmarus prepositus, Ludolfus, Lutgerus, Hermannus, Hinricus, Alexander; Lutbertus custos sancti Martini; de ministerialibus: Hermannus de Monasterio, Fre'thericus de Sconenbeke, Renbertus de Stochem, Albertus de Witherden, Ludolfus de Liere, Florentius iudex, Hinricus camerarius, Godefridus villicus et alii quam plures [1]). Adhuc dandi sunt XII denarii in parrochia Sendenen de domo to then Uphus, dandi in festo Martini.

Das anhangende Siegel hat sehr gelitten.

## 107.

* *Der Bischof von Münster bekundet die durch Conrad dapifer von Stromberg geschehene Verpfändung eines Zehnten an das Domcapitel zu Münster.* 1217. — *Abschr. Msc. I, 1. p.* 296.

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Quoniam secundum tempora labentia labitur et hominum memoria, humana consuevit sollertia varios hominum contractus comprehendere scriptura, ne forte ea que desiderant firmitatem, in ignorantiam veniant et oblivionem. Eapropter ego Monasteriensis episcopus notum esse volo omnibus Christi fidelibus, quod Conradus dapifer de Strombergbe, me ipso quidem et uxore sua et filia ac marito filie ipsius consentientibus, decimam in Gestlen in parrochia Bekehem, quam a me in feodo tenuit, canonicis maioris ecclesie Monasteriensis pro XL$^a$ marcis impigneravit, circa perceptionem fructuum eiusdem decime ante solutionem prefate pecunie nullum eis gravamen illaturus aut nocumentum. Que res ne forte in dubium venire possit aut oblivionem, presentem paginam presentibus scriptis et appensione mei sigilli corroborari, testesque feci subscribi, quorum nomina sunt hec: Remboldus maior prepositus Monasteriensis, Hermannus decanus, Volmarus custos et cet. Sunt autem hec acta a. d. i. M°.CC° XVII°, indictione V$^a$ [2]), domino Honorio tertio Romane sedi fideliter presidente.

## 108.

*B. Otto I. vergleicht sich mit seinem Domcapitel wegen einer Schuldforderung.* 1217. — *Abschr. Msc. I, 1. p.* 71; *gedr. Niesert U.-B. I,* 279.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Notum esse volumus universis, quod cum inter nos et dilectos in Christo canonicos maioris ecclesie in Monasterio super quibusdam debitis questio verteretur, tandem eorum querimoniam quinquaginta marcarum compensatione sopivimus. Quas cum propter instantem nostre peregrinationis executionem et necessarias vie impensas tunc solvere non possemus, in proventibus tertii anni post iter arreptum nobis prout aliis tunc Jherosolimam proficiscentibus indulti, in curia nostra Warendorp et suis attinentiis, sive revertamur, sive non, sublata cavillatione qualibet sumendas assignavimus. Ut autem hec nostre ordinationis pagina maneat inconvulsa, eam sigilli munimine roboramus. Huius rei testes sunt: Remboldus maior prepositus, Volmarus maior custos, God(efridus) prepositus sancti Ludgeri, Wenemarus, Bruno, Lubbertus, Wolterus, abbas de Lesberen, prepositus de Varlere, Bernardus Werense, et alii quamplures maioris ecclesie canonici. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC° XVII°, presidente sancte Romane sedi Honorio papa, pontificatus sui anno primo.

---

[1]) Das Folgende ist von einer andern, wie es scheint etwas jüngeren, Hand hinzugefügt.

[2]) So corrigire ich statt „a. M°.CC°.XII°, indict. XV a" des Copiars.

## 109.

* *B. Otto I. bestätigt eine Übereinkunft wegen eines Hofes in Roxel.* 1217. — *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 373.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Ne laudabilia temporis nostre negotia futurorum valeat retractare calumpnia, salubriter provisum est, ut ea, que a nobis memoria digna geruntur, fideli literarum testimonio adiuventur. Unde notum facimus tam futuri quam presentis evi fidelibus, quod nos ob petitionem dilecti ac familiaris nostri Godefridi, prepositi sancti Lutgheri, super decima curtis sue in Růkeslare cum consensu fratrum sancti Martini concessimus et approbavimus fieri pactionem. Villicus curtis iam dicte, pro redemptione maioris decime, quatuor solidos Monasteriensium denariorum, et pro redemptione minoris decime, sex denarios predictis fratribus in festo beati Bartolomei apostoli annuatim persolvet, quos ipsi sine omni contradictione recipient, et sic curtis illa ab omni exactione decimali libera prorsus et immunis permanebit. Ut autem hoc ratum et inconvulsum permaneat, presentem paginam huius rei testimonialem conscribi fecimus et sigillo nostro confirmari. Actum a. inc. d. M°.CC°.XVII°, indictione quinta. Testes sunt Hermannus maior decanus, Heinricus decanus sancti Martini et cet.

## 110.

*B. Otto I. verleiht seinem Domcapitel einen Zehnten zu Lembeck.* 1217. — *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 243; *gedr. Niesert U.-S. VII,* 435.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto, divina miseratione Monasteriensis ecclesie humilis minister, omnibus Christi fidelibus salutem in vero salutari. Si quid humane memorie per lapsum deperit temporis, scripture suffragio reparatur. Huius rationis intuitu presentem paginam nostri sigilli robore munitam conscribi fecimus, ut eius inspectione tam presentibus quam futuris declarescat, quod Gerlacus Bitter, nostre ecclesie ministerialis, super decima Rothe in parrochia Lembeke cum canonicis maioris ecclesie in Monasterio contraxit, et acceptis XX marcis ab eisdem canonicis prefatam decimam libere et absolute, suis heredibus consentientibus, in nostras manus resignavit. Nos vero, ut nostri interest iuris, predictorum canonicorum honestatem et profectum per omnia promoventes, pretaxatam decimam, nullo contradicente, capitulo predicto contulimus. Volentes igitur hunc contractum legitime celebratum inconvulsum inperpetuum perdurare, si qui huius contraxionis violatores extiterint, anathematis vinculo innodamus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XVII°, indictione V$^a$, presidente sancte Romane ecclesie Honorio papa, pontificatus sui anno primo, testibus presentibus: Volmaro sancti Pauli preposito, Godefrido preposito sancti Lutgheri, preposito Claoltensi, magistro Bernhardo Bremensi, Brunone de Asbeke, Luberto, Francone; Ottone comite de Tekeneburg, Bernardo Werencen et Hermanno filio eius, Hermanno de Monasterio, Luberto de Beveren et fratre eius Alberone, Frederico de Sconenbeke et Godefrido fratre eius, Thiderico dapifero et filiis suis Alberto et Henrico, Luberto de Alen, Johanne de Bilrebeke, Brunone de Stochem, Courado dapifero et aliis quampluribus.

## 111.

*Bischof Otto I. bestätigt die durch B. Hermann II. an der St. Martinikirche zu Münster errichteten fünf Präbenden. Münster* 1217. — *Abschr. Msc. I,* 71. *p.* 7; *IV,* 4. *p.* 163; *gedr. Niesert U.-S. II. p.* 331.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto miseratione divina Monasteriensis ecclesie episcopus. Dignum est et omni rationi consentaneum, ut quotienscunque ecclesia Dei utilibus proficere dicernitur

incrementis, ipsi autenticis scriptorum munimentis per debite cautionis subsidium propensius congruit provideri, ne sinistra calumpniantium interpretatione bene gesta irritari attemptentur, vel tractu temporis oblivionis cecitas memoriam hominum valeat offuscare. Proinde notum fieri cupimus universis tam presentis quam future etatis Christi fidelibus, quod nos solius divine retributionis intuitu ecclesie sancti Martini in Monasterio constitute providere volentes, institutionem quinque prebendarum, quam felicis recordationis antecessor noster Hermannus episcopus pro remedio anime sue ordinavit ibidem, presentium auctoritate dignum duximus confirmandam, sub pena excommunicationis districtius inhibentes, ne quis institucionem prememoratam ab eodem antecessore nostro adeo rationabiliter ordinatam et a nobis rite approbatam, ac sicut premissum est, legitime confirmatam ullatenus infringere presumat. Et quia volumus omnem ambiguitatis scrupulum super redditibus earundem quinque prebendarum, ad donationem tantum nostram vel successorum nostrorum spectantium, precise amputare, maturiori communicato prudentum consilio placuit, redditus unicuique prebende deputatos, scripto presentis pagine expressius declarari.

Redditus itaque prime prebende, que Henrico decano sancti Martini et successoribus eius in decania est deputata, sunt quatuor marche Monasteriensis monete, que a festo sancti Laurentii per circulum anni usque in subsequens festum Laurentii collecte, primo loco decano sancti Martini ministrande, accipientur, tam diu donec aliquis Christi fidelis pie deuotionis obtentu in melius duxerit de hiis commutandum. Huic etiam prebende annexi sunt quidam agri quos a quodam Bertramo laico XII marchis comparavit. Preterea eidem prebende decani (annexus est) bannus ecclesie in Bulleren, quem bannum prefatus antecessor noster decanie sancti Martini dinoscitur perpetuo assignasse.

Redditus secunde prebende sunt quinque moltia tritici et quinque moltia bracii, que decem moltia de molendino de Bracht secundum mensuram Monasteriensis civitatis sunt persolvenda. Hoc utique loco annotandum placuit, quod episcopus Hermannus iam dictum molendinum in Bracht denariis suis emens, de obventionibus eiusdem, ecclesie sancti Martini prefata decem moltia iuxta formam premissam perpetuo assignare curavit.

Tertie prebende redditus sunt quatuor marche Monasteriensis monete, quas prepositus sancti Martini de ecclesia in Sendene in die sancti Martini tenetur ministrare. Hic siquidem exprimi decrevimus, quod prepositus sancti Martini de preficiendo vicario ecclesie in Sendene liberam nomine prepositure, ex antecessoris nostri ordinatione, sortitur facultatem.

Quarte vero prebende redditus sunt quatuor marche Monasteriensis monete, quas prepositus sancti Martini de decima in Mykilincbike cum omni integritate collecta est daturus.

Quinte autem predende redditus sunt quatuor marche Monasteriensis monete, que de theloneo Monasteriensis civitatis in festo s. Laurentii et in festo s. Ludgeri secundum equam partitionem sunt dimidiatim ministrande. Hoc quoque scripto pagine presentis inserere studuimus, quod episcopus Hermannus XXX[a] iam annis elapsis dictum theloneum a Suedero de Thingethe ministeriali ecclesie nostre, qui ipsum theloneum in feodum tenebat, quinquaginta marcis Coloniensis monete redimens, de obventionibus eiusdem IIII marchas secundum modum prescriptum ecclesie sancti Martini libere et sine cuiusquam contradictione conferebat [1]).

Ceterum collationem archidyaconatus, quem sepedictus antecessor preposito sancti Martini assignavit, et quem idem prepositus nomine prepositure sancti Martini, vel tanquam prepositoram eiusdem loci de manu nostra vel successorum nostrorum recipere tenetur, ecclesie sancti Martini nostre auctoritatis munimine confirmamus, determinantes, preposituram sancti Martini nulli prorsus esse porrigendam, nisi tali, qui prius canoniam et prebendam in maiori Monasteriensi ecclesia fuerit adeptus. Ecclesiarum, ad quas iam dictus archidyaconatus seu prepositura sancti Martini protenditur, nomina sunt hec: Enyngerlo, Oesteren, Oestenvelde, Veleren, Thistede, Wardeslo, Hertvelde, Lyppurc, Unkinctorp, Thuleberghe, Hesnen, Huvele, Bochem.

---

[1]) Vgl. Urkunde v. J. 1203 oben Nro. 21.

Acta sunt hec Monasterii anno dominice incarnationis M°. CC°. XVII°, indictione V$^{a}$, presidente Romane sedi reverentissimo papa Honorio tertio, regnante glorioso Romanorum rege Frederico, anno pontificatus nostri XIIII°. Testes autem huius rei clerici sunt: Ludgerus, Lutbertus, maioris ecclesie canonici, Heinricus decanus sancti Martini et maioris ecclesie canonicus, Engelbertus decanus, Lutwinus scolasticus sancti Mauritii, Johannes decanus, Albertus custos sancti Pauli, Herewicus decanus, Lutbertus scolasticus sancti Ludgeri, Lutbertus custos, Johannes, Ludolfus, Albertus, Andreas, Mathias, canonici sancti Martini; laici: Albero de Sindenen, Thiodericus Terninc, Fredericus de Sconenbike, Florentius iudex in Monasterio et frater suus Amelungus, Crahto de Hornen, Bernhardus de Rokeslere.

## 112.

* *B. Otto I. bekundet die Erwerbung eines Zehnten durch das Martini-Stift zu Münster.* 1217. — *Msc. I, 71. p. 8; IV, 4. p. 177.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Rerum temporalium variabilem cursum humanique generis labilem memoriam considerantes, quedam a nobis gesta, antecessorum nostrorum virorum prudentum exemplo, posteritatis transmittere volentes noticie, presenti scripto ea commendare dignum duximus. Presentis utique diei in tantum excrevit malicia, ut nonnulli ea que ad pacem et concordiam bono zelo ordinantur, ingeniosa perversitate infringere atque ad errorem revocare moliantur. Proinde notum facimus tam presentis quam futuri temporis nationibus, quod Henricus sancti Martini decanus, Lutbertus custos totumque eiusdem ecclesie capitulum decimam, que est in parrochia Greven in villis Bocholt et Bunestorpe, a Suedero de Veltseten, fratribus ipsius videlicet Hermanno milite et Bertoldo presentibus et consentientibus, sexaginta marchis ad usus ecclesie sancti Martini comparaverunt. Et prenominati fratres, scilicet Suederus, Hermannus et Bertoldus, decimam prefatam sine conditione, omni contradictione cessante, in manus nostras resignarunt. Nos itaque decimam eandem ecclesie sancti Martini liberaliter contulimus, sub pena excommunicationis districtius inhibentes, ne quis super eadem decima ecclesiam sancti Martini infestare presumat. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC°. XVII°, indictione V$^{a}$, presidente Romane sedi domno papa Honorio III, regnante Romanorum rege Frederico, anno pontificatus nostri XIIII. Testes autem huius rei sunt: Hermannus maioris ecclesie decanus, Heinricus sancti Martini decanus, Lutbertus, Olricus canonici maioris ecclesie; Lutbertus custos, Johannes, Ludolfus sancti Martini canonici, Gerhardus capellanus, Rolandus scriptor, magister Bernhardus, Thiodericus de Winterswic, Godefridus de Sconenbike, Giselbertus de Warentorpe, Ludolfus de Lere, Florentius iudex in Monasterio et frater eius Amelungus, Lutgerus Bever.

## 113.

* *B. Otto bewilligt dem Ägidii-Kloster die Mahlfreiheit auf der Mühle des Bispinghofes.* 1217, *Juni* 29. — *Orig. Kl. Ägidii U.* 11.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in vero salutari. Quamvis in officiis caritatis omnibus teneamur obnoxii, illis tamen quodam debito specialitatis astringimur, qui non solum sua, verum etiam se ipsos abnegantes, Domino elegerunt in religionis habitu militare. Pensata igitur prerogativa devotionis et ordinis dilectarum in Christo filiarum, sanctimonialium monasterii sancti Egidii in Monasterio Cisterciensis ordinis, in quibus tamquam in principalibus membris suis Christus alitur et vestitur, ipsis ne penitus essent nostre consolationis immunes, in molendino curie nostre Monasteriensis, que episcopalis dicitur, liberam et perpetuam molendi contulimus facultatem. Sed quia ea que geruntur in tempore, sepe memorie lapsu tem-

poris elabuntur, nos presentem paginam lubricitati humane memorie suffragantem sigilli nostri decrevimus impressione muniri. Huius rei testes sunt: Reimboldus maioris ecclesie, Volmarus sancti Pauli, Erdagus sancti Mauricii prepositi, Lutbertus maioris ecclesie canonicus; Lutbertus de Beveren, Florentius iudex, Hermannus de Vrendestorp, Bertoldus decimator, milites. Acta sunt hec a. d. i. M°.CC°.XVII° in die sanctorum apostolorum Petri et Pauli, presidente Romane sedi reverentissimo papa Honorio tercio, pontificatus sui anno primo, regnante victoriosissimo Romanorum rege Frederico.

Das anhangende Siegel des Bischofs ist beschädigt.

## 114.

* *Landolf, Priester zum h. Jacobus in Münster, stiftet für sich und für den verstorbenen Dompropst Bernhard eine Memorie im Ägidii-Kloster.* 1217. — *Or. Kl. Ägidii U.* 12.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Universis Christi fidelibus tam posteris quam presentibus notum esse cupimus, quod Landolfus spiritualis frater noster, omnis laboris nostri particeps in Domino, presbiter sancti Jacobi in Monasterio, spiritu caritatis accensus, pro reverentia patroni sui, cuius historiam perpetuo cantandam suscepimus, et pro memoria anime domini sui Bernhardi pie recordationis Monasteriensis quondam prepositi, et pro salute proprie anime contulit conventui nostro, scilicet sancti Egidii, triginta solidos Monasteriensium denariorum ad sublevamen nostre necessitatis. In quorum recompensationem, communi assensu Lutgeri presbyteri fundatoris nostre ecclesie, Crisanti tunc prepositi, Ermengardis secunde abbatisse, tociusque nostri capituli assignavimus eidem Landolfo reditus viginti quatuor denariorum decimalium solvendorum Elverthe de manso quondam Walthero de Ludinchusen pertinente. Quos quidem decimales denarios prenominatus L. ad consolationem nostri collegii abbatisse nostre annuatim presentandos, et ad emptionem vini, albi panis vel piscium in die beati Jacobi reservandos inviolabiliter instituit, hoc adiciens, ne propterea de cotidianis ferculis quicquam subtrahatur. Hec donatio stabilita est in audientia totius nostri conventus et omnibus nobis approbantibus sic ordinata, ut nullus prepositus, vel abbatissa, vel quisquam fidelis successure posteritatis in alium diem vel usum debeat commutare. Si quis vero ausu temerario, quod Deus avertat, hanc ordinationem sic pie conceptam et rationabiliter confirmatam infringere vel cassare presumpserit, anathematis vinculo subiaceat, donec resipiscat. Ne tamen fratris nostri L. tam laudabilis devotio a celebri labatur memoria, statuimus, ut hoc scriptum, ecclesie nostre et ipsius L. sigillo roboratum singulis annis in vigilia sancti Jacobi in capitulo nostro relegatur, ut idem L. a nobis successuris in perpetuum memorialis habeatur. Acta sunt hec a. d. i. M°.CC°.XVII°, Honorio apostolicam sedem gubernante, Frederico Romanorum imperium regente, Ottone Monasteriensem episcopatum tenente.

An rothseidenen Schnüren hängen die Siegel des Klosters S. Aegidii und des Priesters Landolf, von welchen das erstere sehr gelitten hat. Das zweite stellt einen Heiligen dar, mit der Umschrift: LANDOLF. DEI GRATIA PR. S. JACOBI.

## 115.

* *Hermann, Graf in Ravensberg, bekundet die Übertragung einer curtis in Alsteden an das Ägidii-Kloster zu Münster.* 1217. — *Or. Kl. Ägidii U.* 12a; *Abschr. Msc. 1,* 81. *p.* 181; *III,* 34. *p.* 35; *IV,* 4. *p.* 147.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Hermannus, comes in Ravenesberg, omnibus tam futuris quam presentibus hanc paginam inspecturis in perpetuum. Que rationabiliter et bene gesta sunt, perpetuam decet optinere firmitatem. Proinde presenti scripto declaramus, quod nobilis vir de Ardeia, Jonathas, quondam curtim suam in Alsteden nobis tradidit in proprietatem eandemque a nobis in feodo recepit, hac conditione, ut si vellet alio allodio suo, valente centum marcas, proprietatem dicte curtis a nobis liberare,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

id sine contradictione sustineremus. Procedente tempore, dictus Jonathas apud Sûsatum coram domino Engelberto, Coloniensi electo et confirmato, pro curti in Alsteden curtim in Sunebornen iuxta Tremoniam sitam in manus nostras contradidit, eandemque prorsus eadem condicione qua prius aliam tenuerat a nobis in feodo recepit, et nos iuri, quod in curti de Alsteden habebamus, liberaliter et absolute heredum nostrorum consensu renunciavimus; antedictus vero Jonathas conventui monialium sancti Egidii in Monasterio, suorum heredum legitimo consensu, curtim in Alsteden cum omnibus suis appendiciis vendens, ecclesiam dictam in possessionem curtis eiusdem cum debita misit solempnitate. Nos autem nostris heredibus consentientibus huic contractui fidelem dantes operam et consensum, ecclesie pretaxate meruimus fraternitatem. Ut igitur nulla inposterum ecclesie sepius nominate a nostris aut dicti nobilis viri heredibus questio moveatur, sed curtim prelibatam, quam emptionis iuste titulo comparavit, quiete et sine cuiusquam contradictionis scrupulo possideat in perpetuum, rem bene gestam presenti scripto editam sigillo domini Engelberti Coloniensis archielecti petivimus insigniri et nostro sigillo communivimus. Testes huius rei sunt: clerici Conradus maioris ecclesie in Colonia decanus, prepositus sanctorum apostolorum, Hinricus de Asnida, domini Coloniensis electi capellanus, Peregrinus notarius; laici, nobiles: Henricus Niger de Arnesberg, Hermannus de Rudenberg, Bertoldus de Buren, Thetmarus frater suus; ministeriales: Hermannus scultetus in Sûsat, Thimo de Sûsat, Thidericus frater suus, Henricus de Meppe et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XVII°, indictione quinta [1]).

An Schnüren von Flachsfäden hängen Erzbischof Engelberts Electensiegel, welches besser erhalten ist, als das Dalheimer, wonach Ficker in seinem Engelbert d. H. es hat abbilden lassen, und das Siegel Hermanns mit den Ravensbergischen Sparren und der Umschrift: SIGILLUM COMITIS HERIMANNI IN RAVENSBERG.

## 116.

* *B. Otto I. bekundet die Resignation eines Zehnten für das Kl. Kappenberg. Kappenberg* 1217, *März* 26. — *Abschr. aus dem Original Msc. II,* 45 *p.* 43.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus notum facimus tam futuris quam presentibus, quod Ludgerus cognomento Hever, adiuncta sibi manu filii et heredis sui Willehelmi, decimam, quam a nobis in beneficio habuit super domum fratrum Capenbergensium in Langeren, resignavit nobis voluntarie pro eo, ut eam ecclesię Capenbergensi daremus. Unde nos fratrum eorumdem circa nos devotionem attendentes, propter spem in cęlis repositam, pręfate domus decimam tam maiorem quam minorem ecclesię Capenbergensi perpetua concessione donavimus. Sed et hoc sciendum, quod pro hac resignatione eidem Ludgero datę sunt sex marcę et dimidia. Quia vero idem beneficium ad Novum Castrum pertinebat, bonam recompensationem fecit Ludgerus eandemque de manu nostra recepit, videlicet mansum qui vocatur antiqua domus et est in parrochia Aldenberg. Hanc igitur decimam iustis modis acquisitam simulque omnem decimationem super totam villam Wethmare, quam possident fratres Capenbergenses, pontificali eis auctoritate confirmavimus etc. Decimę autem a Ludgero resignatę testes hii sunt: Wilbrandus cognatus noster, Rûlandus notarius, Bertoldus marscalcus, Ludolphus de Lere, Winemarus de Ahusen, Ludolphus de Werne, Everhardus villicus de Werne, Ruthardus de Linclere, Sifridus Hirt, Godescalcus et alii quam plurimi. Acta sunt hęc cum sollempnitatem paschalem in Capenberg celebraremus, anno dominicę incarnationis M°.CC°.XVII°, qui est primus annus pontificatus domini pape Honorii, nostri autem presulatus annus XV.

---

[1]) Am Rande des Copiars Msc. I, 81 p 181 steht geschrieben: „Domus in Alsteden nunc Bodinck in parrochia Nottelen".

## 117.

*B. Otto bekundet einen Gütertausch zwischen dem Grafen Otto von Dale und dem Kl. Kappenberg und die Übertragung eines Waldes an dasselbe seitens des Grafen Godfrid von Arnsberg. Kappenberg* 1217. — *Ex copiario s. XIII; Abschr. Msc. II,* 45. *p.* 206; *gedr. Niesert U.-S. II,* 342.

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Notum facimus universis, quod Otto comes de Dale mansum quendam in Aldenburc situm, pro optinenda fraternitate ecclesie Capenbergensis, ipse inquam et mater eius comitissa Regenwiz et uxor eius Richardis comitissa, cum omni usufructu ex ipsorum hereditate liberam et legitimam resignaverunt possessionem, astante comite Adolpho de Altena, qui eundem mansum in ius et potestatem advocatie, quam administrat, legitime suscepit. Predictum autem mansum ecclesia Capenbergensis ad comitem de Dale redire permisit, commutatione quadam facta, ut pro manso ei dimisso silva quedam iuxta Cohus terminis fratrum inclusa in perpetuam ecclesie possessionem transiret, hoc sane proviso, ut, si aliquis successorum eiusdem comitis vel aliquis quicunque seu iuste seu iniuste silvam iam dictam repetere vel quolibet modo impedire temptaverit, mansus prefatus libere cum omni usufructu redeat ad ipsam ecclesiam, cuius, sicut dictum est, ipse mansus a predicto comite liquide resignatus legitima proprietas esse dinoscitur. Que donatio seu commutatio ut rata et inconvulsa permaneat, paginam hanc sigillo nostro munire curavimus. Testes sunt: Adolphus comes de Altena, Volcwinus Souke, Alexander miles, Israhel frater eius de Sendene, Herimannus de Vorste, Hecel, Mathias, Bernardus de Bramlare, Gerhardus de Hagenbeke, Gerardus Ledersack; hii fuerunt vel de familia comitis de Dale vel ministeriales eius. Aderant etiam fratres de Capenberg et alii viri honesti. Confirmavimus quoque fratribus Capenbergensibus silvam [1]) claustro adiacentem, quam a comite de Arnesberg Godefrido eiusque coniuge Elizabeth acquisierunt emptione pariter et commutatione. Cuius rei testes fuerunt: Herimannus abbas Sceidensis, Arnoldus comes de Altena, Hinricus niger de Arnesbergh, Herimannus de Rodenberg, Everhardus de Ardei, Bertoldus de Buren, Conradus de Hachne, et hii nobiles; porro ministeriales: Rodolphus de Burbenne, Wilhelmus de Olen, Albertus de Meninchusen, Alexander frater eius, Rotherus de Sendene et Herimannus, Everhardus Sluc de Werle, Gerardus Platere, Bertoldus Busse, Theodericus de Brumelinchusen, Hinricus de Wicke et tres fratres eius Swicker, Goswinus, Lodewicus, Wiricus iudex in Werle, Cono de Hemden, Hugo de Mutenhem, Hinricus de Rechede, Hinricus de Dulmene, Wecelo Vridach, Ludolphus de Boine, Lubertus frater eius, Lambertus de Hovele et alii quam plures. Hinricus quoque frater comitis Godefridi veniens Capenberg concambium hoc in presentia conventus approbavit, et super altare offerens confirmavit et hoc litteris mandari precepit. Preterea quasdam insulas in littore sitas, quas per concambium acquisitas proprietario iure possident, fratribus Capenbergensibus pontificali auctoritate confirmamus, excommunicantes omnem hominem, qui has donationes seu commutationes cassare iniqua presumptione temptaverit. Cui concambio interfuerunt comes Adolphus de Altena, Lubbertus de Heringe, Rutgerus cellerarius et alii quam plures. Datum in Capenberg anno gratie M°. CC° XVII° [2]).

---

[1]) „in Hellincsunderen," fügt das Register des Copiars hinzu.

[2]) Kindlinger bemerkt dabei noch Folgendes: „Der Brief des Grafen Otto von Dale existirt noch zum Theil (im Kappenbergischen Archive), ist aber grösstentheils verbrannt. Sein Siegel, in weisses Wachs gedruckt, ist rund, und stellet einen geharnischten Ritter zu Pferde vor, der unter dem rechten Arm eine Fahne, und mit der linken Hand den Schild hält; auf der Fahne sowohl als im Schilde sind seine Wappen zu sehen, welche Klauen oder Bärentatzen vorstellen. Die Umschrift ist: „SIGILLUM OTTONIS † COMITIS DE DALE". Das Siegel hängt an sehr weiss gebleichten linnenen Fäden, die in eine breite Schnur geflochten sind. Was in den übrig gebliebenen Stücken noch zu lesen, ist eins mit der vorstehenden Urkunde, z. B.

mansum quendam . . . . . . . nos et mater nostra . . . . . . . . . . . . . ex nostra hereditate in liberam et legitimam res . . . . . . . . . de Marka qui eundem mansum . . . . . . . . Predictum autem mansum etc."

## 118.

*B. Otto I. bekundet die auf dem allgemeinen Landtage zu Roxel erfolgte Resignation eines Hauses an das Kl. Kappenberg.* 1217. — *Abschr. ex orig. Msc. II, 45. p. 44; hieraus gedr. Kindl. Beitr. III. U. p.* 139.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus notum facimus tam futuris quam presentibus, quod cum essemus Rokeslar in generali ministerialium conventu, processit Suederus de Varnhuvele, et adiuncta sibi manu fratris et coheredis sui Hugonis, resignavit nobis voluntarie domum Hecelinchus, in parochia Wesheim sitam, cum omnibus appendiciis suis pro eo, ut eam ecclesie Capenbergensi daremus. Nos itaque conventum illum paterno affectu diligentes, ipsam domum ecclesie Capenbergensi donavimus pro salute anime nostre proprietatis titulo perpetuo possidendam, tradentes eam per manum Andree prepositi, Rutgeri cellerarii, Bernhardi sacerdotis, fratris Ulrici. Pro hac resignatione fratres Capenbergenses dederunt adolescentibus illis tres domos in Smidinckincdorp iure concambii possidendas, quas de manu nostra receperunt; insuper et sexaginta marcas eis super addiderunt. Predictam ergo domum iustis modis acquisitam ecclesie Capenbergensi pontificali auctoritate confirmamus, statuentes insuper et precipientes, ut manipulos ad ipsam domum pertinentes nullus decimatorum attingat, sed contenti sint redemptione, nec aliquid amplius requirant; quod etiam de omnibus agris in curtim Cappelhof pertinentibus volumus et iubemus observari, videlicet ne redemptionis limites excedendo fratrum Capenbergensium pacem perturbent. Quocirca paginam hanc sigilli nostri iussimus impressione consignari, excommunicantes omnem hominem, qui hanc donationem cassare vel infirmare, et fratribus Deo famulantibus litem vel calumpniam suscitare presumpserit. Huius rei testes sunt: Wilbrandus cognatus noster, Herimannus maior decanus, Volmarus prepositus sancti Pauli, magister Bernardus Bremensis, Lubertus de Benethem, canonici Monasterienses, Rolandus notarius; porro ministeriales: Godefridus burggravius de Rechede, Heinricus Norendinus, Herimannus Werenzo, Rembertus de Stochem, Helmicus et Everhardus de Bedemerswic, Albertus de Widerne, Heinricus de Sunderhus, Everhardus de Wernen villicus, Crispinianus de Wischelo, Everhardus de Burc, Ludolphus et Alexander fratres de Wernen, Ludolphus de Lere, Gerwinus Zapel, item de Sendene Herimannus et Rutherus, et alii quam plurimi. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o^.CC^o^.XVII^o^, epacta XI^a^, indictione V^a^, concurrente VI^a^.

## 119.

*Hermann, Graf in Ravensberg, und seine Söhne Otto, Hermann und Ludwig befehlen ihren Amtleuten* (scoltetis et reliquis officialibus apud Borzhem et Lare aut in Emisgo), *das Kloster Kappenberg in der Fischerei auf der Ems in ihrem Gebiete* (in terminis nostris) *zu schützen.* — Actum a. D. i. MCCXVII, epacta XI, indict. V, concurr. VI. — *Abschrift Kindlinger's ex orig. Msc. II, 45. p. 82; gedr. in seinen Beitr. III. U.* 138.

## 120.

* *B. Otto I. schenkt ein Drittheil der Opfergaben zu Diestedde dem Kl. Liesborn.* 1217. — *Or. Kl. Liesborn U.* 33; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 57; *I,* 101. *f.* 18; *IV,* 10. *p.* 34.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Notum esse volumus tam futuris quam presentibus Christi fidelibus, quod in diebus pontificatus nostri, cum in ecclesia diocesis nostre, que Thistede dicitur, ex devotione fidelium ob venerationem beati Nicolai fructus oblationum cepisset augeri, questione mota inter plebanum et parrochianos de habendo sacrificio, secundum ius canonum trifaria divisio facta est, ut scilicet pars una nobis, altera plebano, tertia vero ad restaurationem

vel emendationem prefate ecclesie consilio parrochianorum proveniret. Nos igitur nostram partem de novo, ut dictum est, ex nostra sollicitudine ad nos devolutam, cenobio Lisbernensi perpetuo concessimus habendam, in memoriam videlicet nostri et antecessoris nostri episcopi Herimanni, ob meritum etiam et obsequium circa nos Wernheri abbatis tunc eiusdem cenobii. Ut autem hec nostra donatio rata et inconvulsa perpetuo maneat, hanc inde paginam conscribi et sigilli nostri cautum duximus impressione roborari. Auctoritate etiam Jehsu Christi in beato Petro omnibus ecclesie pastoribus collata, quemlibet id factum irritare temptantem anathematis vinculo, quoadusque resipiscat, innodamus. Acta sunt hec anno verbi incarnati M$^{o}$.CC$^{o}$.XVII$^{o}$, indictione V$^{a}$, anno domini Honorii Pape I$^{o}$. Testes huius rei sunt: Renboldus maior prepositus, Volmarus sancti Pauli prepositus, Godefridus prepositus sancti Lutgeri et alii maioris ecclesie canonici, Winemarus, Woltherus, Bruno, Lutbertus, Bernardus cantor, magister Bernardus, Lutgerus, Olricus, Heinricus decanus sancti Martini, Alexander et alii de capitulo quam plures.

Das Siegel des Bischofs ist sehr beschädigt.

## 121.

*B. Otto I. nimmt Theil an dem von deutschen Fürsten im J.* 1217 *unternommenen Kreuzzug* [1]*, schlägt mit Andreas, König von Ungarn, und Herzog Leopold von Östreich den Landweg ein und zieht am* 3. *November aus Accon aus. — Bœhmer Reg. Imp.* 1198—1254 *p.* 371.

## 122.

*B. Otto I. stirbt bei Cæsarea, den* 6. *März* 1218. — *Necrol. eccl. cathedr. Monaster. sæc. XIII. exeunt. Msc. I,* 9: II. Non. Mart. Hec sunt nomina defunctorum: Otto peregrinus terre sancte, Monasteriensis episcopus, memorialis, pro quo dabitur marca de decima in Horstorpe hiis qui intersunt vigiliis, unde dabuntur 8 den. campanariis pro candela et ad thus. — *Das Necrolog. Transaquense führt seinen Tod zum* 9. *März an. — Wir merken bei dieser Gelegenheit an, dass* Swederus de Dingede *diesen Kreuzzug mitmachte, und durch eine* in obsidione Damiathe anno incarnationis Christi MCCXVIII, indictione VII *ausgestellte Urkunde (ap. Matth. Analecta V,* 682*) gewisse, in der Utrechter Diöcese gelegene Güter, wegen der* graves expensas, quas faciunt fratres domus Theutonicorum in Jerusalem tum in infirmis, tum in militibus contra insultus Saracenorum sustentandis, *diesen letztern schenkte.*

## 123.

*Heinrich von Volmarstein überlässt dem Kl. Kappenberg den Zehnten von dessen Hofe in Mengede.* 1218.
*— Or. im Gr. Archiv zu Kappenberg; gedr. Kindl. Volmestein II. p.* 115.

Ego Heinricus de Volmunsteine notum facio omnibus hanc inspecturis cartam sigillo meo consignatam, quod ego, acceptis quinque marcis, talem feci conventionem cum fratribus de Capenberg, ut pro tota decima curtis eorum in Mengede, quam ego de manu domini archyepiscopi Coloniensis in beneficio habui, secundum antiquam constitutionem quatuor solidos et tres modios tritici annuatim persolverent. Conven-

---

[1]) Rottendorf's Chronicon Marienfeldense Msc. II, 87. p. 318 hat unter den „Incidentia" eine, wie ich glaube, bisher unbekannte Nachricht, die aber zum J. 1218 gesetzt ist, doch nach dem Datum augenscheinlich zum J. 1217 gehört, da ſeria VI. ante pentecostem im J. 1218 der 1. Juni wäre. Sie lautet: „In provincia Coloniensi et Monasteriensi diœcesi mense Maio VI. ſeria ante pentecostem (Mai 12.), cum ibi predicaretur crux contra gentiles, triplex forma crucis apparuit in aëre, una candida versus aquilonem, alia versus meridiem eiusdem coloris, tertia medio colore colorata habens crucis patibulum et figuram hominis in eo suspensi cum infixione clavorum".

tionem hanc cum assensu Everhardi fratris mei et heredum meorum perpetuis temporibus permansuram fratribus de Capenberg confirmavi, presente advocato eorum comite Adolpho, ita videlicet, ut manipuli iam dictę curtis intacti maneant, et de nutrimentis animalium nulla sit exactio. Quam etiam conventionem dominus Engelbertus Coloniensis archyepiscopus ad petitionem Capenbergensis prepositi Andreę cum bona voluntate approbavit et ratam perpetuo haberi decrevit in multorum presentia. Aderant ibi: dominus Theodericus maior Coloniensis prepositus, mox futurus Monasteriensis episcopus, Cunradus maior decanus, Heinricus prepositus ad sanctum Severinum, Lubertus decanus ad Gradus; Fridericus comes de Isenberg, Otto comes de Tekeneburg, Jonathas nobilis de Ardeia, Heinricus Niger de Arnesberg, Bertoldus de Buren. Testes quoque sunt: Everhardus frater meus de Volmunsteine, Heinricus de altero castro, Gozwinus Knode, Ludolphus de Boine et filii eius Adolphus et Ludolphus, Albero de Aslen, Heinricus Franzois, et alii quam plures.

Anno dominicę incarnationis M°.CC°.XVIII°, indictione tercia, concurrente VIª, epacta vigesima secunda.

Das angehängte grosse birnförmige Siegel unterscheidet sich von dem späteren Volmensteinischen Wappen dadurch, dass die drei sehr erhaben gearbeiteten Figuren desselben nicht Blätter, sondern Eicheln zu sein scheinen, und mit den gegen einander gerichteten Enden nicht verbunden sind, sondern einen leeren Raum zwischen sich lassen; die Umschrift heisst: SIGILLUM HINRICI DE VOLMUTSTENE †.

## 124.

*Engelbert, Erzbischof zu Cöln, bestätigt als Lehnsherr die durch die vorhergehende Urkunde erfolgte Ablösung des Zehnten zu Mengede.* 1218. — *Orig. im Gr. Archive zu Kappenberg; Abschr. Msc. II,* 45. *p.* 36; *gedr. Kindl. Volmestein II. p.* 121.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Engelbertus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, omnibus tam futuris quam presentibus in perpetuum. Quoniam earum rerum que geruntur ab hominibus memoria sepe perit, prudens et fidelis antiquitas sanum adinvenit modum, per quem testium mortalitati consuleretur, quatinus in locum hominum deficientium, fides immortalium per scripturam succederet instrumentorum. Eapropter notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod ecclesia in Capenberg curtim habens in parrochia Mengedhe, summopere et sollertia qua debuit laboravit, quatinus reditus eiusdem curtis et iusticiam in quieta optineret possessione. Igitur quia Heinricus de Volmentsteine decimam predicte curtis de manu nostra legitimo tenet feodo, placuit venerabili viro Andree iamdicte ecclesie preposito, quatinus, propter pacem et fructuosum ecclesie sue commodum, summam denariorum, quam diu pro redemptione decime solverant, potius quam decimationem manipulorum in agro solverent. Hoc itaque tali pacto et conventione, que subscripta est, celebratum est, quod videlicet eidem H. de Volmentsteine quatuor solidi denariorum singulis annis de curti eadem sicut prius solvantur, et curtis eadem libera permaneat ab omni decimatione tam minore quam maiore, et suo libere gaudeat iure. Hoc itaque ut firmum et stabile permaneat, ecclesia in Capenberg quinque marcas denariorum eidem H. dedit, et ipse pactum tale pleno et benivolo heredum suorum consensu ecclesie cautione qua debuit confirmavit. Ut autem pactum tale inter ecclesiam de Capenberg et H. de Volmensteine, sicut supradictum est, sua sollempnitate celebratum, ratum sit et inconvulsum, precipimus auctoritate Dei omnipotentis et beati Petri apostolorum principis et nostra, quo ecclesia suis in predicta curti bonis libera et quieta in suo iure fruatur possessione in perpetuum. Testes hii sunt: Theodericus maior prepositus in Colonia, Cunradus maior decanus, Heinricus prepositus ad sanctum Severinum, Lutbertus decanus ad Gradus; Adůlfus comes de Altena, Fredhericus comes in Isenberg, Otto comes in Tekeneburg, Herimannus comes de Ravenesberg; nobiles: Jonathas de Ardheia, Heinricus Niger in Arnesberg, Bertoldus de Buren, Everhardus frater Heinrici de Volmentsteine, Heinricus de altero castro; ministeriales: Gozwinus Knode, Ludolfus de Boine et filii

eius Adulfus et Ludolfus, Lutbertus de Boine, Albero de Aslen, Heinricus Franczois et alii quamplures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XVIII°, indictione tercia.

Das grosse elliptische, mit weissen und blauen Fäden angehängte Siegel zeigt den Erzbischof auf einem niedrigen, in Thierköpfe und -füsse auslaufenden Stuhle sitzend, in der rechten Hand den Bischofsstab, in der linken ein Buch haltend, mit der Umschrift: ENGILBERTUS DI. GRA. SANCTE COLONIENSIS ECCLESIE MINISTER †.

## 125.

*Erzbischof Engelberts weitere Bestätigung der vorgedachten Ablösung. Mit denselben Zeugen.* Datum anno dominice incarnationis M°.CC°.XVIII°, indictione tercia, concurrente VI^a^, epacta XXII^a^. — *Orig. im Gräfl. Archiv zu Kappenberg; Abschr. Msc. II, 45. p. 37; gedr. Kindlinger Volmestein II, p.* 118.

Das Siegel wie an der vorhergehenden Urkunde, doch weniger gut erhalten.

## 126.

*Andreas, Propst zu Kappenberg, bekundet den Verkauf und die Übergabe einer Hove zu Motteheim an das Stift Kappenberg.* 1218—1233 [1]. — *Orig. im Gr. Archiv zu Kappenberg; Abschr. Msc. II, 45. p.* 83; *hieraus gedruckt Kindlinger Beitr. III. p.* 165.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Andreas per misericordiam Dei prepositus Capenbergensis. Notum facimus tam futuris quam presentibus, quod cum essemus apud Horne in conventu liberorum, venerunt duo germani fratres, Ezcekin et Heinricus, acceptis primo ab ecclesiastico Hugone quatuordecim marcis, et postmodum apud Werne in caminata novem solidis et decem et octo denariis, et adiuncta sibi manu filiorum et filiarum suarum, trium etiam sororum et coheredum suarum, Wendelburgis, Wendelgardis, Gerthrudis, et filiorum earundem, Heinrici, item Heinrici, Herimanni, et filie Giseltrudis, mansum et aream in Motteheim cum agris et appendiciis suis que allodii iure possederunt ecclesie Kapenbergensi perpetuo possidendum dederunt, presente et annuente atque confirmante domino Gerwino liberorum comite, consentiente quoque matre eius Gerthrude et uxore ipsius Sophya. Aderat ibi Ludolphus dapifer, et donationem hanc in ius advocatie comitis Adolphi recepit. Sciendum etiam quod eidem Gerwino comiti, ut ratam haberet hanc donationem, ab ecclesiastico Hugone de Werne due marce sunt date. Ut ergo ista, que in multorum presentia facta sunt, rata semper et inconvulsa permaneant, duobus sigillis, nostro et advocati comitis Adolphi consignare placuit, omnemque hominem qui hec iniqua presumptione cassare temptaverit, excommunicationis vinculo obligavimus, subnotatis testibus, quorum hec sunt nomina: Lubertus vrone, Bruno de Wesle, Gerhardus de Brucdorp, Eilardus de Eckincdorp, Ezcekin de Acwic, Dithardus de Vorsthuvele, Heinricus ibidem, Hameco de Sutdorp, Wernerus de Hagene, Herimannus ibidem, et hec nomina liberorum. Aderant quoque: Hugo ecclesiasticus, Phylippus cellerarius, Rutherus pater prepositi, Everhardus villicus, Herimannus de Stocheim, Arnoldus frater eius, Alexander miles, Ludolphus de Werdena, Rodolphus Rogge, Rutgerus Kokerstoch, Heinricus Pugil, Hugo de Bruke, Suetherus de Varnhuvele, Gerhardus faber, Heinricus sutor, Rutgerus de Holte, Adolphus caupo, et alii quamplures.

Beide Siegel sind mit weissen Fäden angehängt. Das Siegel des Propstes ist kreisförmig, ohngefähr von zwei Zoll im Durchmesser, und zeigt das vorwärts sehende Brustbild eines Geistlichen mit unbedecktem Haupte, die rechte Hand flach ausgestreckt, in der linken ein geschlossenes Buch haltend, mit der Umschrift: SIGILLUM PREPOI. CAPNBGNSIS †. Das Siegel des Grafen ist ein kreisförmiges, grosses, übrigens ganz einfaches, aber gut gearbeitetes Reitersiegel, mit der Umschrift: † SIGILLUM COMITIS ADOLFI DE MARCHA. — Die Schrift der Urkunde hat eine sehr antike, an das zwölfte Jahrhundert erinnernde Haltung, für das ae das geschwänzte e.

[1] Nach den Regierungsjahren des Propstes Andreas datirt.

## 127.

** Papst Honorius III. bestätigt die an dem St. Martini-Stifte von Bischof Hermann gestifteten Canonikate. 1218 Mai 12. Rom. — Aus Ferdinand von Fürstenberg, Bischofs von Münster und Paderborn, Abschrift [1]) von Innocenz III. Registrum super negotio imperii und den Regesta Honorii III. fol. 254, jetzt im Besitz Ihrer Erlaucht der Frau Gräfin von Esterhazy-Plettenberg zu Nordkirchen.*

O. epo. Monasteriensi [2]). Cum a nobis petitur *etc. usque* effectum. Significasti siquidem nobis, (quod) bone memorie H. Monasteriensis episcopus, predecessor tuus, olim in ecclesia S. Martini in Monasterio ad ipsius ordinationem spectante de communi consensu capituli sui quinque prebendas in eadem ecclesia statuit canonicis secularibus assignandas, preficiens eisdem prepositum qui de omnibus rebus ecclesie utiliter disponendi liberam habeat facultatem. Quare nobis ex parte tua extitit humiliter supplicatum, ut sicut hec per prefatum predecessorem tuum sunt provide instituta et per te postmodum approbata, prout in ipsius et tuis literis plenius continetur, apostolico dignaremur munimine roborare. Nos igitur tuis precibus inclinati, predicta omnia sicut canonice ac provide acta sunt, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo *etc.* nostre confirmationis infringere vel ei *etc. usque* contraire. Si quis autem *etc.* Datum Rome apud S. Petrum IV. Idus Maii, (pont. nostri) anno secundo.

## 128.

** P. Honorius III. bestätigt dem Kl. Liesborn das ihm von B. Otto I. geschenkte Opfergeld zu Diestedde. 1218 Mai 14. Rom. — Orig. Kl. Liesborn U. 34; Abschr. Msc. I, 99. f. 2; 101. f. 7'.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis abbati et conventui Lesbernensis monasterii salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, redditus, quos venerabilis frater noster O. Monasteriensis episcopus in ecclesia de Thisteden vobis de assensu capituli sui liberali contulit pietate, sicut eos iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum II. Idus Maii, pontificatus nostri anno secundo.

An rothen und gelben seidenen Schnüren hängt die Bleibulle des Papstes.

## 129.

** P. Honorius III. bestätigt dem Martini-Stift in Münster die im Jahre 1217 erworbenen Zehnten. 1218 Mai 14 Rom. — Abschr. Msc. I, 71. p. 12; IV, 4. p. 154.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis, decano et capitulo sancti Martini Monasteriensis salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Ea propter,

---

[1]) welche er als geheimer Kammerherr P. Alexander's VII., wohl bald nach dem J. 1655 zu Rom anfertigen liess, und woraus er an Baluze das Registrum super neg. imp. zur Herausgabe in den epist. Innocentii III. mittheilte. Siehe Baluze's Vorrede.

[2]) Es ist auffallend, dass der Papst am 12. Mai den am 6. oder 9. März d. J. erfolgten Tod Bischof Otto's noch nicht erfahren haben sollte. Aber auch in der folgenden Urkunde erwähnt er seiner noch als eines Lebenden.

dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu, decimas de Bocholte et de Brunestorpe [1]), vobis a venerabili fratre nostro Ottone Monasteriensi episcopo de assensu capituli sui pia liberalitate collatas, sicut eas iuste et pacifice possidetis, vobis et per vos ecclesie vestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum II. Idus Maii, pontificatus nostri anno secundo.

## 130.

* *Papst Honorius giebt dem Propst zu Münster und den Decanen am Dom und zu St Ludger Auftrag, gewisse Unordnungen zu beseitigen, welche in der Diöcese Utrecht eingerissen sind.* 1218 *Juli* 5. *Im Lateran. — Aus Bischof Ferdinand's II. von Fürstenberg Abschr. der Regesta Honorii III. f.* 279.

. . maioris ecclesie et S. Ludgeri decanis et . . preposito Monasteriensi. Venerabilis frater noster episcopus Traiectensis exposuit coram nobis, quod cum canonici et alii clerici Traiectensibus ecclesiis pro animarum suarum salute legant aliqua bona sua, ipsorum cognati et alii Traiectensis diocesis huiusmodi legata impedire presumunt in animarum suarum periculum et ecclesiarum preiudicium et gravamen. Cum igitur servari debeant decedentium legitime voluntates, nos districtius inhibentes, nequis ecclesias ipsas super iis temere molestare presumat . . . . mandamus, quatenus siqui eas contra prohibitionem nostram indebite molestare presumpserint, vos presumptionem eorum . . . . . . . . . . . . . . sicut iustum fuerit, compescatis. Quod si non omnes *etc.*, duo vestrum *etc.* Datum Laterani III. Non. Julii (pont. n.) anno secundo.

## 131.

* *Wernher, Abt zu Liesborn, verleiht den Brüdern daselbst die durch den Tod des Ritters Bertold heimgefallenen Lehngüter.* 1218. — *Orig. Kl. Liesborn U.* 35; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 83; 101. *f.* 18; *IV,* 7 *p.* 105.

✝ In nomine sancte et individue Trinitatis. Wernherus Dei gratia Lisbernensis cenobii abbas in perpetuum. Quia secundum Salemonem generatio preterit et generatio advenit et preteritorum memoria apud posteros non erit, nos ad id cavendum quantum in nobis est, factum nostrum quod dignum memoria reputavimus, posterorum scientie litteris insinuare decrevimus. Noverint itaque tam presentes quam futuri, quod quedam bona in Aden et Uphusen et Vhetleren sita, cum ea vacare contingeret moriente Bertoldo milite sine herede feodali, qui ipsa bona iure feodi a nobis tenebat, cum ea infeodare iterato nostre esset potestatis, nos intuitu superne retributionis et ut habundantius haberemur in memoria et oratione fratrum nostrorum presentium et futurorum, ipsorum stipendio prefata assignavimus in eum usum, ut cellerarius ipsorum omni tempore regularis cene pulmentum triticeum cum butyro ipsis exinde amministret, ligna vero silve in Aden cum glandibus hospitali nostro in usus pauperum cedent. Ut igitur hec nostra ordinatio rata perpetuo maneat, hanc paginam inde conscribi et sigillo nostro cum domni Hermanni de Lippia advocati nostri sigillo inpresso cautum duximus roborari. Testes huius facti: Albertus prior, Christianus, Franco, Willelmus, Godescalcus, Bernardus, Burchardus, Godefridus, Hinricus, Hermannus et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. XVIII°, regnante Fretherico Romanorum rege glorioso, anno regni eius V^to^.

Die an Pergamentstreifen anhängenden Siegel des Abts und Hermanns von Lippe — die Lippesche Rose auf einem Herzschilde, von dessen Umschrift noch die Buchstaben: HERMANN . . . D . . . PPI. zu erkennen — sind nicht zum Besten erhalten.

[1]) In der betreffenden Urk. v. 1217, oben Nro. 112 steht „Bunestorpe".

## 132.

** B. Adolf von Osnabrück bezeugt, dass er Wigand von Givetenhorst aus dem Ministerialverhältnisse entlassen, und derselbe Herzebrokescher Ministerial geworden. 1218 Juni 28. — Or. Kl. Marienfeld U. 34; Abschr. Msc. II, 11. p. 105; 77. p. 180.*

Adolphus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus, universis Christi fidelibus ad quos hoc scriptum pervenerit salutem et in Domino caritatem. Innotescere cupimus universitati fidelium tam futurorum quam presencium, quod nos cum multa precum nostrarum difficultate necnon et domini Rotgeri de Givetenhorst et amicorum eius instantia, a venerabili domina Floria abbatissa in Hersebroke optinuimus, quod filium domini R. iam dicti, Wigandum nomine, adhuc parvulum, ab ecclesia nostra, cui iure ministerialium prius tenebatur, ex consensu tam nostro et totius ecclesie nostre libertatum in ministerialem ecclesie sue recepit. Postmodum vero rogatu nostro et aliorum qui aderant obtentum est, quod iam sepe dictus R., bonis que ab ecclesia in Hersebroke iure feodali tenebat resignatis, statim in eodem loco de manu domine abbatisse F. iam dicte ipse et filius suus W simul una manu in feodo receperunt, et Athelheithis uxor domini R. mater prefati pueri W. recepit eodem tempore coram nobis in eisdem prediis usufructum, dictante sentencia quod bona nominari deberent. Que nominata sic scilicet sunt: Givetenhorst, Bul, Bekesterren, decima Remesethe, sex modii siliginis sub manso Worthen, unus mansus Cliven, tria molcia avene Tuttinchove. Nos igitur accepta sententia, quod quicquid ministeriales filiarum ecclesie nostre, scilicet prepositure beati Johannis, beati Clementis in Iburig et cenobii Hersebroke, super rebus suis feodalibus coram nobis ordinaverint, illibatum debeat a quolibet permanere, confirmatum eciam est coram nobis per sententiam et firmissime cautum, quod nec pater R. sine consensu filii sui W., nec filius sine consensu patris sui posset aliquod dispendium vel distractionem facere, nec ipsa abbatissa ius feodale cuiquam concedere sine consensu utriusque in prediis nominatis. Ne igitur rerum gestarum veritas transeat eamque prorsus ignoret posteritas, et ut omnis ambiguitas recidatur, presens scriptum sigillo nostro et sigillo F. dicte abbatisse decrevimus corroborare. Hec sunt nomina huius rei testimonium perhibentium: Gerhardus decanus maior, Lentfridus custos, Olricus scolasticus, Sigebodo, Florentius canonici maioris ecclesie, Sigenandus decanus sancti Johannis, Israhel canonicus sancti Johannis; et hii laici: Hugo Ursus, Wecelus gogravius, Wernherus de Holtceten, Wulfhelmus, Alfgrimmus, Ecbertus sacerdos in Hersebroke, Henricus Zuenkelin, Rodolfus Clavier, Teodericus agrestis, Wickerus servus abbatisse. Acta sunt hec anno gratie M° CC°.XVIII°, IIII°. kalendas Julii.

Nur das Siegel der Aebtissin ist erhalten.

## 133.

*Nach den Zusätzen der jüngern Marienfelder Umarbeitung der Münsterschen Bischofschronik, ed. Ficker p. 30, wird Dietrich von Isenberg, Dompropst zu Köln, am 22. Juli zum Bischofe erwählt. Dass diese Wahl in das J. 1218 fällt, ergiebt seine Urkunde für Kl. Asbeck vom 5. April 1221, welche noch seinem dritten Pontificatsjahre angehört, während eine andere zu demselben Jahr schon den* annus pontificatus quartus *führt.*

## 134.

** Dietrich, Erwählter von Münster, überträgt dem Kloster Langenhorst einen Zehnten. (1218) Metelen. — Abschr. Msc. III, 40. f. 6.*

Th. Dei gratia Monasteriensis electus dilectis in Christo fidelibus, ad quos hoc scriptum pervenerit in vero salutari salutem. Quoniam nostra interest, ecclesias nobis commissas sollicite promovere et maxime

religiosorum monasteria, ut sicut in religione sic et in rerum crescant multiplicatione, inde notum vobis esse cupimus, quod cum Rotcherus de Ochtepe, miles, quandam decimam super quadam domuncula, que Hollet nuncupatur, in manus nostras resignasset, nos moniti pietatis intuitu monasterio in Langenhorst contulimus perpetuo possidendam. Ut igitur hoc factum nostrum perpetuum maneat et inconvulsum, in scripti nostri commendatione et sigilli nostri impressione stabilire decrevimus. Facta sunt hec Metelen, presentibus nostris honestis clericis et laicis [1]), quorum nomina sunt hec: dominus Johannes canonicus Monasteriensis capellanus noster, Andreas pastor in Ebenburen et capellanus abbatisse, Rolandus canonicus sancti Pauli, Henricus Norandinus, Hadewercus de Buclo et alii quam plures.

## 135.

* *B. Dietrich III. setzt den Johann von Rodenberg wieder als Amtmann des alten Doms zu Bocholte ein. O. J.* (1218—1226.) — *Abschr. Msc. I,* 61. *f.* 19'; *III,* 35.

Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus II. [2]) notum facimus tam presentibus quam futuris, quod cum Johannes de Rodenberge transactioni, cui fide et iuramento se adstrinxerat, facte et conscripte temporibus domini O. bone memorie antecessoris nostri, non stetisset, et per hoc a peticione bonorum et officii in Bocholte [3]) in perpetuum cecidisset, ut tum sancti Pauli prepositus ad convincendam omnium amicorum suorum super hoc petencium instantiam, et ut ex hoc nostrum plenius favorem consequeretur et auxilium, predictum Johannem officio suo restituit, ipso cum uxore sua in hanc formam consentiente, ut transactioni ante habite ita superadderentur. Quodsi die statuto prebendam fratribus sancti Pauli non persolvat, ad emendam preposito teneatur, que vulgo vadium nuncupatur. Quam emendam cum prebenda fratrum si infra octo dies solvere neglexerit, ab officio, quod sententiali diffinitione perdidit et fide data et iuramento prestito devovit, si predicta negligeret, penitus esset alienus. Insuper si mansionariorum vel eorum, qui losiungeren [4]) vocantur, concambiis vel matrimoniis contrahendis, vel alicui obvencioni, sine prepositi vel suorum nuntiorum presentia, se immiscuerit, vel peticionem fecerit, vel officium aut in toto aut in parte alicui obligaverit, predicte pene subiaceat et ab officio sit extorris. Quod si aliquo modorum predictorum ipsum officium deperdere contigerit, Engelbertus de Stockem et Rotgerus de Ochtepe, milites, a Johanne dati fideiussores, ad mandatum prepositi Monasterium veniant, inde non exituri, donec pensionem illius anni persolvant, quod in manus prepositi, fide data, et in manus duorum militum, Bernardi et Willibrandi de Hiltorpe, more militari promiserunt. Quidquid autem in bonis illo anno sive in obventionibus relictum fuerit, predictis cedet fideiussoribus. Si autem dictus Johannes bonis iuxta formam predictam deperditis se ingesserit, eadem a qua nunc absolutus est excommunicatione incontinenti denuntiandus. Testes hii sunt: Godefridus sancti Ludgeri prepositus, Lugerus maioris ecclesie canonicus, Albertus, Everhardus, Johannes, Rolandus sancti Pauli canonici; dictus de Altena, Hermannus de Monasterio, Lubertus de Beveren, Bernardus et Willibrandus de Hiltorpe et alii quam plures.

---

1) So ist wohl statt „honestis", wie die Abschrift hat, zu lesen.

2) Die Erwähnung Bischof Otto's I., 1203—1218, setzt es ausser Zweifel, dass II ein Schreibfehler für III ist.

3) Wahrscheinlich eins mit der „curtis to Böcklo", von der ein Güterverzeichniss des alten Doms aus d. J. 1526, Msc. I, 61. f. 79' sagt: „cum duodecim mansis ab ecclesia et prepositura reperitur alienata absque bonorum immobilium aliorum quorumcunque restauro", und darauf die früher hieraus geflossenen Einkünfte in Uebereinstimmung mit dem ältesten liber reddituum des neuen Doms, Msc. I, 8. Nro. XXIII; gedr. Niesert U.-S. VII, 570, und mit dem liber Rotgeri Msc. I, 7. p. 61 anführt. Es ist zu bemerken, dass diese letztere Quelle die Form „Bocholte" gebraucht.

4) Sonst auch lateinisch „solivagi" genannt.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 136.

*Bei der im J. 1362 erfolgten Registrirung und Neuordnung des domcapitularischen Archivs zu Münster lagen den damit beauftragten Priestern Heinrich von Kemnaden und Nicolaus Bastun auch* processus longi contra occupatores fossatorum urbis Monasteriensis et attestationes *aus der Regierungszeit B. Dietrichs III. 1218—1226 vor; welche aber zu weitläuftig waren, um abgeschrieben werden zu können, weshalb jene sich mit der Bemerkung begnügten: es ginge aus diesen Verhandlungen hervor,* quod illa distancia *(welche die Häuser der Bürger von der den Domplatz umgebenden Mauer trennte)* debet esse XVI pedum et quod nichilominus ita fuisset ordinatum inter cives et canonicos per Thidericum episcopum. *Diese Urkunden sind jetzt verloren.*

## 137.

** C(unegundis)[1]) Äbtissin zu Freckenhorst bekundet die, durch Vermittelung des Domdechants H. zu Münster geschehene Beilegung eines Streites zwischen der Äbtissin G(ertrudis) von Metelen und dem Dechant F. von Freckenhorst wegen der Zehnten aus der* curtis in Enen *(Eine) und den dazu gehörenden Mansen. 1219 Octob. 30. — Zeugen F. Dechant, H. Pfarrer, Hartwin Priester, Bruno und Arnold Canoniker zu Freckenhorst und Lutbert Priester zu Enen. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive (Kl. Metelen). Vergl. Nr. 138.*

## 138.

** B. Dietrich III. bestätigt auch seinerseits den obigen Vergleich. 1219. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus Christi fidelibus salutem in Domino. Rerum mundanarum motus mutabilis et mentium humanarum status instabilis providentie necessitatem indicunt, et in quolibet pacto vel contractu cautele habundantiam monent adhiberi. Sciat igitur tam presens etas quam successura posteritas, quod cum controversia verteretur inter Gertrudem venerabilem abbatissam de Metelen et Fridericum decanum de Vrekenhorst super decimis curtis de Enen et mansis eius, de quibus decanus predictus decimationem manipulorum petebat, et abbatissa prefata quandam summam annone que nomine decimarum de eisdem bonis ex antiquo solvebatur offerebat, per studium et laborem decani Monasteriensis Hermanni, de coniventia nostri ac consilio ecclesie nostre, approbatione quoque ecclesie de Vrekenhorst, cui quondam felicis memorie predecessor noster Otto Monasteriensis episcopus easdem decimas assignarat, sub tali forma in perpetuum sopita est supra memorata controversia, videlicet, ut propter favorem, qui debetur intuitu religionis utrique cenobiorum predictorum, decanus Fridericus predictus et ecclesia de Vrekenhorst contenti sint summa annone, quam abbatissa de Metelen nomine decimarum solvendam asserebat, hanc scilicet per mensuram decimalem: de ipsa curte in Enen duo malcia siliginis, de domo Wernardi totidem maltia siliginis, de alio manso eiusdem curtis unum maltium siliginis et decimas minutas. Ut igitur in posterum amputetur omnis occasio controversiarum inter eadem cenobia, tale ius solvendarum decimarum de predicta curte de Enen et mansis eius auctoritate nostra confirmamus ecclesie Metelensi, dantes super hoc presentem paginam sigilli nostri appensione communitam, sigillo quoque ecclesie de Vrekenhorst approbationem protestantis. Datum anno verbi incarnati millesimo ducentesimo XIX, indictione sexta. Testes huius rei sunt: canonici maioris ecclesie

[1]) Nach Kindlinger Msc. II, 44. p. 226 eine Edle von Lippe.

Monasteriensis Renboldus maior prepositus, Hermannus decanus, Wolmarus sancti Pauli prepositus, Ludolfus prepositus Frisie, Wolterus de Hustheden, Franco, Gerlagus, Ludolfus de Beverèn, Hermannus de Hustheden; laici vero: Bernardus Werenzo, Godefridus de Schonebecke, Albertus dapifer, Bernardus de Asbecke, Theodericus de Rammesberge et alii quam plures. Presentes eciam fuerunt canonici de Vrekenhorst, videlicet Fridericus decanus, Heinricus plebanus, Hartwinus sacerdos, Bruno sacerdos, Arnoldus, Lubertus sacerdos de Enen et alii quam plures. Acta sunt hec presidente domino Honorio sacrosancte Romane sedis summo pontifici, pontificatus sui anno tercio, regnante Friderico Romanorum rege imperatoris Henrici filio.

Das Siegel ist nicht erhalten.

## 139.

* *B. Dietrich III. bestätigt die Erwerbung gewisser Zehnten durch das Martini-Stift zu Münster.* 1219. — *Abschr. Msc. 1, 71. p. 45; hieraus Copie ib. IV, 4. p. 166.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Quum mundo inherentes cum ipso sine aliqua momenti interpositione cum omnibus nostris labimur, actiones nostre sorte sui defectus memoriam et noticiam hominum effugiunt. Proinde universitati fidelium tam presentis quam future etatis notum esse volumus, quod Godefridus miles de Sconenbeke decimam in parochia Greven sitam, quam a comite Ottone de Tekeneborch in feodo tenebat, et ipse comes eandem a nobis, canonicis sancti Martini in Monasterio auctoritate nostra quinquaginta marcis vendidit. Decima autem hec est: Wenekinctorpe in duabus domibus manipulos et decimam minutam; Winkele in duabus domibus, que cum minuta decima dant manipulos; Gronovere in curia, que dat duodecim denarios et duodecim modios siliginis de quibusdam agris adiacentibus, qui dicuntur hurlant, que domus eidem curie adiacentes minutam decimam et manipulos solvunt. Una domus in Nethe cum manipulis minutam dat decimam. Predictam siquidem decimam Otto comes prefatus a Godefrido de Schonenbeke et uxore sua similiter et pueris suis resignatam sibi, nobis libere resignavit, et nos ecclesie sancti Martini contulimus eandem. Super quo facto ne litis occasio generetur suo successori, predictus miles Godefridus decimam sancti Pauli quam a nobis in feodo tenebat nobis resignavit, et comiti pro sua commutatione facta eandem porreximus. Hec vero decima est in Greven et in parrochia Sorbeke, continens in redditibus XVIII solidos et IIII denarios et VII moltia siliginis tribus parvis modiis minus; in Herbeden curia de Cappenberch manipulos. Ne igitur malignatoris calumpnia tale factum in posterum possit irrumpere, presentem paginam nostri comitisque Ottonis de Tekeneburch sigilli munimine firmiter roborari cautum duximus. Acta sunt hec publice viris honestis presentibus: maiore preposito Remboldo, Hermanno maiore decano, preposito Volmaro, preposito Godefrido, Heinrico sancti Martini decano, Alberto, Johanne maioris ecclesie canonicis et omnibus sancti Martini canonicis: Luberto, Johanne, Ludolpho, Alberto, Andrea, Mathia; laicis: comite de Tekeneburch, Adolpho de Holte, burcgravio de Stromberch, burcgravio de Rechede, Luberto de Beveren, Frederico et Godefrido de Sconenbeke, Crachtone de Hornen, Amelungo de Berle, Wynemaro de Ahus, Godefrido de curia episcopi, Bertoldo Teghederinc, Conrado de Brugterbeke, Bernardo de Bramhov, Theoderico de Hornen. Datum Monasterii anno incarnationis Domni M°.CC°.XVIIII°, indictione VII, presidente Romane sedi Honorio III, regnante rege Frederico, pontificatus nostri anno secundo.

## 140.

*Theoderich Bischof von Münster überträgt dem Kloster Kappenberg eine ihm von seinem Burgmann Godfried in Rechede, dessen Frau Wicburgis und dessen Söhnen Johann, Heinrich, Godfried und Hermann resignirte Rente aus der Mühle in Lünen und sechs Denare in Ubbekencdorpe.* — Actum anno gratie MCCXVIIII

pont. nostri anno secundo. Testes: Remboldus maioris ecclesie prepositus, Herimannus eiusdem eccles. decanus, Volmarus prepositus sancti Pauli, Godefridus sancti Ludgeri prepositus, Godefridus frater noster, maioris ecclesie canonicus, Lubertus canonicus s. Martini; ministeriales: Bernardus, Fridericus de Rechede, Bernardus Werenzo, Albertus dapifer, Alexander de Werne, Everhardus de Werne, Christianus de Wiskelo et Gerhardus filius eius, Heinricus de Poppenhusne, Israhel de Sendene et alii quam plures. — *Abschrift aus dem Orig. zu Kappenberg Msc. II, 45. p. 46; gedr. Kindl. Volmestein II, 124.*

## 141.

** B. Bernhard III. von Paderborn bekundet die Übertragung gewisser Besitzungen in Kachtenhusen an das Kl. Marienfeld. 1219. — Orig. Kl. Marienfeld U. 35; Abschr. Msc. I, 106. f. 136.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus Dei gratia episcopus, Gerhardus prepositus, Johannes decanus et capitulum ecclesie Patherburnensis universis Christi fidelibus, quibus presens scriptum fuerit oblatum, perpetuam in Domino salutem. Scire cupimus omnem hominem Deum et Dei iusticiam diligentem, quod Volradus ecclesie nostre custos quedam bona in Kachtenhusen sita et custodie Patherburnensi pertinentia, ecclesie in campo sancte Marie dimisit cum omni integritate, agris, silvis et pascuis, ad annuam trium solidorum gravis monete et Patherburnensis pensionem, custodi ecclesie Patherburnensis annuatim exinde solvendorum in ecclesia Orlinchusen in sinodo autumnali. Et dictus V. statuit, quod fratres cenobii prefati ad nullum aliud obsequium aliquo iure essent conpellendi, nisi forte de mera liberalitate et pie devotionis affectu duxerint ultro faciendum. Communicato igitur consilio conventus et nostro, prememoratus V. super facto suo petivit a nobis et capitulo confirmationem, quatinus semper maneat ratum quod veritatis habet amminiculum. Nos ergo ne aliqua in posterum a quovis hominum suboriri possit calumpnia, que attemptet hoc factum infirmare, fecimus hoc conscribi et sigilli nostri munimine confirmare. Quicunque igitur hanc confirmationem mutare presumpserit in posterum, cum Dathan et Abiron in viscera terre vivus introeat et in die tremendi iudicii coram omni carne condignas penas exsolvat. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XIX°, indictione VII^a^. Testes huius rei sunt: Adolfus episcopus, Wicboldus, Olricus, Johannes, Gerhardus maioris ecclesie canonici, Sygenandus decanus sancti Johannis Osnabrugensis, Heinricus prepositus sancti Andree, Lambraht, Wulfram cellerarius, Volcwin de Sualen(berg), Kraht, Themari, Heinric, Herman Bole, Johannes scolasticus, Volbrach, Hugo, Heinric, Ludolf, Vollant, Widekint, Bruno, Conradus sacerdos et plures alii.

An Schnüren von Flachs waren drei Siegel befestigt, wovon die der Bischöfe von Paderborn und Osnabrück noch erhalten sind.

## 142.

*Das Kl. Marienfeld tauscht Güter in Rehe ein. 1219. — Orig Kl. Marienfeld 36; Abschr. Msc. I, 106. f. 13; gedr. v. Ledebur Arch. VII, 137.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Winricus abbas et conventus in campo sancte Marie omnibus hoc percipientibus in perpetuum. Noverint tam futuri quam presentes, quod nos a Meinhardo de Modelere prediolum suum, quod dicitur hurlant, quia conterminum est domui nostre in Rehe et in terminis agriculture nostre, in concambium accepimus, restituentes ei duo pro uno, scilicet Lindingsele et Culincdorpe. Que commutatio facta est coram iuditio in Widenbrugge, ubi iam dictus Meinhardus cum filio suo comparuit, testesque huius rei procuravit. Qui sunt Fredericus de Burbenne, Willehelmus de Nehem, Amilius et Eggehardus frater eius, Rotcherus de Gevetenhorst, Heinricus gogravius, Heinricus de Selehorst, Hermannus Holcete. Insuper stabilitum est hoc Ulethen, ubi idem Meinardus cum uxore ac filiabus suis

se exhibuit, qui insimul omnes secundum consuetudinem iuris civilis id ipsum hurlant nostre ecclesie resignarunt. Testes vero qui tunc affuerunt hii sunt: Joseph sacerdos de Ulethen, Simon miles, Eilhardus Skillinc, Heinricus de Selehorst et alii plures. Actum anno gracie M°.CC°.XVIIII°.

Die anhängenden Siegel des Klosters Marienfeld und der Stadt Wiedenbrück sind ziemlich gut erhalten.

## 143.

*Das Kloster Marienfeld kauft ein Haus in Northorne.* 1219. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 37; *Abschr. Msc. I* 106. *f.* 159; *gedr. Kindlinger Beitr. III. U. p.* 142.

Liborius abbas et conventus in campo sancte Marie. Noverint presentes ac posteri, quod Cunradus filius Cunradi cognomento Grube et uxor eius cum collaudatione Ricberti, Herimanni et Rodolphi fratrum suorum et aliorum coheredum ipsius vendiderunt nobis domum in Northorne pro XVII marcis denariorum; cuius domus proprietatem dominus Jonathas de Ardheie, de cuius manu eam tenuerunt predicti fratres, ecclesie nostre in campo sancte Marie resignatam contulit cum consensu trium filiorum suorum. Quod factum celebratum est in wiske iuxta Widenbrug, et sub regio banno stabilitum coram Theoderico qui dicitur Kage tunc comite, presentibus quoque nobilibus comite Conrado de Norincgen et filio ipsius Jonathe. Ut autem hec emptio inter ecclesiam campi sancte Marie et Cunradum facta et donatio domini Jonathe rata sit semper et inviolabilis perseveret, dominus episcopus Osnaburgensis, in cuius episcopatu hec actitata sunt et ubi domus eadem sita est, dominus Herimannus de Lippia et ipse dominus Jonathas singuli sui cyrographi apposuere munimen Acta sunt hec anno M°.CC°.XVIIII° incarnationis Domini. Astiterunt huius rei testes Wicgerus de Locseten, Godescalcus de Wolde, Heinricus preco de Quenehorne, Aldach de Holthusen, Godescalcus de Hethe, Herimannus de Hethe, Cůnradus de Hethe et alii plures. Interfuerunt etiam huic negotio Everhardus, Arnoldus monachi nostri. Testes etiam huius rei sunt: Theodericus prepositus, Marquardus prior, Arnoldus supprior, Lutgerus custos Scheidhensis ecclesie.

Angehängt waren drei Siegel, von denen das Siegel Hermanns von Lippe, gleich dem bei der Urk. von 1218, oben Nro. 131, und das Bischof Adolfs von Osnabrück noch erhalten sind; über der Stelle, wo die Siegel hingen, hat dieselbe Hand, welche die Urkunde schrieb, die Aussteller auf der Rückseite bemerkt, doch das jetzt fehlende Siegel des Jonathas von Ardei verzeichnet als „Jonathe de Skildece." Vgl. Seibertz Dynasten p. 314.

## 144.

* *Burchard, Ministerial der Herforder Kirche, belehnt mit seinem Allod vier Marienfelder Leute.* 1219—1226 [1]. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 39.

In nomine Domini amen. Winricus abbas et conventus campi beate Marie. Noverint Christi fideles, quod Burchardus Hervordensis ecclesie ministerialis, tribus acceptis marcis, inbeneficiavit de allodio suo, quod est Gerewordincdorpe, quatuor homines ecclesie nostre, videlicet Ludolfum, Hardwicum, Godefridum et Thethardum, qui facto hominio prediolum illud, suum benefitium, inpignoraverunt ecclesie nostre pro XXXa marcis. Quod inquam pignus susceperunt nomine ecclesie milites, qui et consules civitatis Hervordensis, scilicet Heinricus gogravius, Thetmarus Bose, Arnoldus pincerna et Johannes de Paderbornen. Huius itaque rei testes sunt: Bertramus sacerdos, Fredericus, Herimannus, Gozwinus, Johannes clerici; item Everhardus burmester, Syfridus monetarius, Heinricus Judeus, Gerhardus de Bernbeke, Heinricus de Somersele, Conradus de Bekesete, Nicolaus Rasche, Arnoldus de Lenincger, Bernardus Mese cives consules;

---

[1]) In welchen Jahren Winric dem Kloster Marienfeld vorstand.

item Johannes iudex, Cunradus de area, Heinricus Husman, Thethardus de Gunninchusen, Engelbertus, Amelungus, Burchardus, Vrumoldus, Widekindus, Hildebrandus, Theodericus. Aderant etiam Johannes de Verden, Winemarus, Godefridus, Gerhardus de Sunninchusen, Hermannus, Vrumoldus milites et alii quam plures.

## 145.

* *Hermann, Gograf von Herford, schenkt dem Kloster Marienfeld eine Rente von einem Malter Salz. 1219—1229* [1]*. — Or. Kl. Marienfeld 33; Abschr. Msc. I, 106. f. 137'.*

Bernardus de Lippia Selonensis episcopus et Gertrudis abbatissa de Hervordia omnibus hoc percipientibus salutem in salutis autore. Ex presenti pagina sigillis nostris insignita testamur de facto Herimanni gogravii de Hervordia, qui Deo inspirante contulit annuatim ecclesie campi sancte Marie molcium salis Hervordensis mensure pro se et remedio suorum, cum quorum scilicet collaudatione fecit hanc donationem. Qui sunt uxor sua Godeste, pueri sui et frater suus Heinricus. Huius itaque proprietatem resignavit per nuntium suum Lutbertum in iuditio Uflen, ubi presedit Conradus iudex cognomento Ungnathe. Affuerunt quoque Tecele, Johan Scardemule, Heinric Pas et iam dictus Lutbertus et alii plures.

Die Siegel sind nicht mehr erhalten.

## 146.

*B. Dietrich III. Zeuge einer Urkunde König Friedrich's II. d. d. Frankfurt 1220 April 19. Vgl. Böhmer Reg. Imp. 1198—1254 p. 106. Nro. 333.*

## 147.

*König Friedrichs II. Gnadenbrief für die geistlichen Fürsten Deutschlands, 1220 April 26. Frankfurt. — Aus Pertz Monum. Leg. II, 236* [2]*.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus Dei gratia Romanorum rex semper augustus et rex Sicilie omnibus in perpetuum. Digna recolentes animadversione, quanta efficacia et fide dilecti fideles nostri, principes ecclesiastici, nobis hactenus astiterunt ad culmen imperii nos promovendo, promotos in ipso firmando, et demum filium nostrum Heinricum in regem sibi et dominum benivole atque concorditer eligendo, censuimus, eos, per quos promoti sumus, semper promovendos, et per quos firmati sumus, una cum ipsorum ecclesiis semper fore nostra defensione contra noxia queque firmandos.

Igitur quia in eorum gravamina quedam consuetudines et, ut verius dicamus abusiones, ex longa perturbacione imperii, que per Dei graciam nunc quievit et quiescit, inoleverant, in novis theloneis, in monetis, que se invicem ex similitudinibus imaginum destruere consueverant, in guerris advocatorum, et aliis malis, quorum non est numerus, statutis quibusdam eisdem abusionibus obviavimus.

1. Primo promittentes, quod nunquam deinceps in morte cuiusquam principis ecclesiastici reliquias suas fisco vendicabimus; inhibentes etiam, ne laicus quisquam aliquo pretextu sibi eas vendicet, sed cedant

---

[1]) Nach Kösters Note zu Kleinsorgen K. G. II, 85 ward Bernhard von Lippe 1219 zum Bischof geweiht und starb ungefähr 1229. Vgl. Schaten A. P. ad a. 1219. Napiersky, Rigaischer Alman. für 1858, setzt aber seinen Tod in's Jahr 1225. Uebrigens war Gertrud Bernhard's Tochter.

[2]) Wir haben geglaubt, dies für die Geschichte Deutschlands überhaupt wichtige Actenstück nicht bloss deshalb hier übernehmen zu müssen, weil Dietrich von Münster der einzige westfälische Bischof unter den Zeugen ist, sondern weil auch die Landeshoheit der Bischöfe von Münster wesentlich wohl mit auf den hier gewährten Rechten und Freiheiten beruht.

successori, si antecessor intestatus decesserit; cuius testamentum, si quid inde fecerit, volumus esse ratum. (Si quis vero contra hanc constitutionem reliquias sibi vendicare presumpserit, proscriptus et exlex habeatur, et feodo sive beneficio, si quod habet, permaneat destitutus.)

2. Item nova thelonea et novas monetas in ipsorum territoriis sive iurisdictionibus, eis inconsultis seu nolentibus, non statuemus de cetero, sed antiqua thelonea et iura monetarum eorum ecclesiis concessa, inconvulsa et firma conservabimus et tuebimur; nec ipsi ea infringemus nec ab aliis ledi permittemus modis aliquibus, utpote monete turbari et vilificari similitudinibus ymaginum, quod penitus prohibemus.

3. Item homines, quocumque genere servitutis ipsis attinentes, quacunque causa se ab eorum obsequiis alienaverint, in nostris civitatibus non recipiemus in eorum preiudicium; et idem ab ipsis inter se, eisque a laycis omnibus, inviolabiliter volumus observari.

4. Item statuimus, ne quis ecclesiam aliquam in bonis suis dampnificet occasione advocati eorundem bonorum; set si dampnificaverit, dampnum in duplo restituat et centum marcas argenti camere nostre solvat.

5. Item si aliquis eorum vasallum suum, qui eum forte offendit, iure feodali convenerit, et sic feodum evicerit, illud suis usibus tuebimur; et si ipse feodum de bona et liberali sua voluntate nobis conferre voluerit, recipiemus, amore vel odio non obstante. Quocunque autem modo, sive etiam ex morte infeodati, principi ecclesiastico feodum aliquod vacare contigerit, illud auctoritate propria, immo violentia, nullatenus invademus, nisi de bona voluntate liberalique concessione sua poterimus obtinere; sed cum effectu suis usibus studebimus defensare.

6. Item, sicut iustum est, excommunicatos eorum, dum tamen ab ipsis viva voce, vel per litteras eorum, vel per honestos nuntios fide dignos nobis denunciati fuerint, vitabimus, et nisi prius absolvantur, non concedemus eis personam standi in iudicio: sic distinguentes, quod excommunicatio non eximat eos a respondendo impetentibus, set sine advocatis, perimat autem in eis ius et potestatem ferendi sentencias et testimonia et alios impetendi.

7. Et quia gladius materialis constitutus est in subsidium spiritalis gladii, excommunicationem, si excommunicatos in ea ultra sex septimanas perstitisse, predictorum modorum aliquo nobis constiterit, nostra proscriptio subsequetur; non revocanda, nisi prius excommunicatio revocetur.

8. Sic utique, aliisque modis omnibus, iusto videlicet et efficaci iudicio, ipsis prodesse atque preesse firmiter compromisimus, et ipsi versa vice fide data promiserunt, quod contra omnem hominem, qui tali nostro iudicio ipsis exhibendo violenter restiterit, nobis pro viribus suis efficaciter assistant.

9. Item constituimus, ut nulla edificia, castra videlicet seu civitates, in fundis ecclesiarum, vel occasione advocacie, vel alio quoquam pretextu, construantur; et si qua forte sunt constructa contra voluntatem eorum, quibus fundi attinent, destruantur regia potestate.

10. Item inhibemus, ad imitationem avi nostri felicis memorie imperatoris Friderici, ne quis officialium nostrorum in civitatibus eorundem principum iurisdictionem aliquam, sive in theloneis, sive in monetis, seu in aliis officiis quibuscunque sibi vendicet; nisi per octo dies ante curiam nostram ibidem publice indictam, et per octo dies post eam finitam. Nec etiam per eosdem dies in aliquo excedere presumant iurisdictionem principis et consuetudines civitatis. Quocienscunque autem ad aliquam civitatum eorum accesserimus sine nomine publice curie, nichil in ea iuris habeant; set princeps et dominus eius plena in ea gaudeat potestate. Sane quanto fidem ampliorem predictorum principum circa nos intelleximus, tanto excellentius eorum profectibus semper intendimus inspicere.

11. Et quoniam acta hominum oblivio, inimica memorie, per longam temporum evolucionem sepelire solet, diligencia vigilantiori adhibita, hec nostre gracie beneficia ecclesiis impensa perpetuari volumus, statuentes, ut heredes nostri et successores imperio ea rata conservent, et exequantur, et faciant in subsidium ecclesiarum a laycis universaliter observari.

Et ut futuris innotescant et a presentium non excidant memoria sive noticia, ea fecimus huic pagine annotari et paginam subnotatione nominum eorum, qui interfuerunt, principum videlicet, et sigilli nostri munimine insigniri. Testes hii sunt: Sifridus Maguntinus archiepiscopus, Theodericus Treverensis archi-

episcopus, Engelbertus Coloniensis archiepiscopus, Albertus Magdeburgensis archiepiscopus, Cuonradus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius, Eckbertus Babenbergensis episcopus, Cuonradus Ratisponensis episcopus, Hartwicus Eistetensis episcopus, Heinricus Wormatiensis episcopus, Otto Traiectensis episcopus, Theodericus Monasteriensis episcopus [1]), Hugo Leodiensis episcopus, Engelhardus Nuvenburgensis episcopus, Heinricus Basiliensis episcopus, H . . . . . Havelbergensis episcopus et alii quam plures. (Signum domini Friderici secundi Romanorum regis invictissimi et regis Sicilie.)

Ego Chuonradus Metensis et Spirensis episcopus imperialis aule cancellarius vice domini Sifridi Maguntini archiepiscopi et tocius Germanie archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M⁰.CC⁰.XX⁰, indictione nona, regnante domino Friderico secundo Romanorum et Sicilie rege glorioso, anno regni eius in Germania octavo, in Sicilia vero vigesimo tertio.

Data apud Frankenfort sexto kalendas Maii, indictione prescripta.

## 148.

Anno eodem (1220) d. Theodericus episcopus tertius intravit partes Frisiæ. Qui cum multis veniens, multis eguit et dixit ad se pertinere questum synodalem negotiorum illius anni, cuius ipse tenetur facere visitationem, et sic transivit etiam Emesgoviam, qui bello concertaverant diuturno, et suasum est illi, ut pro bono pacis se interponeret et non audierunt eum. — *Emonis chron. l. c. p.* 57. *Vergl. Eggeric Beninga's hist. van Oostfriesland ap. Matth. IV,* 107. *zu demselben Jahre, der aber nur im Allgemeinen erzählt, dass der Bischof nach Friesland gekommen*, umb den twist, so under den Adel lange jahren gestaen, frundlich by tho leggen, *dass aber seine Bemühungen fruchtlos gewesen wären.*

## 149.

* *Conrad (von Diepholz), Bischof von Minden, bekundet eine von ihm und seinem Bruder, dem Burggrafen Hermann, an das Aegidii-Kloster in Münster gemachte Schenkung.* 1220 *Juli* 26. — *Or. Kl. Ägidii U.* 13; *Abschr. Msc. I,* 81 *p.* 4.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Cůnradus Dei gratia Mindensis episcopus universis hanc paginam inspecturis et ecclesie sancti Egidii in Monasterio in perpetuum. Quoniam nostris temporibus multorum protervitas insidiatur ecclesiis et eis nititur obviare calumpniis, pernecessarium est eis circa huiusmodi provideri. Sciant igitur tam presentes quam posteri, quod ego Cůnradus Mindensis episcopus, et frater meus Hermannus burggravius, et filii sui Wernherus prepositus sancti Martini et canonicus ecclesie maioris in Minda et Cunradus, cum omni posteritate aliorum heredum suorum et nostrorum, bona nostra in Sungere, que ratione hominii dicti heredes nostri tenuerunt in feodo ab ecclesia Mindensi, dedimus in concambio eidem ecclesie Mindensi pro aliis bonis in Wettere, omni eo iure, quo nos ea tunc temporis possederamus, extunc in perpetuum possidenda; et ipsa in Wettere, que antea fuerant ecclesie nostre Mindensis, pro qua vice versa bona in Sungere in recompensationem recepit, donavimus et addiximus et appropriavimus ecclesie beati Egidii in Monasterio cum omni utilitate et integritate ipsorum bonorum, ut ecclesia beati Egidii semper ea libere possideat et secure. Sicut igitur Mindensis ecclesia predicto concambio, ita nos quoque et heredes nostri facte donationi nostre irrevocabiliter prebuimus assensum in publico Ne qua vero ecclesiastica secularisve persona hoc factum revocare vel irritare audeat, banno nostro et ecclesie nostre roborare curavimus et ob maiorem cautelam huic scripto nostro sygillum nostrum

[1]) Die Anwesenheit B. Dietrichs „in sollempni curia Frankevort" wird auch noch durch eine Urkunde des Bischofs von Metz und Speier bestätigt bei Lacombl. II, 92.

simulque capituli nostri maioris fecimus adhiberi. Testes huius rei sunt: maior prepositus Heinricus, decanus Heinricus, Otto custos, Heinricus de Basthorpe, Eckehardus, Godefridus scolasticus, Waltherus de Schowenborh, Wernherus maior canonicus et prepositus sancti Martini, Hermannus sacerdos sancti Egidii in Monasterio; Thitmarus wichgravius, Volcmarus de Bornichusen, Reimboldus de Basthorpe, Fridericus de Ernissen, Thidericus de Bikehim et alii quam plures. Actum publice anno incarnati verbi M°.CC°.XX°, indictione VIII, concurrente III, VII° kal. Augusti, pontificatus nostri anno septimo.

An Pergamentstreifen hängen noch Bruchstücke der beiden Siegel.

## 150.

*R(eimboldus) Dompropst zu Münster und Pastor der Kirche zu Billerbeck setzt die Einkünfte des zweiten Geistlichen an dieser Kirche fest.* Acta — a. d. i. MCCXX. ind. XV. presidente d. Honorio Romane sedi, regnante Friderico Romanorum regi, Tyderico episcopo secundo [1]) gubernante Monasteriensem ecclesiam, anno eius tertio. TT. Bernhardus cellerarius, Brunstenus gogravius, Albertus frater eius, Johannes de Bilrebike, Johannes de Tuschusen, Suederus de Bilrebike, Hermannus Lobbe, Rothgerus de Thunen et a. q. pl. — *Or. Fr. Münster U. 46; Abschr. Msc. I, 1. p. 364; hieraus gedr. Niesert U.-B. I,* 398.

Von dem anhängenden Siegel ist nur ein Bruchstück erhalten.

## 151.

*Adolf, Graf von Altena, und Friedrich, Graf von Isenberg, eignen dem Stifte Kappenberg ein Haus zu Butsneppe. 1220. — Original im Gr. Archive zu Kappenberg; Abschr. Msc. II, 45. p. 103; gedr. Kindl. Beitr. III. U. p. 145.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Adolphus per Dei gratiam comes de Altena, eiusque patruelis Fridericus comes de Isenberg, omnibus suis successoribus in perpetuum. Notum facimus universis, quod cum essemus Lunen, accessit ad nos Godefridus burchgravius de Rechede, et mansum in Butsneppe duos solidos annuatim solventem, quem a nobis ipse in beneficio habuit, nos autem de manu archiepiscopi, fratribus Kapenbergensibus se contulisse indicavit. Pro quo aliam domum in Lullisheim sitam de suo proprio nobis dedit, octo modios siliginis maioris mensure Monasteriensis persolventem, quam a nobis in beneficio recepit. Placuit concambium hoc domino Coloniensi archiepiscopo Engelberto, placuit et nobis, ideoque ut ratum semper et inconvulsum permaneat, et fratres Capenbergenses domum in Butsneppe sibi oportunam proprietario iure possideant, cartam hanc sigillis nostris iussimus consignari. Aderant ibi dominus Coloniensis archiepiscopus, dominus Monasteriensis, dominus Osnabruggensis, cum magnatibus terre et copiosa tam nobilium quam ministerialium multitudine.

Actum anno gratie M°.CC°.XX°, indictione VIII^a^, concurrente III^a^, epacta XIIII^a^.

Die beiden Siegel sind mit dicken grünen Schnüren angehängt. Das erste derselben, ein Reitersiegel, auf welchem Pferd und Reiter nach der rechten Seite (des Lesers) sehen, ist so zerstört, dass eine vollständige Beschreibung nicht gegeben werden kann; doch ist aus den Ueberresten der Umschrift noch der Name FRIDERICUS herauszubringen. Das andere, ebenfalls ein Reitersiegel, und zwar von ungemein sauberer Arbeit, Pferd und Reiter aber nach der linken Seite sehend und im Schilde des Letzteren ein geschachter Balken mit darüber hervorsehendem wachsenden Löwen, ist zwar auch sehr beschädigt, besonders ist ein Theil der Umschrift weggebrochen; doch ist sie aus den noch vorhandenen Resten zu ergänzen: † SIGILLUM COMITIS ADOLFI DE ALTENA.

---

[1]) Richtiger „tercio"; ebenso wie es vorher „indictione VIII." hätte heissen müssen. Doch weisst die Original-Urkunde wirklich beide Fehler auf.

## 152.

** Graf Otto von Tekeneburg bekundet eine an das Kl. Marienfeld gemachte Schenkung.* 1220. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 38.

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Otto comes Dei gratia de Tekeneburg universis pagine presentis inspectoribus apud Deum et homines semper prosperari. Calumpnie occasio prevenitur, quando actio litteris commendatur Noverint tam futuri quam presentes, quod Conradus de Brochterbeke, ministerialis noster, mansum quendam situm in Bergethe, II° molcia siliginis solventem, cum omni proventu, consenciente Conrado filio Conradi iam dicti, ecclesie de campo beate virginis absolute erogavit; Alheidis quoque uxor ipsius et filius suus Heinricus eidem ecclesie alium quendam mansum in Varenberge similiter cum omni utilitate, exclusa omni contradictione, contulerunt. Igitur ut hoc pie recordationis factum stabile semper et inconvulsum permaneat, nostri cyrographi apposuimus firmamentum. Testes etiam, qui huic donationi interfuerunt, placuit nobis scripto mandare, qui sunt: Godefridus de Ahus, Thomas de Hulevelde, Lutbertus de Linge, Godescalcus Buddo, Bernardus de Bramhorne, Arnoldus Scrape. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. XX°.

Das ältere Siegel der Grafen von Tekeneburg, eine Burgmauer darstellend, hängt an.

## 153.

** B. Dietrich bestätigt die Anordnungen Abt Werners von Liesborn, besonders in Betreff des Hospitals.* 1221. — *Or. Kl. Liesborn U.* 36; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 78; *I,* 101. *f.* 29; *II,* 203. *p.* 43; *IV,* 10. *p.* 35.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Th(idericus) Dei gratia Monasteriensis episcopus fratribus Lesbernensis cenobii et omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in eo qui est salus omnium. Ordinationem, quam Wernerus abbas Lesbernensis de rebus sua diligentia conquisitis immobilibus, sive mobilibus infra monasterium, et maxime circa hospitale pauperum instituit, ratam et inconvulsam haberi perpetuo censemus. Et ne quis in contrarium ordinet vel disponat, sub pena excommunicationis districte prohibemus, privilegio insuper et confirmationi, quod super eisdem pauperum rebus idem abbas a domino Innocentio papa obtinuit, devote subscribimus, auctoritati tante consentientes. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M°. CC°. XXI°, regnante Frederico Romanorum imperatore, consecrationis sue anno primo, pontificatus nostri anno III°.

Das Siegel ist nicht erhalten.

## 154.

*B. Dietrich III. legt die Streitigkeiten des Klosters Asbeck mit Bernard (von Lecden) und Heinrich von Keppeln bei.* 1221 *April* 5. — *Or. im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive; gedr. Niesert U-S. IV. p.* 190.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus in perpetuum Litterarum custodia pactionum servat memoriam et res, que rite geste fuerint, per eam manent inconcusse. Sciant ergo presentes et posteri non ignorent, quod suborta questione super curte in Lecden et eius attinenciis inter priorissam et conventum in Asbeke ex una parte, et Bernardum, R. B. S. et R. et Lubertum fratres ex alia, tandem de prudentum virorum consilio bonum pacis et concordie inter eos convenit in hunc modum. Priorissa et conventus eisdem fratribus assignarunt XXV marcas ea condicione, quod pro se et universis eorum heredibus omni iuri, quod ipsi in predicta curte et suis attinenciis habebant vel habere videbantur, penitus renunciantes, eandem curtim cum omni utilitate et integritate eorum

que attinere dinoscuntur, supradicto cenobio et conventui in Asbeke libere et absolute relinquerent, data fide promittentes, quod omnem actionem sive dampnum extinguerent et resarcirent, quod per eos et heredes eorum in posterum occasione prenominate curtis et super suis attinenciis posset suboriri. Preterea cum Heinricus de Keppele decimam V malciorum quarundam domorum in parrochia Burken, videlicet in Westeburken, in questionem deduxisset, tandem bonorum virorum agente consilio, idem H. pro se et pro cunctis heredibus suis supradicte ecclesie et conventui illam decimam liberam resignavit, omni iuri renuncians, quod habere videbatur in eadem. Nos igitur de consensu et peticione utriusque partis, ne in posterum huius composicionis requirens tytulum suboriri possit calumpnia, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XXI°, regnante domno nostro Romano imperatore et semper augusto Frederico, pontificatus nostri anno III°. Testes sunt hii: maior prepositus Remboldus, Bruno maioris ecclesie in Monasterio canonicus, Ludolfus advocatus de Stenvorde, Otto comes de Dale. Rudolfus comes de Gore, Johannes de Ahus, Conradus comes de Lon et filius eius Hermannus, Alhardus de Heythen, Arnoldus de Thydden, Alardus de Osterwic, Arnoldus frater suus, Albero de Syndene, Herman de Velen, Otto de Horstmare, Heinricus Norandin, Albertus de Wytherthem, Conradus burgravius de Stromberg, Helmicus de Bedemerswic, Wescelus de Cosvelde, Hathewerc de Sutherwic, Brunstenus de Bilrebeke, Johannes de Tushusen, Theodericus de Ramesberg, Heinricus de Gemeneg et alii quam plures. Datum per manus Alberti notarii nostri nonas Aprilis.

An gelb- und rothseidenen Fäden hängt das nicht mehr vollständig erhaltene Siegel des Bischofs.

## 155.

*P. Honorius III. verbietet allen geistlichen Obrigkeiten kirchliche Strafen über die dem päpstlichen Stuhl unmittelbar unterworfenen deutschen Ordensbrüder zu verhängen. Rom im Lateran 16. Januar 1221. — Abschr. Msc. VII, 5713. p. 4 Nro. 3; I, 74 p. 157; aus letzterem Copie IV, 2. p. 364.*

Honorius episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus archiepiscopis, episcopis, et dilectis filiis abbatibus, prioribus, archidiaconis, decanis et aliis ecclesiarum prelatis, ad quos littere iste pervenerint, salutem et apostolicam benedictionem. Cum dilecti filii, fratres hospitalis s. Marie Teutonicorum Hierosolimitani, nullum habeant episcopum vel prelatum preter Romanum pontificem, et speciali prerogativa gaudeant libertatis, non decet vos in eos vel clericos aut ecclesias eorum, in quibus partem ecclesiasticam non habetis, absque mandato nostro excommunicationis vel interdicti sententias promulgare, sed si quando vos vel subditos vestros iidem fratres iniuste gravaverint, per vos aut nuncios vestros id Romano pontifici significare debetis, ac per ipsum de memoratis fratribus iusticiam obtinere. Inde est, quod universitati vestre per apostolica scripta precipiendo mandamus, quatinus in predictos fratres et ecclesias eorum, in quibus auctoritatem nequaquam habetis, sententiam excommunicationis vel interdicti promulgare nullatenus presumatis, nec eos aliqua indebita vexatione gravetis, sed erga ipsos vos taliter habeatis, quod non habeant adversus vos materiam querulandi, sciturі, quod si mandatum nostrum neglexeritis in hac parte, dimittere non poterimus, quin eisdem fratribus in sua iustitia, si apud nos querelam interim deposuerint, efficaciter providere curemus. Datum Lateran. XVII. Cal. Februarii, pontificatus nostri anno quinto [1]).

[1]) Ich kann nicht sagen, ob diese Urkunde sonst schon gedruckt ist. Ueber die Sache selbst ist noch Voigt Geschichte des deutschen Ritterordens in Deutschland p. 353, und Böhmer Reg. Imp. 1198—1294 p. 119 Nro. 463 zu vergleichen.

## 156.

*B. Dietrich III. schenkt dem Domcapitel einen Zehnten in Nichtern* 1220 [1]) *Febr.* 24. *Münster.* — *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 242; *II,* 7. *p.* 27; *gedr. Niesert U.-S. VII. p.* 437.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Th(eodericus) Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus hoc scriptum inspecturis in vero salutari salutem. Quoniam generatio preterit et generatio advenit, necesse est ut ea, que variis contractibus apud homines rite geruntur, ne in oblivionem veniant et ignorantiam, in scripta redigantur et sue firmitatis robur sortiantur. . . Proinde ad noticiam omnium pervenire desideramus, quod Hermannus Werenze noster ministerialis, uxore sua et filio suo nec non heredibus suis consentientibus, decimam quandam in villa Nychtertunc quarundam domorum, videlicet domus vidue Welinchof, domus Hisceli in Bordinccamp, domus Arnoldi Ghelinc, in manus nostras cum minuta decima libere resignavit, et eandem consilio prudentum virorum ecclesie maiori contulimus, ratum habituri quidquid ad usus prebendarum super memorata decima ecclesia ordinaverit. Ut igitur eadem donatio maneat perpetua, presentem paginam exinde fecimus conscribi, et sigilli nostri appensione corroborari, testibus ydoneis presentibus, quorum nomina sunt hec: Remboldus maior prepositus, Herimannus decanus, Volmarus sancti Pauli prepositus, Godefridus sancti Lutgheri prepositus, Albertus maioris ecclesie canonicus, Ludolphus de Beveren, Lubertus sancti Martini canonicus, Herimannus de Monasterio, Albertus dapifer, Johannes pincerna, Albertus marscalcus, Winemarus magister coquine et alii quamplures . . . Acta sunt hec apud Monasteriensem ecclesiam anno gratie M°.CC°.XX°, VI. kalend. Marcii [2]).

## 157.

* *B. Dietrich III. schenkt der Domkirche einen Zehnten.* 1221. — *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 248.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus tertius. etc. Noverit ergo tam presencium quam futurorum fidelis animadversio, quod cum Conradus de Ludinchusen et frater suus Bernardus decimam curtis in Horstorpe, cum aliis domorum quarundam decimis, nec non et uxor eius usufructum in manus nostras legitime resignassent, nos, considerato domini Frederici maioris ecclesie canonici pio ac salubri desiderio, qui memoratam decimam emptionis comparavit titulo, erga fratres supradictos, proprietatem eiusdem decime cum omni proventuum integritate ad instantiam domini Frederici perpetua donatione maiori contulimus ecclesie. Est autem decima in hiis locis sita: in Horstorpe, recipiet ecclesia IIIIor solidos IIIIor denariis minus, et sex modios tritici, IIIIor denarios pro lino et minutam decimam; Ghestbeke XVI denarios, IIIIor modios tritici et minutam decimam; de Gore XII denarios, unum malcium ordei, II modios tritici, II denarios pro lino et minutam decimam; de Borcligthorpe XII den., IIIIor modios tritici et minutam decimam, de eadem villa XX modios avene; Wyringthorpe III solidos, VIII° modios tritici, I malt ordei, II denarios pro lino et minutam decimam; de domo abbatisse XII denarios unum modium tritici; due domos Smelinctorpe III solidos et VIII° modios tritici; Trindelcampe II solidos, IIIIor modios tritici, II denarios pro lino et minutam decimam, item XV denarios, III modios tritici II denarios pro lino et minutam decimam; Worthen II solidos, II denarios pro lino et minutam deci-

1) 1221 nach unserer Rechnung.

2) Die Abschrift im grossen Domcopiar Msc. I, 1. p. 242 hat zwar deutlich MCCXXVI kal. Marcii. Doch ist ersichtlich hierin ein Fehler. Denn der 1. März 1226 entspricht nach unserer Rechnung dem 1. März 1227, und an diesem Tage war B. Dietrich schon längst abgesetzt, wenn nicht schon todt. Wir nehmen also an, dass in der jetzt verlornen Originalurkunde gestanden MCCXX, VI. kal. Martii, und der Abschreiber die Zahl VI. fälschlich zu 1220, statt auf kal. Marcii bezogen habe, wie dies nicht selten vorkommt.

mam; Evekinchof II solidos, IIIIor denarios pro lino et minutam decimam; Smythekinthorpe XII denarios; item Nortkerken de domo, que dicitur Lo, XII denarios. Ne autem super hac donatione nostra quisquam imposterum questionem movere, aut factum nostrum in aliqua parte valeat calumpniari, presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro fecimus roborari, statuentes, ut si quis hanc donationem rationabiliter factam attemptaverit irritare, pene subiaceat excommunicationis. Acta sunt hec anno gratie M° CC°.XXI° pontificatus nostri anno IIIIto. Testes huius rei sunt totum Monasteriensis ecclesie maioris capitulum.

## 158.

* *B. Dietrich III. schenkt dem Martini-Stift zur Verbesserung der Präbenden einen Zehnten.* 1221. — *Or. Fr. Münster U.* 47.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei miseratione Monasteriensis ecclesie episcopus. Omnibus presentis scripti cyrographum inspecturis vel audituris salutem in vero salutari. Quoniam fragilis est memoria hominum et brevis est vita mortalium, precautum est et salubriter constitutum, ut per apyces litterarum adiuvetur memoria, et eorum que in preterito tempore gesta sunt noticia ad posteros transmittatur. Proinde omnes tam presentis quam future etatis homines scire volumus, quod Bernardus miles de Gest et eius uxor Alheidis, acceptis triginta sex marcis a capitulo sancti Martini in Monasterio, quandam decimam tam minutam quam aliam cum omni integritate in manus Hermanni de Monasterio, a quo in pheodo tenebant eandem, de consensu heredum suorum libere resignarunt, cuius videlicet decime redditus ad maiorem noticiam inferius sunt expressi. In parrochia Vlethe, Amenhorst, Godefridus septem denarios; item Receke octo denarios et unum modium tritici; item Hermannus duodecim denarios et duos modios tritici; item Radbertus tredecim denarios, Wigardus decem et septem denarios et duos modios tritici; item Hermannus quatuor denarios. In Berchlere Wernerus duodecim denarios et duos modios tritici. In Elynchusen Hermannus duodecim denarios et duos modios tritici; item Conradus duodecim denarios et duos modios tritici. In Ketelynchusen quatuor denarios sub domo Everhardi de Velhernen; item sub domo Wesceli de Quernhem quatuor denarios, item de domo Winandi de Dychkenberge decem denarios et duos modios tritici. In parrochia Stromberge, Clesphem sex denarios; in Bodenbeke quatuordecim denarios; Odynbroke Thethart duodecim denarios. In parrochia Bekehem, in Sunneinchusen, Dos [1]) sex denarios et unum modium tritici; Hohus decem denarios et duos modios tritici; in Mackenberge Eicbragt quatuor denarios et duos modios tritici; item Teymo duodecim denarios et duos modios tritici; in Erdelwic Heinricus octo denarios et duos modios tritici; item Gernandus sex denarios et unum modium tritici. In parrochia Velhern, in Gunnenwic, Wernerus octo denarios et duos modios tritici. In parrochia Hertvelde, in Keteslere, tres domus et due case solvunt quatuor solidos et minutam decimam. Idem vero Hermannus de consensu uxoris eius Mehtheldis et filiorum, acceptis ab eodem capitulo octo marcis, quia de manu nostra in pheodo tenebat decimam, cum omni integritate in manus nostras coram clericis et ministerialibus libere resignavit eandem. Nos itaque, cum, dictante sentencia tam cleri quam ministerialium, memoratam decimam haberemus liberam et de ea secundum beneplacitum nostrum possemus facere quod vellemus, ecclesie beati Martini et fratribus ibidem Deo deservientibus in adiutorium prebendarum suarum liberaliter contulimus, sperantes nos de laboribus et orationibus eorum apud Deum propensius adiuvari. Ne igitur aliquis hominum prave voluntatis et inimicus veritatis, instigante diabolo, que sic pie ordinata sunt, ausu temerario temptet infringere vel presumat, nos presentem paginam conscribi et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo CC XXI, presidente sacrosancte Ro-

[1]) So die Urkunde; vielleicht „dos ecclesie".

mane ecclesie summo pontifice Honorio papa tertio, regnante Romano imperatore Friderico. Testes huius rei sunt: Hermannus maior decanus, Godefridus sancti Ludgeri prepositus, Fredericus et Albertus maioris ecclesie canonici, Lambertus sancti Mauricii canonicus, Lubertus custos sancti Martini, Johannes, Ludolfus, Andreas canonici sancti Martini; laici: Godefridus de Sconembeke, Albertus dapifer, Thetmarus Falco, Winemarus de Hahus, Bertoldus Longus, Crahto de Horne, Suederus.

Das an rothseidenen Schnüren früher angehängte Siegel ist abgefallen.

## 159.

* *Hermann von Lippe schenkt den Hof Sporke dem Kloster Liesborn.* 1221. — *Or. Kl. Liesborn U.* 38; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 35'; *I,* 101. *f.* 19; *hieraus Copie Msc. IV,* 10. *p.* 36.

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Hermannus advocatus de Lippia. Noverint universi, quorum scire interest, quod curtem quandam, Sporke dictam, in parrochia Lisbernensi sitam, quam Albertus miles de Lippia, ministerialis noster et aliquando dapifer, de manu comitis Adolfi de Marcha iure feodali tenebat, per concambium cuiusdam nostre curtis, que Hosthoven dicitur, in villa Weris, ad proprietatem nostram devolutam, idem miles iure, quo prius, de manu nostra cepit habere. Conventione autem postmodum facta cum fratribus Lisbernensis cenobii de certa pecunia, curtem iam dictam, videlicet Sporke, cum fratre suo Heinrico et eius filiis, qui aliquid iuris per successionem in ea habere videbatur, in manus nostras libere resignavit. Cuius curtis proprietatem, spe retributionis eterne, peticione etiam iam dicti militis, cum filio nostro Bernhardo cenobio Lisbernensi perpetuo contulimus possidendam, iure tamen advocatie in eadem nobis obtento. Ut autem hec nostra donatio, una cum concambio supradicto, rata et inconvulsa permaneat, paginam hanc inde conscriptam inpressione sigilli nostri et prefati comitis cautum duximus roborari, annotatis testibus, qui tam concambio quam donationi interfuerunt, quorum hec sunt nomina: Burchardus abbas Lisbernensis, Wilhelmus prior, Hienricus, Hermannus, Wicboldus, Hermannus prepositus in Stophenberg; laici: Johannes de Ervethe, Achilles, Hildigerus Svelinc et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M$^{o}$.CC$^{o}$.XXI$^{o}$, regnante Fretherico Romanorum augusto, anno imperii eius primo, indictione nona.

An Pergamentstreifen hängen das schadhafte Reitersiegel Graf Adolfs von Mark und das ziemlich wohl erhaltene Siegel Hermanns von Lippe mit der fünfblättrigen Rose auf einem Herzschilde, von dessen Umschrift noch zu lesen ist: SIGILLUM HERMANNI DE . . . .

## 160.

* *Päpstliche Commissare entscheiden einen Streit zwischen den Klöstern Liesborn und Rastede* [1]. 1221. — *Orig. Kl. Liesborn U.* 40; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 33'.

In nomine Domini amen. O(tto) Dei gratia maior prepositus, W(icboldus) maior decanus et H(einricus) de Capelle canonicus Osnaburgenses omnibus presens scriptum intuentibus salutem in eo, qui est omnium salus. Noverint universi presens scriptum intuentes, quod, delegato nobis iudicio a domino Honorio papa III$^{o}$ super causa que inter abbatem Rasterdensem et eius conventum ex una parte, et abbatem Lisbernensem et eius conventum ex altera vertebatur super domo quadam et area que vulgo Ad quercum appellatur, quam abbas Rasterdensis ad ius et proprietatem sui claustri pertinere asseruit, ex nostri debito officii partes ad bonum pacis adeo sumus exhortati, quod ipsas tandem ad hoc induximus, quod libero consensu et compromisso in Bernardum maiorem decanum Bremensem, Burcardum celerarium Lisbernensem, Sigebodonem,

---

[1]) im Oldenburgischen, O. S. B.

Johannem, Giselbertum et Gerardum canonicos maioris ecclesie Osnaburgensis, utpote in arbitros, compromiserunt et translatum in ipsos arbitrium pena XXti marcarum hinc inde vallaverunt. Ipsi vero, tractatu diligenti prehabito, nostra cooperante sollicitudine, sunt sic arbitrati, quod bona prelibata, que Ad quercum nuncupantur, abbas Rasterdensis et eius conventus abbati Lisbernensi et eius cenobio tum in proprietate tum in omni iure recognosceret perpetuo possidenda, et ipse abbas Lisbernensis et eius collegium versa vice abbati Rasterdensi et eius conventui pro tali recognicione XIIIcim marcas numeraret. Statuerunt etiam idem arbitri, quod coram nunciis Lisbernensis ecclesie Rastede transmissis omnes et singuli de conventu Rasterdensi, ipsorum abbate presente, ipsi contractui sive facte recognicioni liberum et expressum debent adhibere consensum, et ratihabitionem expressi consensus singulorum subscripcionibus de conventu debent roborare et sigillo ecclesie sive abbatis sui consignare. Ne ergo memoriis hominum labentibus revocetur in dubium, quod arbitrio ipsorum noscitur diffinitum, presens scriptum consignacione sigillorum nostrorum duximus muniendum. Huius autem rei testes: Albertus, Florencius, Herimannus, Arnoldus, scolasticus magister Jacobus, Gerardus maioris ecclesie Osnaburgensis canonici et alii quam plures. Actum in maiori ecclesia Osnaburgensi, anno pontificatus domini Honorii pape III. quinto.

Von den drei angehängten Siegeln sind nur zwei fragmentarisch erhalten.

## 161.

* *Meinricus, Abt von Rastede, macht vorstehende Entscheidung bekannt.* 1221. — *Or. Kl. Liesborn U.* 39; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 2' *u.* 34; *I,* 101. *f.* 39; *II,* 203. *p.* 43; *eine minder ausführliche Ausfertigung Liesborn U.* 37.

† In nomine sancte Trinitatis. Meinricus Dei gratia Rasterdensis [1]) abbas. Noverint universi tam presentes quam futuri, quod Hethenricus miles de Horne [2]) a nobis domum quandam, que vulgo Ad quercum dicitur, in feodo tenebat. Hanc domum cum suis attinentiis voluit ipse vendere Lisbernensi cenobio, et super hoc nostram licentiam postulavit, offerens nobis in recompensationem eiusdem domus duos mansos, quos ad suam proprietatem spectare asserebat. Nos vero eius precibus annuentes, ei huius rei licentiam tribuimus ea conditione, si dictos duos mansos nobis et nostre ecclesie in recompensationem assignaret Talis igitur occasione nostre licencie sibi indulte ipse certam summam pecunie a Lisbernensi sumpsit monasterio, corporalem possessionem predicte domus in idem monasterium transferens, sed ipse duos illos mansos, sicut nobis promiserat, nobis minime persolvit. Unde nos Lisbernensem abbatem traximus in causam coram iudicibus a sæde apostolica delegatis, videlicet Ottone maiori preposito, Wicboldo maiori decano et Heinrico de Capelle canonico Osnaburgensibus, ad quorum exhortacionem tandem in viros venerabiles Bernhardum maiorem decanum Bremensem, Burchardum cellerarium Lisbernensem, Sibodonem, Johannem, Giselbertum, Gerhardum canonicos maioris ecclesie Osnaburgensis tamquam in arbitros cum parte adversa compromisimus, arbitrium pena XX marcarum vallantes. Qui diligenti discussione premissa de consilio supradictorum iudicum sub hac forma arbitrium promulgarunt: «Nos arbitri statuimus quod bona prelibata etc.[3]) Quia igitur hoc ipsum arbitrium ratum habere volumus, placuit ipsum presenti pagine adnotari et sigilli nostri munimine roborari; universis [4]) fratribus ecclesie nostre subscribentibus huic transactioni, quorum hec sunt nomina: Dudo prepositus in Melegarde, Ecbertus prior, Wernherus, Sierus, Bertoldus, Heinricus, Hartmannus et Gerungus sacerdotes, Magnus et Theodericus diaconi.

Das Siegel des Abts von Rastede ist U. 37 ziemlich, U. 39 nur zur Hälfte erhalten.

---

[1]) „Radestadensis" U. 37. — [2]) „Horn" ib. — [3]) Wie in der vorhergehenden Urk. bis „pape III quinto". — [4]) Das Folgende bis zum Schlusse fehlt U. 37.

## 162.

*Engelbert, Erzbischof von Cöln, bekundet, dass vor seinem Gerichte Graf Volquin von Swalenberch auf seine unrechtmässigen Ansprüche an das Gut Stapellage zu Gunsten des Klosters Marienfeld verzichtet habe.* Acta — anno d. i. MCCXXII, indict. IX, pont. anno quarto. — *Aber die Indiction, wie die Zeugen, welche sämmtlich auch in der nachfolgenden Urkunde erscheinen, weisen auf das Jahr 1221. — Orig. Kl. Marienfeld U. 50; Abschr. Msc. I, 106 f. 117; gedruckt bei Ficker Engelb. d. H. p.* 333.

Die meist beschädigten Siegel des Erzbischofs, des Dompropstes, des Grafen Godfried von Arnsberg und Hermanns von Lippe sind an grünseidenen Schnüren befestigt.

## 163.

*Engelbert, Erzbischof von Cöln, spricht dem Kloster Marienfeld das Gut Stapellage zu, auf Grund einer von dem Kardinal Johann de Monte Celio und dem Erzbischof Adolf ausgestellten Urkunde* [1]*, nach welcher die Schenkung des Gutes seitens des Edlen Widekind von Waldegge, Vogtes von Redhe, und seiner Brüder Herimann, Volquin und Heinrich* [2] *von Schwalenberg an das Kloster in aller Form Rechtens erfolgt ist, und weiset die vom Grafen Volquin, Heinrichs Sohne, erhobenen Ansprüche zurück.* — Testes: Bernardus Paderburnensis, Cunradus maioris ecclesie in Colonia prepositus, Heinricus abbas Helwordishusensis, Albertus abbas Paderburnensis; Godefridus comes de Arnsberg, Adolfus comes de Dassele, Adolfus comes de Marka, Otto comes de Eversteine, Herimannus de Lippia et Bernardus filius eius, Bernardus de Osedhe, Bertoldus de Bůrin, Godescalcus de Padberg, Wernerus de Brakele, Herimannus de Růdenberg et Conradus filius eius, Rutgerus de Burbenne, Herimannus scultetus Susaciensis, Heinricus marscalcus, Everhardus de Ervethe, Widekindus de Nuwenburg, Hellenbertus de Manen, Bertoldus de Hildenshem et a. q. pl. Acta — — a. d. i. M$^{o}$.CC$^{o}$.XXI$^{o}$, ind. IX, pont. nostri anno IIII$^{o}$. — *Or. Kl. Marienfeld U. 40; Abschr. Msc. I, 106. f. 116; gedr. auszugsweise bei Schaten s. a. 1221; vollständig bei Ficker Engelb. d. H. p.* 334.

An grünseidenen Schnüren hingen vier Siegel, wovon die des Erzbischofs und des Dompropstes erhalten, die Volquin's von Schwalenberg und Hermanns von Waldeck abgefallen sind.

## 164.

* *Otto, Graf von Ravensberg, verkauft den Zehnten in Herthe und das Gut Hindenevelde dem Kloster Marienfeld. 1221. Osnabrück. — Or. Kl. Marienfeld U. 40b; Abschr. Msc. I, 106. f. 10; II, 77 p.* 207.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia comes de Ravensberg omnibus hec legentibus in perpetuum. Ne inutiliter pertranseat utilitas actionum, provide commendatur res gesta fidei scripturarum. Manifestum igitur atque indubitatum esse cupio, quod in recompensationem decime in Herthe, quam de manu Osnaburgensis ecclesie in beneficio tenui, dimisi in perpetuum ipsi ecclesie predium meum

---

[1] Siehe Erhard Cod. Nr. 556 v. J. 1196.

[2] Was Engelbert hier sagt: „eo non obstante quod unus predictorum fratrum Heinricus nomine contra ius violentiam machinatus est in possessione predicti predii" erhält seine weitere Bestätigung durch einen Brief P. Innocenz III. an die Aebte von Lockum und Amelungsborn, so wie an den Dompropst von Minden vom 10. April 1206 (dat. Romae ap. S. Petrum IV Idus April. pont. nostri anno nono), worin er anführt, dass Heinrich von Swalenberg auch später, trotz des dem Legaten Johann de Monte Celio geleisteten Eides (siehe die Note 1. citirte Urkunde), dennoch fortgefahren habe, den Abt von Marienfeld im Besitz von Stapellage zu beunruhigen. Deswegen trägt der Papst den genannten Prälaten auf, die Angelegenheit noch einmal zu untersuchen und „appellatione postposita" zu entscheiden. Von diesem Briefe findet sich eine im J. 1630 gefertigte lückenhafte Abschrift in Rottendorf's Handschrift des Chron. Marienfeldense Msc. II, 87 p. 316.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Orbeke cum collaudatione fratris mei Lodewici et ministerialium meorum, accedente etiam consensu domini Vromoldi de Brametske, qui ipsum predium de manu mea possedit, quatinus transferrem libere et absolute decimam prefatam ad cenobium in campo sancte Marie perpetuo iure possidendam, cui ipsam ego simul cum fratre meo supra memorato vendidi sub testimonio una cum predio, quod Hindenevelde nominatur. Ut igitur in oblivionem non veniat, quod dignum est memoria, et ut obstruatur omnis aditus molientium iniqua, utile duxi factum hoc pagine presenti mandare ipsamque testimonio domini Osnaburgensis, meo meique fratris communire sigillo. Huius rei testes sunt: Otto maior prepositus, Wicboldus decanus, Olricus scolasticus, Lodewicus custos, Heinricus de Kappele et Sybodo canonici; gogravius Wescelus, Everhardus de Varendorpe, Udo de Bracel, Amelungus dapifer et Liborius pincerna et alii quam plures. Acta sunt hec in Osnaburg a. i. D. M°.CC°.XXI°, indictione VIIII[a].

An rothseidenen Schnüren hängen die herzförmigen Siegel des Grafen Otto und seines Br. Ludwig, mit den verschiedenartig schraffirten Ravensbergischen Sparren; mit einer weisswollenen Schnur ist dann an dritter Stelle das künstlerisch schön ausgearbeitete Siegel Bisch. Adolfs befestigt.

## 165.

* *Erzbischof Engelbert von Cöln bekundet obige Erwerbungen des Klosters Marienfeld.* 1221. — *Or. Kl. Marienfeld* 49; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 7.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Engelbertus divina favente clementia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus universis Christi fidelibus, ad quos presens pagina pervenerit, in perpetuum. Ut ea, que coram nobis rationabiliter geruntur, debitum robur obtineant et firmamentum, notum facimus presentibus et futuris, quod Winricus abbas et conventus in campo sancte Marie, Cysterciensis ordinis, domum Hindenevelde et decimam in Herden a viris nobilibus Ottone et Ludewico comitibus de Ravensberg centum et X marcis iusto titulo emptionis compararunt, ipsi autem comites memorata bona in manus nostras et prefati monasterii abbatis, multis viris honestis presentibus, quorum nomina subscripta sunt, absolute et libere resignarunt. Nos igitur cum viros religiosos in sui iuris conservatione fovere et defensare teneamur, prenotatę ecclesie indempnitati precavere volentes, ne super prelibatis bonis a prefatorum comitum heredibus in posterum questio possit suboriri, presentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri impressione et eorundem comitum sigillis fecimus communiri, sub anathemate districtius inhibentes, ne quis ausu temerario ipsam in sepedictis bonis molestare presumat. Huius rei testes sunt: Adolfus Osnaburgensis et Cũnradus Mindensis episcopi, Godefridus de Arnisberg, Adolfus de Marca et Burchardus de Aldenburg comites, Hermannus scultetus Susaciensis et Gozwinus frater suus, Everhardus de Varendorp, Hugo Bere, Johannes de Wede et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XXI°, indictione nona, pontificatus nostri anno IIII°.

Das Siegel des Erzbischofs hängt an einer grünseidenen, das des Grafen Otto an einer rothseidenen, und das des Grafen Ludwig an einer weisswollenen Schnur.

## 166.

* *B. Adolf von Osnabrück bekundet den Verkauf von Gütern in Rehe an das Kl. Marienfeld.* 1221. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 41; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 12'.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Adolfus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus in perpetuum. Notum sit tam future quam presentis etatis fidelibus, quod Gerlagus miles cognominatus Hadvig bona sua in Rehe, solventia annuatim duo moltia siliginis maioris mensure de Widen-

brugge et unum porcum tempore glandium [1]), que de manu ecclesie campi sancte Marie Cisterciensis ordinis tenuerat iure feodali, multo tempore cum ceteris bonis eiusdem cenobii sitis in parrogia Guterslo inconcusse possedit. Quo mortuo, uxor eius Bertradis et filii eius Rotgerus et Winandus cum Heinrico marito filie Bertradis, bona eadem in Rehe et quicquid iuris in eis habere videbantur racione hereditarie successionis, vendiderunt prefato cenobio pro duodecim marcis uno fertone minus, et in manus domini Winrici abbatis usufructum et titulum iuris feodalis ipsa Bertradis cum filiis et heredibus suis funditus resignavit. Postmodum vero dominus abbas cetera bona in Guterslo sita, in mancipiis, in domibus, in agris, in silvis et pascuis, que quoad viveret prefatus Gerlagus possederat, Bertradi vidue tantum ad usufructum, recepto filiorum ipsius hominio, benigne concessit. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo I°, indictione nona„ coram hominibus ecclesie campi sancte Marie, videlicet Heinrico milite de Silva, Hermanno et Egkehardo de Mattenhem, Randulfo de Bulte. Helingerus etiam filius Arnoldi, Gozwinus de Rethe, Heinricus de Warendorpe super ripam, Nithungus de Silehorst, Egbertus Redhenc, Jordanis de Warensile loco hominum ecclesie electi et assumpti, qui et se ipsos in testimonium offerebant, huic venditioni cum aliis interfuerunt, constanter promittentes, quod se nequaquam subtraherent, cum ipsorum pro ecclesia testimonium requireretur. Nos igitur ut aditum obstruamus malignantium et molientium iniqua, presentem paginam nostri auctoritate cyrographi dignum duximus roborare.

An einer leinenen Schnur hängt das oben beschriebene Siegel des Bischofs Adolf.

## 167.

*Bernhard, Bischof von Selburg [2]) bestätigt seine und Widekind von Rethe's Schenkungen an das Kloster Marienfeld. 1221. — Or. Kl. Marienfeld U. 47, durch Brand sehr zerstört, ib. U. 48 ein Transsumpt vom J. 1648; Abschr. Msc. I, 106. f. 5; gedr. Kindl. B. III. U. p. 147.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernardus Dei gratia Selonensis episcopus omnibus catholicam fidem profitentibus in perpetuum. Quia totius boni emulus hostis antiquus adversus ecclesiam Dei non desinit, quantum valet, malignari, quosdam ad hoc suscitando quos habet vasa iniquitatis, Deo auctore satagendum est, qualiter obviari possit parti inique tam rationis titulo quam auctoritatis. Quapropter fidelium universitati tam futurorum quam presentium volumus innotescere, quod nos cum Widekindo advocato de Rethe cognato nostro spiritu consilii salubriter instructi ad dotationem novelle plantationis campi videlicet beate Marie, quem auctoritate domini pape et consensu episcopi Monasteriensis Hermanni fundavimus, assignare bona quedam cum ipsorum attinentiis dignum duximus et salutare, quatinus boni imitatores odore pietatis attracti similiter facerent, et ecclesia Dei suis proficeret incrementis. Que nostra donatio licet in aliis privilegiis immobilem habeat firmitatem, tamen ut fortius obstruatur frequens aditus malignantium, non ociosum reputavimus hoc factum recapitulare, et de nostro cyrographo et filiorum nostrorum adhibere munimen habundans atque cautelam. Sunt autem hec bona: Provestinchof, Silehorst, Ripen, Bulte, Honlo, Lochus, Cawelle, Gerwordincktorpe; insuper et Broke et Hindenevelde simul cum decima Herthe, que de elemosina nostra in Lippia prefata ecclesia conquisivit. Ut igitur ecclesie Dei tuta sit in perpetuum sua hec oblatio, presentem paginam conscribi nostrique appensione sigilli et filiorum nostrorum fecimus communiri, auctoritate domni pape et nostra terribiliter excommunicantes eos, qui beate Marie campum in hiis precipue oblatis calumpniari presumpserint vel aliquatenus inquietare. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XXI°, indictione nona. Preterea adiciendum curavimus, ut fieret annuatim me-

---

[1]) So schreiben wir statt „glandinum", des Originals.

[2]) Dessen Leben kürzlich Dr. Napiersky in dem Rigaischen Almanach für 1858 in dankenswerther Weise beschrieben hat.

moria fidelis Widikindi advocati, Conradi vicedomini et nostri more exequiali, et fratres die exequiarum suam perciperent consolationem; insuper et memoria Helewigis et filiorum eius, quorum hec sunt nomina Gerhardus, Otto, Bernhardus, Theodericus, Hermannus.

Die von Kindlinger p. 149 beschriebenen Siegel sind jetzt nicht mehr erhalten.

## 168.

* *Gr. Otto von Tecklenburg überträgt ein Haus in Westmattenhem dem Kl. Marienfeld.* 1221. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 43; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 6'; *IV,* 10 *p.* 1.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia comes de Tekeneburg omnibus Christi fidelibus, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, in perpetuum. Ne testibus morte sublatis deficerent actiones, prudenter ab antiquo provisum est, ut in locum testium morte deficientium succedat perpetua fides instrumentorum. Quapropter notum facimus tam futuris quam presentibus, quod nos in presentia ministerialium nostrorum et aliorum, qui subscripti sunt, proprietatem domus in Westmattenhem, quam de manu nostra tenuit quondam in feodo vir nobilis Adolfus de Holto, contulimus ecclesie campi beate Marie, in honore virginis eiusdem et gratia nostre salutis in vita eterna. Quia vero Heinricus miles, cognomento Dunker, domum eandem feodali iure possedit, quam de manu ipsius Adolfi tenuerat, acceptis a prefata ecclesia XXVI marcis, resignavit libere in manus iam dicti Adolfi et hoc in castro Rethe, stantibus ibidem uxore sua, filiis et filiabus et fratre ipsius Godefrido nondum uxorato, qui et insimul resignaverunt, quicquid in bonis ipsis hereditario iure videbantur habere, sub testimonio plurium, quorum hec sunt nomina: Adolfus comes de Scoenborg, Adolfus nobilis de Holto et Everhardus capellanus de Rethe; item Albero marscalcus, Machorius de Ketteslare, Ekbertus de Battenhorst, Lambertus Hale milites; et Georgius de marka Brandeneburg, Nicolaus de Withe, Johannes de Lagen servi. Similiter quoque prefatus Adolfus de Holto domum ipsam resignavit nobis una cum uxore sua ac liberis universis. Preterea propter processum rei memorie commendandum, adiciendum reputavimus non inutile, quod videlicet dominus Wicboldus, frater domini Adolfi de Holto, hoc factum fratris sui inpedire et cassare volens, illam domum inpetiit ac suo iuri vendicavit. Qui tandem ab amicis suis commonitus, conquievit acceptisque tribus marcis ab ecclesia prefata sue renuntiavit actioni, et omnem scrupulum gravaminis, quod vulgo dicitur ansprake, coram nobis pro se ac suis heredibus resignavit in castro nostro Tekeneburg et hoc sub testimonio Conradi de Brochterbeke, Theoderici de Horne, Hermanni de Gent, Godescalci Budde militum et aliorum. Ut igitur hec donatio nostra stabilis semper et inconvulsa permaneat, presentem paginam sigilli nostri inpressione et fidelium testium subscriptione communivimus quorum hec sunt nomina: Theodericus de Horne, Hermannus de Gent, Bernhardus de Bramhorne, Theithardus de Aspelencampe, Stephanus Sconewedder, Heinricus Werence, et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M°.CC°.XXI°, indictione IX^a^.

An einer wollenen Schnur hängt das Burgsiegel des Gr. von Tekeneburg.

## 169.

* *Graf Otto von Tecklenburg überträgt dem Kl. Marienfeld den Hof zu Rupenlo. Ohne Iahr, aber vermuthlich* 1221. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 45; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 62'; *IV,* 10 *p.* 9.

Otto Dei gratia comes de Tekeneburg. Quod proprietatem curtis in Rupenlo obtulerimus cenobio campi beate Marie, quam videlicet curtem dominus Adolfus de Holte feodali iure tenuit quondam a nobis

et in manus nostras resignavit, testimonium fidele perhibemus et fratribus eiusdem cenobii plenariam prestamus, ubicunque opus habuerint warandiam [1]).

Das Siegel des Grafen ist nicht mehr erhalten.

## 170.

** Hermann von Lippe tauscht mehre in der Nähe seiner Burg Rethe belegene Häuser von dem Kl. Marienfeld ein. 1221 April 25. — Orig. Kl. Marienfeld U. 42; Abschr. Msc. I, 106. f. 70'.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hermannus de Lippia omnibus, ad quorum noticiam scriptum presens pervenerit, in vero salutari salutem. Memoria hominum fragilis et ad turbas rerum non sufficiens contra oblivionis incommodum utile habet remedium, dum ad privilegiorum recurrit presidium. Quoniam ergo vicinitas possessionum multiplicare solet utilitatem vectigalium, nos nostris et ecclesie campi sancte Marie commoditatibus provide consulere cupientes, tres domos, videlicet Garthus, Waterhus et Sculenburg, castro nostro Rethe vicinius adiacentes, in concambio suscepimus a prefato monasterio, restituentes ei domum nostram in Bersen et medietatem decime in Bersen, quam de manu eiusdem ecclesie tenuerat in feodo Hermannus de Popingsile, quam et nos cum heredum nostrorum consensu ipsi ecclesie liberam fecimus ab omni iure feodali, datis XX marcis domino Hermanno iam predicto. Ad cuius facti confirmationem dominus Winricus abbas accessit nobiscum Rethe, ubi Hermannus de Popingsile cum uxore, liberis et heredibus suis medietatem pretaxate decime in manus abbatis eiusdem cum debita sollempnitate ecclesie resignavit, quam cum ipso ad manum ecclesie suscepimus, simul cum Heinrico dapifero et fratre ipsius Alberto. Preterea illud non frustra adiciendum decrevimus, quod iam sepe dictus Hermannus de Popingsile promisit coram nobis et castellanis nostris Rethe sub obtentu bonorum, que habet de manu ecclesie, hoc se ratum habere semper cum omni heredum suorum posteritate, adiciens in presenti cautionem specialiter pro filio suo plenam etatem adhuc non habente. Ab eadem etiam ecclesia sub domino Giselberto abbate suscepimus in concambium proprietatem curie in Popingsile, restituendo ei domum nostram in Bennigthorpe, cum collaudatione Ode uxoris nostre, filii nostri Bernardi et heredum nostrorum accedente consensu. Ut igitur stabilis perseveret in perpetuum huius cambitionis vicissitudo, presentem inde paginam conscribi et eam sigillo domini Theoderici episcopi Monasteriensis et nostro fecimus communiri. Quicumque ergo ausu temerario huic facto contraire presumpserit, cum Dathan et Abiron sue temeritatis inveniat portionem. Acta sunt hec atque stabilita anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo vicesimo primo, VII° kalendas Maii, indictione XVI[a] (!), cum tamen prius ad novem annos ecclesia prefata possederit Bennigthorpe et Bersen. Testes autem huius rei sunt: Everhardus capellanus noster, Heinricus dapifer et frater ipsius Albertus, Albero marscalcus, Rotbertus de Kerthorpe, Hermannus de Popingsile, Bruno de Sutherlage, Arnoldus Rise, Achilles aliique plures qui facto huic interfuerunt.

An rothseidenen Schnüren hangen das grosse Siegel B. Dietrichs, welches gut erhalten und künstlerisch merkwürdig ist, und das Siegel Hermanns von Lippe, welches gelitten hat.

## 171.

*Hermann von Lippe bekundet den Verkauf von Gütern seitens des Edlen Reinher von Stormede an das Kl. Marienfeld. 1221. — Or. Kl. Marienfeld U. 40a; Abschr. Msc. I, 106. f. 131; gedr. Kindlinger Beitr. III. U. p. 150.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Universis Christi fidelibus, quibus hoc scriptum innotuerit Herimannus de Lippia in Domino salutem. Multis occuritur incommodis et magnis, quando negocia man-

---

[1]) Ausser dieser Urk. findet sich abschriftlich Msc. I, 106. f. 23' noch eine andere desselben Grafen, worin er dem Kloster „proprietatem domus in Rupelo sicut proprietatem curie in Vorne" überlässt, gleichfalls o. J. u. Z.

dantur testibus atque litteris. Noverint igitur tam posteri quam moderni, de bonis in Lintberge et de manso in Dorenberge pertinentibus ecclesie campi sancte Marie sic esse processum: Reinherus nobilis de Stormede bona eadem et mansum ipsum vendidit pro LXX marcis domino Giselberto abbati et fratribus eius, et in foro, quod vulgo dicitur vriething, apud Mattenhem coram comite Eggehardo tunc presidente resignavit funditus proprietatem bonorum in manus ecclesie predicte, collaudantibus uxore filiis et filiabus Reinheri et fratre eius Rabodone et filio Rabodonis Alberto cum heredibus ipsorum. Ad cuius facti confirmationem, procurante Reinhero, scabini secundum consuetudinem iuris civilis miserunt fratres campi sancte Marie sollempniter in possessionem. Astiterunt huius rei testes: Albertus decanus de Hoswinkele, Conradus comes de Noringen, Willelmus de Dulberg, Otto de Odeslao nobiles; Heinricus dapifer et frater eius Albertus, Bruno de Suderlage, Heinricus de Weslare, Wiggerus de Locsethen, Heinfridus de Remese, Aldag de Holthusen et scabini de Belen scilicet Gerhardus, Wescelus et Gerhardus. Porro filio Roberti Colcevac Rodolfo agente contra supradictos pro eisdem bonis tamquam pro iure hereditario fratres, cui Reinherus nichil recognovit, ecclesia prefata talem sopivit actionem datis quinque marcis ad consilium nostrum et matris Rodolfi et Willelmi vitrici ipsius, et resignavit Rodolfus actionem suam in manus episcopi Osnaburgensis Adolfi et Winrici abbatis, in presentia prepositi de Clareholte Luggeri et nostra et filii nostri Bernardi, astantibus etiam Alberone marscalco, Everhardo de Ervethe, Arnoldo Rise et aliis. Nos igitur in testimonium huius facti presenti pagine nostri cyrographi apposuimus firmamentum. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M°.CC°.XXI°, quando scilicet hec peracta sunt et stabilita sub domino Winrico abbate.

An leinenen Schnüren hängt das oben beschriebene Siegel Hermanns von Lippe.

## 172.

** Baldwin, Graf in Bentheim, überträgt seiner Schwester, der Äbtissin Gertrud von Metelen, ein Haus.*
1221. — *Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Baldwinus comes in Benthem. Propter multifarias temporum et etatum mutationes declaramus tam posteris quam modernis, quod nos dilecte sorori nostre Gertrudi abbatisse in Metelen domum quandam in Selen de nostro, cum hominibus ad eam pertinentibus, libere reliquimus patrimonio, nisi forte nos vel heredes nostri, datis ipsi in recompensationem eiusdem domus viginti marcis, eam in posterum recipere vellemus. Hanc autem domum sive pecuniam de redemptione domus pretaxatam, soror eadem nostra multa circa ecclesiam fervens karitate sibi commissam conventui suo, nobis plenum prebentibus consensum ob remedium animarum nostrarum, contulit perpetualiter, exclusa penitus et contradicta cuiuslibet advocati potestate et insolentia. Datum Benthem anno gratie M°.CC°.XXI°. Testes sunt: Fredericus dapifer, Nikolaus, Bernardus Corvus, Magenus, Bertoldus presbiter et alii plures de Benethem; de Metelen, Hartungus presbiter, Wernerus de Hewen, Gozcalcus de Hek, Rutgerus pincerna et alii viri probi et honesti.

Das Siegel ist sehr beschädigt.

## 173.

*Die Stadt Münster theilt um das Jahr 1221 an Bielefeld ihre Statuten mit. — Diese transsumirt eine Urkunde des Grafen Otto's IV. von Ravensberg für Bielefeld vom 16. Juli 1326, an welchem Tage er dieser Stadt auch den gleichfalls unten folgenden Freiheitsbrief seines Vaters Otto's III. vom 18. Mai 1287 bestätigte.*

Die nachfolgenden von den Schöffen zu Münster der Stadt Bielefeld zugefertigten Statuten werden sowohl von Kamptz Preuss. Provinzial- und statutarische Rechte II. p. 384 u. 501, als auch von Niesert U.-S. III. p. 99 und Gengler

deutsche Stadt-Rechte des Mittelalters p. 23 u. 304, dem Jahr 1326 zugeschrieben. Ich glaube indessen, dass ihre Ausfertigung schon um das Jahr 1221 erfolgt ist und dies zwar aus folgenden Gründen. Zunächst sagt Otto III., Graf von Ravensberg, in seiner Bestätigungs-Urkunde v. Jahre 1287 „quod nos- - civitatem nostram Bilevelde *ab antecessoribus sive a progenitoribus nostris* esse recognoscimus libertatam", und unterscheidet, wie mir scheint, hierbei ein doppeltes Moment: einmal die Begabung Bielefelds mit Stadtrecht durch seinen antecessor und dessen Confirmation durch seinen progenitor. Dies wird durch die Geschichte der Grafen von Ravensberg weiter bestätigt. Graf Hermann starb zwischen den Jahren 1218 und 1220; ihm succedirten seine beiden Söhne Otto II. und Ludwig (vgl. v. Ledebur Vlotho p. 23). Bielefeld ist nach einer Urkunde K. Heinrichs VII. noch 1224 in Graf Otto's II. Besitz, wurde von ihm aber in dem Theilungsvertrage von 1226 seinem Bruder Ludwig überlassen, welche beide Urkunden wir unter den betreffenden Jahren geben werden. Ludwigs Sohn aber ist der Graf Otto III., welcher 1287 die in Rede stehende Bestätigungs-Urkunde ertheilte. Hieraus folgt nun, dass Bielefeld sein Stadtrecht schon vom Grafen Otto II., dem antecessor Otto's III., während der Jahre 1220—1226 erhalten, und dass später Otto's III. progenitor, Ludwig, zwischen 1226 u. 1249 es zum ersten Male bestätigt hat. Wenn dann Otto III. weiter sagt: „Item *ius civile* civitatis Monasteriensis, quod etiam prenominata civitas nostra habuit *a dictis antecessoribus nostris* — confirmavimus et confirmamus," so erhellt daraus, dass bei der ersten Ertheilung des Stadtrechts Bielefeld sogleich auch die Münsterschen Statuten mit überkam. Demnach müsste dies vor dem Jahre 1226 erfolgt sein. Nach Ausweis der Statuten selbst ist diese „lex municipalis" der Stadt Münster „communi consensu scabinorum civitatis illius" und in Gegenwart von 12 namentlich angeführten Münsterschen Schöffen niedergeschrieben worden. Von diesen kann ich drei positiv aus andern Urkunden nachweisen. Unter den in diesem Bande gedruckten Documenten erscheint nämlich Hinricus de Lon in den Jahren 1209, 1213 u. 1231, Thidericus Wurethe in den Jahren 1231 u. 1240, und Bernhardus de Molendino in dem J. 1227 als Zeuge. Ausserdem möchte ich den Hinricus Stepekole für identisch halten mit einem Zeugen unter einer Urkunde, worin Bischof Dietrich III. im J. 1222 dem „oppidum Bocholte" das Münstersche Stadtrecht ertheilt (siehe unten Nr. 174), wo aber Wigand Archiv II, 341 Hinrico Scepetulo, Nünning dagegen Mon. p. 262 Hinrico Frepetulo druckt, wenn überhaupt diese Formen nicht alle zu verwerfen, und anzunehmen ist, dass hiermit jener Hinricus Speculum gemeint sei, der in einer Urkunde des Kl. Aegidii v. J. 1227 erscheint. Aehnlich möchte es sich mit dem Schöffen Crathindhorn verhalten, und hierin der Crahto de Hornen, wie ihn Münstersche Urkunden der Jahre 1217, 1219, 1222 u. 1223 nachweisen, nicht zu verkennen sein. In Bezug auf die Namen einiger anderen Schöffen ist noch das nicht zu übersehen, dass wir zwar nicht einen Helger super Campo, wohl aber einen Wecelus super Campo zum Jahre 1232, und den einfachen Namen Helger z. J. 1223, so wie zu dem Engelbertus Hofrogge einen Cesarius Hofrege z. J. 1232 nachweisen können, in welcher letztern Urkunde (Ueberwasser Nro. 23) auch ein Hermannus de Molendino auftritt.

Liefern nun die Unterschriften der Schöffen den Beweis, dass diese Statuten zwischen den Jahren 1209 und 1240 von Münster an Bielefeld mitgetheilt worden sind, so wird, um die Zeit, wann dies geschehen, noch bestimmter festzusetzen, es sich fragen, wann Bielefeld zuerst als eine autonome städtische Corporation auftritt. Und hier ist ein Vergleich zwischen der Herforder Kirche und den Grafen Otto II. und Ludwig von Ravensberg aus dem J. 1221, wovon das Provinzial-Archiv das Original (Fürst-Abtei Herford, Urk. Anhang Nro. 1478) besitzt, und welchen v. Ledebur Vlotho p. 120 hieraus hat abdrucken lassen, von entscheidender Wichtigkeit. Wenn es nämlich hierin heisst: „*Cives* de Bylevelde iurabunt, quod deinceps nulla inquietatione vel ministeriales vel cives Hervordenses super dampnis, que in destructione *oppidi* acceperunt, gravabunt et quod non recipent aliquos homines ecclesie in concives sine licencia domine abbatisse et ecclesie", so erhellt deutlich daraus, dass schon im J. 1221 die Gesammtzahl der Bielefelder Bürger eine moralische Person, eine Corporation gebildet haben muss, da sie hier schwört, früher, vielleicht in der Zeit empfangene Unbill, wo Bielefeld ein „oppidum" war und keine Stadtrechte hatte, an den Herfordern nicht zu rächen, auch die Leute der Herforder Kirche nicht ohne deren Genehmigung in ihr Bürgerrecht aufzunehmen. Ausserdem aber erscheint diese letztere Bestimmung um so bezeichnender, als ja auch diese Statuten hier mit den Worten beginnen: „Cives non recipiunt aliquem in concivium suum qui habet dominum contradicentem."

Hiernach ist es klar, dass wir in dem 1326 von Otto IV. den Bielefeldern bestätigten Münsterschen Stadtrecht nur eine Erneuerung eines schon früher verliehenen Privilegs besitzen, und nicht annehmen können, dass erst 1326 die Statuten von Münster an Bielefeld mitgetheilt worden sind. Das Document von 1326 transsumirt also nur ein früheres, nach unserer Ansicht um 1221 erlassenes. Und dies wird dadurch zur Gewissheit erhoben, dass die Münsterschen Schöffen im Eingange der Urkunde sagen: „et quod communi consensu scabinorum civitatis illius (Monasteriensis) hec lex municipalis huic pagine inscripta sit, dicte civitatis declarat *sigilli appensio*". Wären die Münsterschen Statuten erst 1326 nach Bielefeld gekommen, so müsste dies das Original und mit dem Siegel der Stadt Münster versehen sein. Dies ist aber nicht der Fall. Ebenso wie Otto IV. am 16. Juli 1326 den Bielefeldern die städtische Freiheit erneuerte, indem er die Bestätigungs-Urkunde Otto's III. v. J. 1287 vollständig in sein Privileg einrücken liess, ebenso verfuhr er an demselben Tage mit den um 1221 niedergeschriebenen Statuten.

Dass wir diese Statuten hier nach dem Original von 1326 bekannt machen können, verdanken wir dem Wohlwollen des Magistrats der Stadt Bielefeld und der Güte des Professors am dortigen Gymnasio, Herrn Hinzpeter, der dies auch für deutsche Rechtsgeschichte wichtige Document mir persönlich nach Münster überbrachte. — Eine beglaubigte Abschrift des 16. Jahrhunderts besitzt das Prov. Archiv in den „Allerhand Handlungen der Gr. Ravensberg, lib. sextus. Msc. VII, 3101. E. fol. 128; ausserdem eine aus dem Druck von 1685 geflossene und mit dem Original von dem Archivar Herrn Haarland verglichene Copie Msc. VII, 2042. vi. Nr. 69. Gedruckt sind die Statuten im „Jus statutarium civitatis Bilefeldensis, oder Bielefeldisches Stadtrecht. Bielefeld 1685. pag. 101. 4°.“, welches ich nicht kenne, aus dem aber der Abdruck bei v. Kamptz p. 501—504 geflossen ist, dessen Paragrapheneintheilung ich übernommen habe, und bei Niesert U.-S. III. p. 99 sq.

Die Bestätigungs-Urkunde Graf Otto's IV. in Betreff des von seinem Vater Otto III. 1287 gegebenen Freiheitsbriefes konnten wir aus einer dem J. 1326 gleichzeitigen Abschrift auf Pergament geben, die Msc. VII, 3101. l. c. eingebunden ist, und hiermit die von Haarland collationirte Abschrift l. c. Nro. 68 vergleichen.

Universis ac singulis presencium continènciam inspecturis vel audituris pateat evidenter, quod nos Otto comes de Ravensbergh, Bernhardus prepositus ecclesie Schildesensis eius frater, Margareta comitissa ad preces scabinorum et civium nostrorum in Bilvelde privilegia ipsis abolim a progenitoribus nostris data, cum ex vetustate perierint, de consensu heredum nostrorum sub sigillis nostris iuxta formam subscriptam presentibus duximus innovanda:

Otto, Dei gracia comes de Ravensberge, omnibus presens scriptum visuris vel audituris salutem et cognoscere veritatem. Quoniam ab interitu mortalium vive vocis deficit probatio, necesse est, ut actus hominum temporales litterali testimonio confirmentur. Noverint igitur universi, quod nos comes prenominatus civitatem nostram Bilevelde ab antecessoribus sive a progenitoribus nostris esse recognoscimus libertatam, hanc vero libertatem, fratre nostro domino Lodewico ecclesie sancti Johannis Osnaburgensis et Scildecensis preposito et uxore nostra domina Hadewige comitissa ac omnibus heredibus nostris consencientibus, ratificavimus et ratificamus per presentes literas perpetuo duraturam. Item ius civile civitatis Monasteriensis, quod eciam prenominata civitas nostra habuit a dictis antecessoribus nostris, cum connivencia heredum nostrorum confirmavimus et confirmamus firmiter in hiis scriptis, volentes ut eadem civitas nostra Bilevelde et omnes eiusdem civitatis cives sive burgenses semper regantur et gaudeant dicto iure. Hoc insuper expresso: si aliquis vel aliqui de prefatis civibus excessum commiserit vel commiserint, seu indignationem nostram aut heredum nostrorum incurrerit vel incurrerint, ita quod ipsi vel ipsis a nobis sive ab heredibus nostris pro aliquo forefacto culpa inponatur, contra illum seu illos personaliter vel per officiales nostros coram iudicio vel consulibus sepe dicte civitatis nostre secundum iuris sententias procedemus, prorsus civibus Bileveldensibus iniuram vel violenciam aliquas nullatenus inferendo. Ut autem omnia supradicta a nobis et ab omnibus heredibus ac successoribus nostris inviolabiliter observentur, presentem paginam inde conscriptam civitati nostre Bilevelde et universis civibus ibidem dedimus, sigillis videlicet nostro et fratris nostri domini Lodewici prepositi ac uxoris nostre domine Hadewigis comitisse, necnon filii nostri domini Hermanni Tungariensis prepositi roboratam. Datum et actum Bilevelde anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo septimo XV. kalendas Junii.

Innovatio huiusmodi facta est in crastino divisionis apostolorum anno incarnationis dominice millesimo tricentesimo vicesimo sexto.

(L. S.) (L. S.) (L. S.)

Hoc civile ius exercetur in civitate Monasteriensi, et quod communi consensu scabinorum civitatis illius hec lex municipalis huic pagine inscripta sit, dicte civitatis declarat sigilli appensio.

1. Cives non recipiunt aliquem in concivium suum, qui habet dominum contradicentem. 2. Si recipitur, vadiabit quatuor solidos, et unum solidum dabit incontinenti. 3. Vadium in hunc modum relaxatur, si dederit eodem die duos solidos ante occasum solis. 4. Si non dederit, per XIIII dies dabit IIII solidos plenarie. 5. Si aliquo fuerat obligatus gravamine antequam reciperetur, de hoc non tenetur eum eximere civitas. 6. Sed si quid postea ei gravaminis subrepserit, in hoc ei tenetur assistere consilio et auxilio. 7. Si vero infra annum et VI septimanas dominus suus superveniens eum de servitute iuste convicerit,

sine restitutione denariorum, quos dederat, a concivio alienari debet 8. Civis infirmus, quamdiu potest levare manum suam, poterit dare res suas, cui vult, preter hereditatem que dicitur herwede; similiter mulier preter illa que dicuntur rathe. 9. In sede nupciarum dant sponsus et sponsa mutuo res suas, nisi velint interponere differenciam. 10. De herwede et de rathe licet dari VI denarios ad sepulturam defuncti, si non habet alias res. 11. Si moritur mulier habens filias, senior debet partiri, et iunior eliget. 12. Mulieris rathe cedent eius sororibus equaliter, si non habet heredem et si unius sint conditionis. 13. De herwede datur optimus equus, qui viri proprius fuit, galea vel pileum ferreum, gladius, sella, calcaria, frenum, francisca vel lancea; lorica non dabitur; omnes vestes formate dantur. 14. Ad rathe dantur hec: optimum lectisternium; melius post optimum retinebit vir; si tantum I habet, retinebit; pulvinaria, cussina, mensalia, linteamina; sed de quibuslibet retinebit id, quod melius sit post optimum; aurum sanum; fractum non datur; omnes vestes incise; omne linnum concussum; pannus textus non datur; fila non texta dantur; arca vel curva cista et scrinium super sinum [1]). 15. Qui dat herwede vel rathe, in arbitrio suo est, si incontinenti exponat triplici iuramento vel per XIIII dies; medio tempore nil demet, sed attinencia addere potest. 16. Si advenit iudex et cives, habebunt urnam vini vel VI denarios. 17. Si moritur extraneus, res sue servabuntur annum et diem; finito termino accipiet dominus ville. 18. Si quis occiderit, decollabitur; qui vulneraverit acuto ferro ad debilitatem, manus ei truncabitur; si non ad debilitatem, vadiabit LX solidos. 19. Si quis fecerit huiusmodi cum patino [2]), simili vindicta punietur. 20. Qui fecerit sanguinis effusionem sine acutis armis, vadiabit VII solidos, aut decoriabitur et radetur. 21. Si contigerit in taberna et non in platea, si componunt inter se, iudex non habet satisfactionem. 22. Qui facit iurgia coram iudice sine viciosis verbis, vadiabit tres solidos. 23. Qui facit extra iudicium, vadiabit III solidos; tercia pars cedet iudici, tercia civibus, tercia actori. 24. Qui faciunt iurgia extra civitatem, si non componunt inter se, dabunt civitati VI solidos. 25. Si componunt, qui intersunt habebunt III solidos, et civitas III. 26. Qui citatus non venit ad iudicium, vadiabit sex denarios; pro illis pignus accipietur. 27. Similiter sequenti die; si duabus vicibus citatus non venit, si domi presens est, iudex et civitas facient eum adduci. 28. Si hospes fecerit civem citari pro debitis que nominaverit, si non venit, iudex sequenti die ei solvet de rebus debitoris, quas actor ostenderit. 29. Si forensis homo [3]) incusatur a cive pro debitis, habebit inducias XIIII dies, si ponit fideiussorum inhabitantem et e contrario preter fideiussionem. 29a. Nullus trahet suum civem in iudicium die forensi; si fecerit vadiabit II solidos. 30. Qui suum civem alibi traxerit in iudicium, vadiabit II solidos. 31. Quicunque de culpa sui civis gravatus fuerit, ipsum eximere debet. 32. Qui defecerit in probatione pro debitis, vadiabit II solidos et alius solutus est. 33. Si hospes defecerit in probatione pro debitis vel duello, vadiabit marcam. 34. Si quis extraneus voluerit civem in servitutem redigere, primo certificabit iudicem de marca, quam dabit si defecerit in probatione. 35. Si extraneus accommodaverit civi pecuniam, civis convictus a concivibus solvet vel sui heredes. 36. Si quis interrogatus coram domino nostro de sententia, petivit inducias ad presenciam duorum scabinorum absentium, habebit XIIII dies; tunc autem dabit, vel alius interrogatus dabit secunda die. 37. Qui facit tumultum coram domino nostro vel coram iudice, vadiabit sex denarios. Qui proclamavit ad arma, non vulneratus, et non blaveus, et non spoliatus, vadiabit VII solidos, aut decoriabitur et radetur. 38. Si civis requisierit iudicio res suas furtivas, nullam portionem habebit iudicium. 39. Si hospes requisierit iudicio res suas furtivas, iudex habebit terciam partem, hospes faciet estimacionem et iudex eliget. 40. Qui non venerit ad indictum colloquium, vadicabit V denarios. 41. Qui potest duobus civibus probare priorem possessionem in pignore, debet potius obtinere, quam posterior possit infringere. 42. Quicunque prior conqueritur de debitis super [4]) wicbelde, ipsi primitus iudicabitur, et postea aliis, quamdiu sunt ibi res.

---

[1]) Das häufig mit Goldstickereien geschmückte Brusttuch, vulgo: Borstlappen. — [2]) Holzschuh. — [3]) d. i. derjenige, der der Gerichtsbarkeit eines Orts, wo er weder wohnt noch Bürgerrecht hat, in Betreff der unbeweglichen Güter, welche er dort besitzt, unterworfen ist. — [4]) „vel in“ von derselben Hand darüber geschrieben.

43. Posterior compellit priorem iudicio, ut accipiat debitum suum de wicbilethe infra XIIII dies, deinde aliis iudicabitur. 44. Si quis obtinuerit sentenciis, quod debet ostendere res, de quibus debitor suus ei possit solvere, non licet ei ostendere super vestes suas et sue uxoris et eius suppellectilem, si habet wicbelethe vel alias res. 45. Quicunque suum wicbilede possidet annum quiete, si voluerit probare possessionem simplici iuramento, admittetur, nisi testibus infringatur. 46 Si quis alterius wicbilethe occupaverit iniuste, quod [1]) sudes in eo locaverit, ideo idem LX solidos vadiabit convictus. 47. Nullus civis tractus in iudicium pro debitis, ponet fideiussorem suo civi, nisi a principio posuerit. 48. Hospes citatus si non venerit in iudicium, vadiabit LX solidos; si profugus est, et peremptorie citabitur. 49. Qui telonium deportaverit, LX solidos vadiabit, vel septima manu se expurgabit. 50. Quicunque processerit in probationibus, quas facturus est, nichil dabit iudici nec preconi. 51. De qualibet area, quotquot edificia in ea construuntur, amplior pensio non requiretur, nisi que de sola area fuerat primitus constituta. 52. Qui annum habitaverat in wicbilethe, nullo eum in servitutem redigente, libertati debet addici. 53. Si quis scabinum inculpabilem viciose tractaverit, vadiabit iudici III solidos et cuilibet scabino tres. 54. Si discordia oritur inter cives, scabini possunt suo consilio componere sine iudice, si questio non pervenerit ad ipsum. 55. Quicquid lucratur iudicium et civitas, medietas cedet iudici et medietas ad usus civitatis. 56. Si civis obligaverit res hospitis, si eo die non venerit responsurus ad iudicium, res sue obligate erunt XIIII diebus. 57. Si fur aut alius homo res commiserit alicui servandas, si dixerit servator se habere in pignore, quod iuramento probaverit hoc obtinebit, si non veniunt res ad presentiam iudicis. 58. Si vir moritur subito, uxor habebit medietatem hereditatis sue et pueri medietatem. 59. Quilibet puerorum accipiet hereditatem alterius, et matri cedet hereditas puerorum. 60. Preterea legem, quam habet civitas Monasteriensis, plenarie habebit Bilevelde.

Nomina scabinorum, in quorum presentia scripta sunt hec: Hinricus de Lon, Johannes Alfharding, Hinricus Stepekole, Crathindhorn, Thidericus Wurethe, Ludolf de Borken, Hinric Salmenhovet, Helger super Campo, Regemunt, Bernhardus de Molandino, Engelbertus Hofrogge, Arnoldus de Borken et ceteri aderant scabini.

Et nos Otto comes de Ravensberghe, Bernhardus prepositus ecclesie Schildecensis eius frater, Margareta comitissa pro nobis et heredibus nostris premissa omnia sub sigillis nostris appensis presentibus approbamus et irrefragabili confirmatione ad preces civium nostrorum in Bilevelde innovavimus. Anno Domini millesimo CCCmo vicesimo sexto, in crastino divisionis apostolorum.

An Schnüren aus rothen und gelben seidenen Fäden hängen noch die ziemlich gut erhaltenen Siegel des Grafen Otto, welches dem bei Lamey p. 80. abgebildeten entspricht, und der Gräfin Margaretha: in einer sechsblätterigen Rose steht eine weibliche Figur, auf der Linken einen Falken; ihr zur Seite hängen zwei Wappenschilder, zur Rechten mit den Ravensbergischen Sparren, zur Linken mit dem Bergischen Löwen; zu ihren Füssen zwei Hunde, wovon der rechts an sie heranspringt.

## 174.

*B. Dietrich III. verleiht dem oppidum Bocholte das Münstersche Stadtrecht.* 1221 [2]) *Januar* 17. *Münster.* — *Hier gedruckt nach Nünning Monum. p.* 262 *und Wigand Arch. II,* 341.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodoricus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus tertius. Universa negotia mandata litteris et testium veritati, ex eorum memoria immobile trahunt firmamentum, et per eam universa calumnie prevenitur materia. Ex nostre itaque dignitatis officio et regimine

---

[1]) „quot" die U.

[2]) 1222 nach unserer Rechnung.

nobis commisso fideliter et viriliter ad hoc intendere debemus, ut ecclesiam nostram in statu tranquillitatis conservemus, et procellis ipsam movere volentibus, provido consilio priorum ecclesie nostre et ministerialium, murum immobilem pro possibilitate nostra illis opponamus, incrementum etiam ipsius tam in spiritualibus quam in temporalibus fideliter procurantes. Ad universorum igitur tam presentium quam futurorum Christi fidelium notitiam pervenire volumus, quod oppidum nostrum in Bocholte intra terminum episcopatus situm, cum iugibus et quotidianis insultibus hostium esset expositum, vidimus, quod sine nostro solatio subsistere non posset. Unde moti piis civium predicti oppidi precibus, favorem nostrum, quoniam eosdem sincere diligimus, circa ipsos in tantum inclinavimus, ut oppidum iam dictum cum habitatoribus ipsius aliqua speciali prerogativa extolleremus. Placuit ergo nobis et ex liberalitate nostra eisdem indulsimus, ut simili eodemque iure in omnibus et per omnia gaudeant et regantur, quo civitas Monasteriensis cum suis habitatoribus infra ambitum civitatis uti consuevit et gubernari. Si autem super eodem iure cives predicti oppidi ad aliquod dubium deducantur, Monasterium accedant, solutionem sue dubietatis a iudice nostro et a scabinis illius loci et burgensibus accepturi. Ut autem hoc factum rationabile et honestum ratum maneat et inconvulsum, presens scriptum sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo primo, regnante gloriosissimo domino Friderico Romanorum imperatore et semper augusto, pontificatus nostri anno quarto, coram viris honestis: Renboldo maiore preposito, Volmaro sancti Pauli preposito, Hermanno maiore decano, Godefrido preposito sancti Ludgeri, Ludolpho preposito Frisie, Ludgero quondam sancti Pauli decano; coram ministerialibus: Hermanno de Monasterio, Suetero de Dingeth et filio eius Suetero, Godefrido burggravio de Rechete [1]), Luberto de Beveren, Bernardo Paschali Die [2]), Alberto dapifero; coram scabinis: Suetero, Wernero, Bertholdo decimatore, Tiderico Corvo, Tiderico de Lecden, Hinrico Alebrandinch, Hinrico Stepeculo [3]) et aliis quam pluribus. Datum Monasterii, decimo sexto kalendas Februarii, per manus notarii nostri Alberonis.

## 175.

** B. Dietrich III. überträgt gewisse Zehnten in Seppenrade und Verthincthorpe an das Ägidii-Kloster zu Münster. 1222. — Or. Kl. Ägidii U. 14; Abschr. Msc. I, 81 p. 287.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus tercius. Quoniam generatio preterit et generatio advenit, necesse est, ut ea, que apud homines rite geruntur, ne oblivioni subiaceant et ignorancie, litterarum eternitate subsidium sue firmitudinis sortiantur. Noverit igitur tam presencium quam futurorum fidelis animadversio, quod Remboldus Monasteriensis ecclesie maior prepositus, tenuitatem ecclesie beati Egidii infra civitatem nostram fundate pio ac paterno respiciens affectu, decimam in Sepperothe sitam pro sublevanda ecclesie memorate indigentia suis comparavit expensis a domino Lamberto de Ulflon, quam idem L. de manu domini Gerlagi vulgo Bitter appellati tenebat in feodo. Postmodum vero dominus Gerlagus eandem decimam, qua fuit inbeneficiatus a nobis, consensu et compromissione suorum heredum in manus nostras resignavit legitime, prememorata tamen decima in manus domini G. iam sepe dicti prius ab eodem L. consensu et compromissione suorum heredum legitime resignata. Nos autem ecclesie beati Egidii, cuius incremento semper intendere pronum habemus desiderium, prememorate decime proprietatem cum omni integritate proventuum perpetua donatione contulimus. Preterea proprietatem decime in Verthincthorpe a domino Wilhelmo de Quenethorpe ab eadem ecclesia quadraginta et sex marcis empte, consensu eciam et compromissione suorum heredum legitime in manus no-

---

[1]) „Rechethus“ Wigand l. c. — [2]) Diese von Wigand’s Quelle gegebene Form ist nur eine Uebersetzung des auch sonst vorkommenden Namens „Paschedag“. Nünning liest: „Paschalini“. — [3]) Nünning hat „Frepetulo“, Wigand „Scepetulo“

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

stras resignate, cum omni integritate iam dicte contulimus ecclesie. Ne autem hoc factum rationabiliter ordinatum apud posteros in dubium transire valeat vel in contentionem, presentem paginam exinde conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari, sub anathemate precipientes, ne aliquis huic ordinationi rationabiliter facte ausu temerario presumat contraire. Acta sunt hec a. ab inc. D. millesimo. CC°.XX°.II°, presidente Romane sedi domino Honorio papa tercio, pontificatus nostri anno quarto. Testes huius rei sunt: clerici Remboldus maior prepositus, Godefridus sancti Johannis prepositus, Bernardus cellerarius, Fredericus, Monasteriensis ecclesie maioris canonici; comes de Benethem, Hermannus de Monasterio, Lutbertus de Beveren, Nicolaus de Benethem, Johannes de Billerbeke, Thidericus de Ramesberg, Thimarus Falco, Amelungus de Berne et alii quam plures.

Das an gelben und rothen seidenen Schnüren anhängende Siegel des Bischofs hat gelitten.

## 176.

* *B. Dietrich III. schlichtet einen Streit zwischen dem Johannitermeister zu Steinfurt und Israel von Senden über den Zehnten der curtis in Kappenhagen.* 1222. — *Abschr. Msc. II,* 13. *p.* 231; *vgl. Niesert Urk.-Samml. V. p.* 16.

Theodericus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Universis — — notum esse volumus tam posteris quam presentibus, quod magister domus S. Johannis in Stenvorde et Israel miles de Senden pro decima curtis in Kappenhagen coram nobis litigantes, nos arbitros super hac causa statuerint. Nos igitur de consensu utriusque partis statuimus, ut dicta curtis pro decima antiquam annuatim redderet pensionem. Et ut hoc factum ratum habeatur, hoc scripto et sigilli nostri appensione confirmavimus. Testes autem huius rei sunt: decanus, prepositus, Godefridus decanus sancti Martini, dominus Godefridus de Altena, dominus Lubertus, dominus Rembertus, dominus Johannes de Huvele, magister Albertus et alii quam plures canonici Monasterienses. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XXII°.

## 177.

*Bischof Dietrich III. bestätigt dem Pfarrer zu Werne den Sterbfall von Allen, welche auf dem Kirchengute wohnen, und befreit dasselbe von aller weltlichen Gerichtsbarkeit.* Testes — — Engelbertus Osnabrugensis ecclesie maior prepositus, Andreas Cappenbergensis prepositus, Hermannus, Albero capellani, Hugo ecclesiasticus, Bernardus cellerarius, Ludolfus de Steinvorde, Christianus de Wiskelo, Gerhardus filius eius, Israhel de Sendene et alii quam plures. Actum a. d. i. M°.CC°.XXII°, ind. X°, concurr. VI[a], regnante glorioso Romanorum imperatore Friderico secundo. — *Abschr. des XV. Jahrh., Msc. II,* 39. *p.* 53; *gedr. Kindlinger Beitr. II. U. p.* 230, *mit der falschen Jahreszahl* 1223.

## 178.

* *Das Domcapitel zu Münster bekundet die Beilegung eines Streites wegen des Guts Clavinchusen.* 1222. — *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 268.

In nomine Domini Amen. Remboldus Dei gratia maior prepositus, H. decanus totumque capitulum maioris ecclesie Monasteriensis omnibus hoc scriptum inspecturis vel audituris salutem in eo, qui est vera salus. Literarum custodia pactionum servat memoriam, et res per eam permanet inconcussa. Ad universorum ergo notitiam volumus pervenire, quod cum inter L. de Benethem obedientiarium obedientie que dicitur Somersele ex una parte, et Petronillam quondam uxorem Luberti de Boynen et filium eius Lubertum ex altera parte, super manso qui dicitur Clawinchusen et eius attinentiis lis suborta fuisset tandem

bonorum virorum mediante consilio bonum pacis et concordie intervenit in hunc modum. Supradicta domina et puer eius proprietatem dicti mansi recognoscentes, ipsum, quoadusque vixerint, quiete possidebunt, ea tamen conditione, quod ab obedientiario eundem mansum teneant et eidem singulis annis proxima die Martini sine omni difficultate octo solidos Monasteriensis monete exinde persolvant. Procedente vero tempore, si iam dictam et eius puerum sine herede de medio tolli contigerit, idem mansus ad dominum Ludolfum dapiferum et eius pueros transibit, ita tamen quod ab obedientiario illum recipiant, et eandem, que dicta est, ipsi solvant pensionem. Ne autem inposterum aliqua suboriri possit calumpnia huius compositionis requirens titulum, presentem paginam exinde de consensu utriusque partis conscriptam sigilli nostri impressione voluimus communiri. Acta sunt hec a. d. i. M°.CC°.XXII°, presidente sancte Romane ecclesie summo pontifice Honorio papa tertio, regnante Romanorum imperatore Frederico. Testes autem sunt hii: Hermannus maior decanus, Volmarus sancti Pauli prepositus, Olricus de Drolshaghe, Hermannus de Borchorst, Johannes de Hůvele, Fredericus de Vreckenhorst, Cratho de Horne, Themmo iudex, Cratho et Amelunghus fratres de Berlere, Ludolfus de Boynen et alii quam plures.

## 179.

* *Die Basilica des Marienfelder Klosters wird eingeweiht.* 1222. *September* 4. — *Chron. Marienfeldense sæc. XVI. ineditum Msc. VII,* 1305. *p.* 3; *hieraus: Rottendorf's Chr. Marienf. Msc. II,* 87. *p.* 319 *und Kösters ib.* 76. *p.* 288 *Vgl. Schaten ad ann.* 1222.

Tempore suo (Winrici abbatis) basilica nostra consummata est et convenerunt reverendi et nobiles secundum carnem, sed devotione nobiliores in Christo patres Theodericus de Winsenborch (*leg.* Isenborch) Monasteriensis, Adolphus Ossnabrugensis, Conradus Myndensis et Bernardus Selonensis ecclesiarum episcopi ad dedicationem ecclesie nostre. Inter quos domnus Theodericus erat principalis quia diocesaneus. Ipse dedicavit ecclesiam et summum altare, Adolphus Ossnabrugensis episcopus dedicavit omnia altaria circa chorum in sinistra parte, Conradus quippe Myndensis episcopus omnia altaria in dextera parte dedicavit. Sane Bernhardus de Lippia Selonensis dedicavit altare S. Crucis in choro conversorum et omnia altaria reliqua. Facta est hec sollennis dedicatio in nomine sancte et individue Trinitatis ad venerationem perpetuam virginis Marie anno gracie MCCXXII pridie Nonas Septembris.

## 180.

* *B. Dietrich schenkt der St. Ludgeri-Kirche in Münster einen Zehnten.* 1223. — *Abschr. Msc. I,* 70 *p.* 5. *II,* 13. *p.* 89. *IV,* 3. *p.* 148.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Th(eodericus) Dei gratia Monasteriensis ecclesie minister humilis, omnibus tam futuri quam presentis evi fidelibus salutem in eo, qui est universorum salus. Quoniam homines cum omnibus diebus vite sue sicut umbra transeunt et plerumque ea, que ab ipsis et coram ipsis aguntur quanquam laudabiliter, lapsu temporis a sede memorie de facili labuntur, nisi fuerint aliquo pie recordacionis munimine roborata, hinc est, quod ad omnium noticiam venire cupimus, quod Bernhardus de Cappenbergh decimam in Suneborne super domos Frederici, Ludgeri, Levoldi, et tugurium quoddam, quod est ante pontem, quam de manu nostra in feodo habuit, acceptis a capitulo sancti Ludgeri XVIII marcis et dimidiam, in manus nostras libere et absolute resignavit. Cum vero decimam iam dictam in manu nostrâ vacantem haberemus, considerantes novellam prefate ecclesie plantacionem esse, nosque et omnes rigacioni eiusdem ad uberius momentum intendentes divina remuneratione et subsidiis beati Ludgeri, verum etiam communione oracionum, que ibi fiunt non carituros, ipsam eidem contulimus ad prebendam fratrum augendam. Decima vero trium domorum manipulos et minutam decimam solvit, tugurium

tantum minutam. Ut autem hec rata maneant et inconvulsa, scripti nostri attestacione et sigilli impressione roboravimus. Si quis autem in posterum tam rationabile factum irritare presumpserit, auctoritate Dei et apostolorum Petri et Pauli et nostra anathematizatus, cum Chore et Dathan temporaliter pereat, et in die ventilacionis extreme, nisi cessaverit, a summo iudice cum reprobis audiat: «Ite maledicti» *et cetera.* Testes sunt: R. maior prepositus, V. sancti Pauli prepositus, G. sancti Ludgeri prepositus, B. celerarius, Al. notarius, H. decanus ecclesie cum suis fratribus; laici: G. castellanus de Rechethe, H. de Monasterio, L. de Beveren et filius suus, A. dapifer, Amelungus et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XXIII°, presidente sedi apostolice papa Honorio venerabili, regnante Romanorum glorioso (imperatore) Frederico, pontificatus nostri anno V.

## 181.

* *B. Dietrich III. schenkt der St. Martini-Kirche zu Münster einen Zehnten.* 1223 *Mai.* — *Abschr. Msc. 1,* 71. *p.* 2; *IV,* 4. *p.* 153.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus tertius omnibus in perpetuum. Ex iniuncto nobis pontificatus officio, commissarum ecclesiarum profectibus ea nos sollicitudine convenit intendere, ut in spiritualibus proficiant et in temporalibus valeant ampliari; et ut in hiis, que ad profectum earundem rite gesta fuerint, illarum plenius caveatur incommodis, non minimum est necesse, quod ea per scripture seriem ad hominum noticiam decenter transmittantur. Sciant ergo presentes et posteri non ignorent, quod Gerhardus de Rene et eius uxor cum suis pueris quandam decimam tam minutam quam aliam, quam de nobis in feodo tenebant, de consensu heredum suorum cum omni integritate coram clericis et laicis in manus nostras libere resignarunt. Huius videlicet decime redditus ad maiorem noticiam inferius sunt expressi: Domus Luberti in Holenbeke duo maltia avene et XII denarios, et minutam decimam et dimidium remel lini. Domus Godefridi in Hachlinchus XVIII denarios et minutam decimam et dimidium remel lini. Elvericus in Pedincthorpe XVIII modios avene et IX denarios et minutam decimam et dimidium remel lini. Lubertus Albus in Ennincthorpe XVIII modios avene et IX denarios et minutam decimam et dimidium remel lini. Werno eius vicinus XVIII modios avene et IX denarios et minutam decimam et dimidium remel lini. Willelmus in Brucgehus VI denarios et VI modios siliginis et minutam decimam et dimidium remel lini. Hermannus Bennekinc XVIII denarios et minutam decimam et dimidium remel lini. Lambertus Suetherinc XII denarios. Lentfridus Ludgerinc XII denarios. Ethelgerinchus in Scetbroke XV denarios et minutam decimam et dimidium remel lini. Nos itaque, cum dictante sententia tam cleri quam ministerialium memoratam decimam haberemus liberam, et de ea secundum beneplacitum possemus facere quod vellemus, ecclesie beati Martini et fratribus ibidem Deo deservientibus in subsidium prebendarum suarum liberaliter contulimus in perpetuum possidendam, sperantes nos de laboribus et orationibus eorum apud Deum propensius adiuvari. Ne igitur aliquis hominum prave voluntatis et inimicus veritatis, instigante dyabolo, que sic pie ordinata sunt, ausu temerario temptet infringere vel presumat, nos presentem paginam conscribi et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XXIII°, presidente sacrosancte Romane ecclesie summo pontifice Honorio papa III., regnante Romanorum imperatore Frederico, coram testibus subnotatis, quorum nomina sunt hec: Lubertus custos sancti Martini, Ludolfus, Albertus, Andreas, Mathias, Johannes, Buniko, Hermannus, Albero. Laici: dominus Adolfus de Holte, Bertoldus Thegethere, Crahto de Hornen, Crahto de Sendenen, Hermannus incisor, Gerhardus Stevenine, Henricus Alebrandinc, Wernerus de Dulmania, Helgerus, Macharius et alii quamplures. Datum per manus Alberti notarii nostri, consecrationis nostre anno quarto, in mense scilicet Maio.

## 182.

* *B. Dietrich III. schenkt dem Kl. Liesborn einen Zehnten.* 1223. — *Or. Kl. Liesborn* 41. *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 28; *I,* 101. *f.* 19′; *II,* 203. *p.* 35; *IV,* 10. *p.* 35.

✝ In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod decimam quandam IIII^or^ solidorum et duorum denariorum, quorum tres solidi in Aleken de domo Godefridi et septem denarii in Gutinge de domo Hethenrici, itemque VII^em^ denarii in eadem villa de domo Hildegardis persolvuntur, quam quidam ministerialis noster Waltherus nomine de manu nostra in beneficio tenebat, libere nobis ab ipso resignatam, spe retribucionis eterne, consensu capituli nostri, Lisbernensi ecclesie perpetuo contulimus possidendam. Ut igitur hec nostra donacio rata permaneat et inconvulsa, hanc inde paginam conscriptam sigilli nostri inpressione cautum duximus roborari, auctoritate etiam Jehsu Christi et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra quemlibet hec infringere adtemptantem perpetuo anathemate innodamus. Nomina etiam testium, qui huic donacioni interfuerunt, adnotare curavimus, quorum hec sunt nomina: Reinfridus et Godefridus nostri capellani; laici: Boamundus, Albertus marscalcus, Waltherus, Albertus de Holnorst et Godefridus frater eius, Godefridus de Aleken et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M^o^. CC^o^. XXIII^o^, pontificatus domini Honorii anno VII^o^.

Das an Pergamentstreifen hangende Siegel des Bischofs ist nur fragmentarisch erhalten.

## 183.

* *B. Dietrich III. bekundet, dass Otto, Graf von Tecklenburg, das seinem Vater Simon von Bischof Hermann unrechtmässig übertragene Gut Walewic, zu Gunsten des Kl. Liesborn in seine Hände resignirt habe.* 1223. — *Or. Kl. Liesborn Urk.* 43; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 18.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus cenobio et conventui Lesbernensi in perpetuum. Noverint universi tam futuri quam presentis evi fideles, quod sicut nos veridica priorum ecclesie nostre aliorumque quam plurium relatione didicimus, predium Walewic, quod ville nostre Bekehem vicinum est, olim Conradus pincerna de manu venerabilis predecessoris nostri Hermanni episcopi tenuerat in feodo, quod postmodum eodem Conrado cum voluntario heredum suorum consensu in manus ipsius episcopi resignante, idem episcopus abbati et conventui Lesbernensis cenobii iure proprietatis perpetuo possidendum cum omnibus suis attinentiis sub multorum testimonio legitime donando contradidit, advocatiam vero eiusdem predii, provido atque prudenti usus consilio, sibi et successoribus suis ad suos usus perpetuo tenendam reservavit. Sed deinde tempore divisionis imperii, vir nobilis comes Symon de Tekeneburch idem predium minis multiplicibus et terroribus gwerrarum a prefato episcopo extortum in feodo accepit [1]. Super quo cum Wernerus, predicti cenobii abbas, sub iudicibus a sede apostolica delegatis diu laborasset, nostris tandem temporibus, successore suo Burchardo abbate contra filium memorati comitis, Ottonem videlicet comitem de Tekeneburch consanguineum nostrum, sub iudicibus delegatis similiter laborante, nos super gravibus expensis et enormi dampno eiusdem cenobii paterna moti pietate, presertim cum in grave nimis et manifestum periculum animarum consanguinei nostri iam dicti et patris eiusdem cenobium ipsum violenter et iniuste gravaretur, partes nostras ad bonum pacis interponere curavimus, ut et nos secundum paterne sollicitudinis nostre affectuosum laborem cum predecessore nostro in retributione iustorum propriam a Domino accipiamus mercedem. Ad nostre igitur commonitionis atque

[1]) Vgl. Erhard Cod. 580.

laboris instantiam, tam comes Otto predictus, quam Hermannus Werenzo qui predium sepedictum ab ipso comite receperat in feodum, acceptis a Burchardo abbate in transactione sexaginta marcis, iure si quod nomine feodi in predio illo videbantur habuisse, totaliter et voluntarie cum resignatione in manu nostra facta renuntiaverunt, tali pacto interveniente, quod Hermannus Werenzo de predio suo, secundum estimationem competentem, in compensationem predii supradicti conferret ecclesie nostre iure proprietatis; quod quidem collatum comes idem de manu nostra sive successorum nostrorum, et Hermannus de manu comitis tenebit in feodo et hoc ordine ipsorum heredes legitimi tenebunt in posterum. Erant adhuc duo fratres Redgerus Covot et Wenemarus in eodem predio ius sibi dicentes, qui similiter iuri, si quod habere se existimabant, totaliter et voluntarie renuntiaverunt, tali transactione mediante, quod Burchardus abbas, eo quod plus malignis timoris quam benignis amoris solet exhiberi, ut tam ipse quam sui successores in predio sepe memorato pacem possint habere perpetuam, de virorum prudentum consilio et fratrum suorum consensu mansum quendam in Uphusen, quem uxor Redgeri de manu abbatis quoad viveret tenere debebat, cum decima V solidorum in villa Kuddincthorp Redgero concessit in feodo, superadditis eidem octo marcis. Redgerus vero Wenemaro fratri suo dabit XII marcas, et sic ipse Redgerus et sui heredes legitimi mansum illum et decimam predictam de manu abbatis tenebunt iure feodali. Cum ergo de iure cenobii pretaxati hiis et aliis modis nobis legitime constaret, volentes in hiis, que nostre auctoritatis beneficio, maxime circa loca religiosorum, memoria digna geruntur, insidiosis obviare calumpniis futurorum, prescriptam antecessoris nostri donationem tam piam quam rationabilem, consilio atque consensu priorum ac capituli atque ministerialium ecclesie nostre, ratam omnino et gratam habere decrevimus, presenti scripto et impressione sigilli nostri confirmantes eandem. Sed et hoc auctoritate Dei omnipotentis sanctorumque apostolorum Petri et Pauli et nostra irrevocabiliter statuentes, ut siquis contra factum predecessoris et nostre ratihabitionis confirmationem ausu temerario venire presumpserit, abbatem et conventum cenobii Lesbernensis super predio Walewic in posterum molestando, vinculo excommunicationis usque ad condignam satisfactionem se noverit innodatum. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. XXIII°, presidente Romane sedi domino Honorio papa III°, pontificatus eius anno VII°, regnante domino Frederico rege Sicilie et Romanorum imperatore. Testes huius rei sunt: Remboldus maior prepositus, Hermannus maior decanus, Wenemarus scolasticus, Volmarus maior custos, Godefridus sancti Ludgeri prepositus, Engelbertus maior Osnaburgensis prepositus, Bernardus cantor, Franco de Tremonia, Ludolfus de Holte prepositus Frisie, Nicolaus, Gerlagus, Ludolfus de Beveren, Olricus, Bernardus cellerarius, Johannes Werenzo, Franco de Horne, Fredericus de Vrekenhorst; Otto comes de Tekeneburg, Hermannus de Lippa, Conradus burcgravius de Stromberg; ministeriales ecclesie: Henricus Norendin, Godefridus burcgravius de Regchede, Hermannus de Monasterio, Gerlagus Bitter, Lutbertus de Beveren, Bernhardus Paschedag, Albertus dapifer, Hermannus Werenzo et frater eius Gerlagus, Wernerus de Rethe, Amelungus de Berlere, Temmo iudex, Ludgerus et Bernardus fratres de Suthbeke, Albertus de Holenhorst et alii quam plures.

Das an rothseidenen Schnüren hängende Siegel des Bischofs ist nicht vollständig erhalten.

## 184.

* *Otto, Graf von Tecklenburg, bekundet auch seinerseits obige Resignation.* 1223. — *Or. Kl. Liesborn U.* 42; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 17; *I,* 101. *f.* 20; *II,* 203. *p.* 36; *IV,* 10. *p.* 7.

Otto Dei gratia comes de Tekeneburch ecclesie Lisbernensi in perpetuum. Tenore scripti presentis notum facimus fidelibus universis, quod nos, ad exhortacionem venerabilis domini ac consanguinei nostri Theoderici Monasteriensis episcopi, predium in Walewic ville Bechehem e vicino adiacens, quia pater noster bone memorie illud a domino Heremanno eiusdem loci quondam episcopo, tempore divisionis imperii, in manifestam cenobii Lisbernensis iniuriam, cui predium idem iure pertinebat proprietatis, in feodum receperat, post multas et longas abbatis Wernheri ac cenobii predicti querimonias, tandem ad instanciam do-

mini Burchardi abbatis eiusdem loci suique conventus in manus domini Th. prefati episcopi cum omni iure, si quod nomine feodi videbamur habere, totaliter resignavimus, Heremanno eciam Werenzone, cui nos predium idem de facto, licet de iure non possemus, concesseramus in feodum, iuri suo, si quod habere videbatur, in manus nostras voluntarie renunciante secundum formam transactionis, quam sepe dictus dominus Th. episcopus conscribi fecit et sigillo suo confirmari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°CC°.XX°.III°, cum omni ea, qua oportuit, sollempnitate, sub multorum presentia, qui tamde clero Monasteriensi, quam de nobilibus atque ministerialibus in scripto illo autentico domini Th. Monasteriensis episcopi repperiuntur annotati.

**Das an Pergamentstreifen hängende Burgsiegel des Grafen ist ziemlich gut erhalten.**

## 185.

* *B. Dietrich III. bekundet einen mit dem Kl. Marienfeld eingegangenen Tausch.* 1223 *September* 4. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 51; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 13′.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus tertius dilectis in Christo abbati et conventui in campo sancte Marie in perpetuum. Quoniam feneratur Domino qui pauperi miseretur, nobis nimirum quos divina providentia ad hoc in eminenti constituit, ut subiectis nostris prodesse magis quam preesse debeamus, misericordie operibus sollerter invigilandum est maxime erga eos, qui a seculo abstracti, voluntarie paupertati et miserie substrati, tanto nostrum adiuvare poterunt imperfectum, quanto ei, qui summe perfectus est, perfectionis studio famulantur. Proinde universis tam future quam presentis etatis fidelibus notum esse volumus, quod, sicut ex iniuncta nobis pastorali sollicitudine debitores nos esse recognoscimus, commissarum ecclesiarum commodis et utilitatibus providere necnon et indempnitatibus earundem, quantum in nobis est, cavere cupientes, decimam in Matthenhem, ad episcopalem mensam specialiter spectantem, ab omni debito, quo ad nos et ad ecclesiam nostram pertinebat, liberam penitus et solutam, priorum totiusque capituli necnon et ministerialium nostrorum mediante consilio et consensu, ad honorem Dei et beate virginis monasterio in campo sancte Marie cum omni integritate proventuum contradidimus in perpetuum possidendam simul et fratribus ibidem Deo deservientibus profuturam. Verum ne nos et ecclesia nostra et successores nostri per hanc donationem nostram in aliquo defraudati videamur, domum in Hokenbeke cum duobus tuguriis et mansum quendam adiacentem cum omnibus attinentiis eorundem, videlicet que iam dictum monasterium longo tempore quiete possederat, in restaurum et recompensationem eiusdem decime, titulo pragarie quod in vulgari pragaringe dicitur, ab eodem monasterio nobis contradita acceptantes accepimus et omnes proventus, uti nunc exinde proveniunt sive inposterum poterunt provenire, mense episcopali assignavimus loco et in commutationem decime memorate. Quia vero modicum vel nichil prodest conferre aliquid ecclesiis, nisi etiam precaveatur, ne auferatur a malignis, ad tutelam et custodiam huius facti superponimus et adicimus bannum Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli summique pontificis et nostrum, ut quicumque huic permutationi contraire presumpserit, sciat se maledictionem Dei omnipotentis incurrisse, ita ut in districti examinis die cum Pilato accipiat portionem. Ad maiorem ergo huius facti evidentiam robur et munimen, et ut omnis calumpnie de medio tollatur materia, presentem paginam exinde conscriptam, consentientibus prioribus et capitulo maioris ecclesie, tam nostri quam ecclesie sigilli impressione voluimus communiri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XXIII°, indictione XI[a], presidente sacrosancte Romane sedi domino Honorio papa III°, regnante Frederico Romanorum imperatore et semper augusto, coram testibus, quorum nomina sunt hec: Remboldus maior prepositus, Hermannus maior decanus, Volmarus prepositus, Godefridus prepositus, Ludolfus prepositus, Winemarus scolasticus, Lubertus, Franco, Gerlacus, Olricus decanus, Ludolfus, Nicolaus, Johannes, Fredericus decanus, Bernardus cellerarius, canonici maioris ecclesie, Engelbertus Osnabrugensis ecclesie maior prepositus; Otto comes de Tekeneburch, Fredericus

comes de Ysemberch, Henricus Norendinus, Lubertus de Beveren, Hermannus de Monasterio, Bernardus Paschedach, burgravius de Rechethe, Hermannus de Dulmania, Johannes pincerna, Suetherus de Diggethe, Hermannus Werence, Albertus dapifer, Albertus marscalcus, Suetherus de Monasterio ministeriales; Lubertus custos sancti Martini. Datum per manus Alberti notarii nostri II Nonas Septembris.

Die beiden an rothen Schnüren hängenden Siegel des Bischofs und des Dom-Capitels sind gut erhalten.

## 186.

* *B. Dietrich III. bekundet dem Kl. Marienfeld, dass von dessen Hause in Bennigdorp seinem Hofe in Beckum eine Zehentlöse von zwei Solidis gezahlt werde.* 1223. — *Or. Kl. Marienfeld Urk.* 56; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 70'.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus monasterio campi sancte Marie in perpetuum. Quia malorum radix, cupiditas, quid vendicet non distinguit, et alienum tamquam proprium invadit, sagaciter adinventum est, ut ad obstruendum omnem aditum iniqua molientium, litteris atque testibus fulciantur actiones. Noverit ergo tam futurorum quam presentium fidelium universitas, quod domus ecclesie in campo sancte Marie que est Bennigdorp curie nostre in Bekehem duos duntaxat solidos ad redemptionem decime, que vulgo dicitur lose, pro pensione semper exsolvit. Unde ne ignorantia huius rei eiusdem curie provisoribus occasio sit exactionis inique, et ne sub pretextu fidei, qua domino suo episcopo et curie tenentur, in villicatione sua infideliter agere contra prefatam ecclesiam inpune presumant, hanc pensionis formam, que ab antiquo semper fuit, relinquimus in scripto pro conservatione pacis et equitatis, sub anathematis exterminatione prohibendo, ne aliquis aliquam omnino rem preter duos tantum solidos a domo in Bennigdorp ratione pensionis exquirat. Datum est hoc memoriale anno dominice incarnationis M°.CC°.XXIII°, indictione XI$^{a}$, presentibus Reimboldo maiore preposito, Herimanno decano, Winemaro scolastico, Godefrido sancti Ludgeri preposito, Lutberto sancti Martini canonico, magistro Alberto; Winemaro et Ludberto ministerialibus Monasteriensibus.

Das Siegel ist verloren gegangen.

## 187.

* *B. Dietrich III. bekundet den Ankauf eines Gutes in Drop seitens des Kl. Marienfeld.* 1223. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 54; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 10'.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus, ad quos presencium litterarum apices pervenerint, in perpetuum. Quoniam plerumque solet in ambiguis rebus calumpnie malum suboriri, maxime ubi ex fide instrumentorum certitudo rei non habetur, sagaciter adinventum est, ut posteritatis noticie scripto transmittantur actiones. Ex amministratione itaque divinitus nobis commissa, qua ecclesiarum utilitatibus tenemur propensius intendere, universis tam future quam presentis etatis fidelibus innotescere volumus, quod ecclesia campi sancte Marie comparavit a domino Gerhardo de Kelveren et Johanne ac Joseph filiis eius necdum uxoratis predium in Drop simul cum decima et attinentiis ipsius pro XLVI marcis et dimidia, quod ab ecclesia Vrekenhorst, a qua id ipsum iam dicti Gerardus, Johannes et Joseph feodali iure tenuerant, sufficienti commutatione et indempni cambivit, restituens in recompensationem tres domos, videlicet Berseten, Locsaten et Alvinskerken. Porro cum decima ipsius predii Claholtensi pertineret ecclesie, nec ad fratres campi beate Marie posset absque titulo pragarie legitime transferri, Ludgerus Claholtensis prepositus cambiri permisit eandem, acceptoque hinc inde restauro competenti, id est a Gerardo et filiis eius prefatis medietate decime domus ipsorum in Hottinchusen, tribus vero modiis siliginis Widenbruggensis mensure a fratribus de campo sancte Marie in grangia eorum in

Wadenhart, decimam ipsam in manus nostras una cum Everwino priore suo libere resignavit. Quam nos eisdem fratribus, domino Winrico abbate suscipiente eam ad manus ecclesie sue, porreximus perpetuo iure possidendam. Ne igitur in dubium veniat de modo coemptionis, cambitionis et confirmationis facte rationabiliter in predio prelibato, coemptionis quidem in civitate Osnaburgensi, cambitionis apud Vrekenhorst, confirmationis vero in Vuchtorpe, presentem paginam sicut nostri annexione sigilli roboravimus, ita et prepositi Claholtensis atque ecclesie in Vrekenhorst signari fecimus instrumentis, auctoritate Dei et nostra omnem excommunicantes calumpniatorem, ut cum reprobis portionem inveniat, quisquis inprobe contra hoc factum venire presumpserit. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M°.CC° XXIII°, indictione XIa. Huius rei testes sunt: dominus Adolfus Osnaburgensis episcopus, Otto prepositus, Wicboldus decanus, Ludewicus custos, Gerhardus canonicus Osnaburgenses; Everhardus quoque de Varendorp, Amelungus dapifer, Liborius pincerna, Udo de Braclo et Hugo Bare ministeriales, qui intererant emptioni. Item priores de Vrekenhorst, scilicet Fredericus decanus, Heinricus plebanus, Bruno, Hardwinus canonici; Hermannus etiam cognomento Thruthenhagen, Ludolfus frater eius, Adolfus, Lambertus, Godescalcus de Wolde eiusdem ecclesie ministeriales, qui concambio interfuerunt. Item dominus Osnaburgenses prefatus, Suetherus abbas de Yburg, Otto comes de Ravenesberg, Volmarus sancti Pauli in Monasterio prepositus et Franco canonicus, necnon et Ludbertus de Beveren ministerialis noster, Vromoldus de Brametske, Vulfem de Blakendorp, Gerardus Sasse et alii quam plures, qui affuerunt quando hec confirmata sunt coram nobis sollempniter atque stabilita.

Das Siegel des Bischofs, an grünseidenen Schnüren hängend, ist schön ausgeprägt und wohl erhalten; dagegen hat das des Stifts Freckenhorst, den heil. Bonifacius darstellend, sehr gelitten; das dritte ist verloren gegangen.

## 188.

** B. Adolf von Osnabrück legt einen Streit zwischen dem Kl. Marienfeld und dem Kirchspiel St. Vit bei. 1223. — Or. Kl. Marienfeld U. 52.*

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Adolfus Dei gratia Osnabrugensis episcopus omnibus ad quorum noticiam hoc scriptum pervenerit, in perpetuum. Paci et indempnitati consulitur, ubi actio litteris ac testibus fulcitur. Cum igitur inter ecclesiam campi sancte Marie et parrochiam sancti Viti quiddam esset in contradictione positum super quadam pensione, de agris sub domo in Clespen capelle sancti Viti pertinentibus proveniente, fratribus predicti cenobii asserentibus, quod alternis annis II° modii avene et III pulli dandi essent et hec quantitas pensionis semper ab antiquo fuisset, Reinoldo autem plebano sancti Viti cum parrochianis suis contradicente, tandem pro bono pacis de consilio nostro et domni Winrici abbatis et aliorum decretum est, ut de supradictis agris detur amodo per singulos annos pensio pretaxata, que nec amplietur nec minuatur quocunque archidiacono succedente vel plebano. Nos ergo hoc factum hoc mediante scripto noticie futurorum transmittentes, huius rei testes signavimus, qui sunt: Winricus abbas, Reinoldus sacerdos sancti Viti; Eggehardus de Hovestat, scultetus Benneke, Rutgerus de Rennincdorp, Heinricus de Rumpensile, Arnoldus de Rothinclo, Heinricus Cruse, Richardus de Rothinclo et pene tota parrochia sancti Viti. Datum est hoc memoriale anno dominice incarnationis M°.CC°.XXIII°, indictione XIa.

Das Siegel ist nicht mehr erhalten.

## 189.

** B. Adolf von Osnabrück bekundet die Zehntlöse eines Hauses in Selhorst. 1223. — Or. Kl. Marienfeld U. 53; Abschr. Msc. I, 106. f. 148.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Adolfus Dei gratia Osnabrugensis episcopus omnibus hoc audientibus in perpetuum. Omnis actio privilegiorum subnixa testimoniis omnem auferre debet scrupulum

dubietatis et contradictionis. Noverit igitur tam futura quam presens generatio, quod decima, quam in benefitio tenet a nobis domina Cunegund de Widenbrugge super domum in Selehorst, que est fratrum in campo sancte Marie, talem ab antiquo semper habuerit redemptionem, videlicet ut villicus domus eiusdem tres solidos ei, ad cuius manum decima ipsa devoluta fuerit, annuatim exsolvat. Ut igitur hec certa redemptio, que vulgo dicitur lose, per heredum aut successorum calumpniam non fiat incerta, licet ex prescriptione longissimi temporis firma sit, nichilominus tamen et nostra roboratur auctoritate, accedente consensu supradicte matrone, ad cuius voluntatem et ecclesie campi sancte Marie presentem paginam nostri signavimus inpressione sigilli anno inc. D. M^o^. CC^o^. XXIII^o^.

Das ziemlich gut erhaltene Siegel des Bischofs hängt an gelben und grünen Schnüren.

## 190.

*Bernard (von Lippe), Bischof von Selburg, schenkt dem Kl. Marienfeld zum Seelengedächtniss seines Vaters Hermann und seiner Verwandten ein Haus in Ripen. 1223. — Gedruckt ex copia sæc. XIII. bei Kindlinger M. B. II. U. 268.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernardus, Dei gratia Selonensis episcopus, omnibus, quibus hoc scriptum oblatum fuerit in perpetuum. Contra perfidiam calumpniatorum utilis est fides instrumentorum. Volumus igitur innotescere tam posteris quam modernis, quod nos domum in Ripen, quam Herimannus pater noster accepit in restaurum dampni sui, scilicet pro incendio domus quam in Hilgenekerken, que et iure hereditario nos contingebat, habuit, donatione libera contulimus campo sancte Marie ad usum luminum pro remedio anime eiusdem patris nostri affiniumque nostrorum. Verum ne post mortem nostram quispiam ius sibi dicat in hoc predio, tanquam de manu ecclesie Patherbornensis aut aliunde ipsum tenuerit in feodo, utile duximus, hanc nostram donationem, que non ex feodi sed iure allodii descendit, coram domino Bernardo Paderbornensi episcopo, in cuius diocesi predium illud situm est, publicare pro habundanti cautela et presenti scripto confirmare, quamvis eiusdem predii donatio aliorumque bonorum in alio contineatur instrumento cum heredum nostrorum subscriptione. Datum est hoc memoriale anno dominice incarnationis M^o^. CC^o^. XXIII^o^, indictione XI^a^.

## 191.

*Johann, Dechant zu Engern, verkauft dem Kl. Marienfeld Ländereien in Urincdorpe. 1223. — Or. Kl. Marienfeld U. 55; Abschr. Msc. I, 106. f. 132; gedr. in v. Ledebur's Archiv VI, 2. p. 166.*

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Johannes Dei gratia decanus et conventus in Angaria monasterio campi sancte Marie in perpetuum. Quoniam antiquus adversarius per antichristos suos recta omnia pervertere indefessus ac pervigil elaborat, necessarium esse constat, ut murum veritatis et iusticie illius machinationibus Deo autore prudentia piorum circumspecta opponat. Propter quod fidelium universitati notum facimus, quod nos agros quosdam in Urincdorpe, qui intermixti sunt agris ecclesie in campo sancte Marie, de quibus et ipsa ecclesia duos solidos annuatim exsolvere consueverat, vendidimus eiusdem cenobii fratribus pro novem marcis et dimidia, tali accedente conditione et pacto, ut omnem auferamus scrupulum omnemque tollamus calumpniam, que evenerit tum de advocatia, tum de quovis gravamine, quod vulgo dicitur ansprake, si necesse fuerit. Quam eis cautelam tanto facimus confidenter, quanto constat, quod idem agri sunt quedam libera bona et exempta ab omni iure vel obligatione, sicut warandiam damus de ipsis. Nos igitur, ut hoc factum sit in memoria et preveniatur occasio malignandi, presentem paginam sigillo ecclesie nostre communivimus, subscriptis testibus, quorum hec sunt nomina: Johannes decanus, Helmicus custos, Luthertus, Cunradus, Johannes cellerarius, Godescalcus, Wernerus, Herimannus,

canonici; Gerardus de Uffen, Heinricus de Stenbike, Heinricus de Wolde et Wigmannus de Ascken milites. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. XXIII°, indictione XI^a^.

Das Siegel ist nicht mehr erhalten.

## 192.

*Graf Godfried von Arnsberg schenkt dem Kloster Marienfeld zwei Häuser.* 1223. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 50^a^; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 158; *gedr. Kindl. Beitr. III. U. p.* 152.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Quoniam ea que temporaliter fiunt, veloci fuga cum tempore pertranseunt, et ex fraudis plantario nova cotidie falsitatis excrescit soboles ac super terram multiplicatur, necesse est semper, ut cautione necessaria futuris obvietur casibus, quatinus et veritas intemerata conservetur, et ordinatio piorum firma consistat. Notum sit igitur tam future quam presenti fidelium generationi, quod ego Godefridus comes Arnesbergensis pro mea meorumque parentum animabus bona mea, videlicet unam domum in Guterslo et alteram in Hemmincsele, cenobio campi beate Marie libera donatione perpetuo possidenda cum omnibus pertinentiis contradidi, uxoris mee Agnetis, Godefridi filii mei aliorumque heredum meorum favente consensu. Quia vero Fredericus de Burbenne, ministerialis noster, eadem bona feodali iure possidebat, acceptis LV^a^ marcis a fratribus predicti cenobii, presentie nostre se exhibuit, et in facie tam spiritualium quam secularium, qui suis exprimentur nominibus, quicquid iuris in prefatis bonis habebat, cum omni integritate, hoc est cum familiis, agris, pratis, aquis, pascuis, et omnibus attinentiis de suorum voluntate heredum, scilicet Elisabeth uxoris eius, Rodolfi filii sui, Hathewigis filie ipsius et Rutcheri fratris sui, michi libere resignavit; et ego cum eadem nichilominus integritate proprietatem bonorum eorundem prefato cenobio alacri devotione perpetualiter assignavi. Preterea, ut facto huic amplioris certitudinis accederet argumentum, placuit, ut hoc secundum legem scabinorum banno regio firmaretur, quod et cum debita sollempnitate factum in loco qui dicitur Santvort, sub iurisdictione Otberti comitis bannum tunc regium administrantis, ubi dominus Hermannus de Lippia et Reinherus de Stormethe, nobiles, bona hec ad manum ecclesie susceperunt. Ut igitur hec mea donatio memorialis habeatur perpetuaque vigeat stabilitate, presentem feci paginam conscribi et sigilli mei meeque uxoris annexione muniri, testibus etiam subnotatis, qui sunt: Thomas prepositus Sosatiensis, Radolfus canonicus, Waltherus advocatus, Gervasius dapifer, Helmicus de Werlo, Gerardus Clot, Wilhelmus de Ehem, et frater eius Hermannus, Gerhardus de Ruthen, Giselherus de Mesehem, Hermannus Bursit, Theodericus de Vronhusen, Conradus et Conradus de Anlagen, Rodolfus de Horne, Arnoldus de Drolshagen, Helmicus et Hermannus villicus, qui omnes interfuerunt huic actioni in Susato. Item Heinricus Niger, Theodericus de Odigge, Johannes et Conradus filii eiusdem Theoderici, Pylegrimus de Ballathe, Hermannus, Rodolfus, Antonius fratres, et Giselbertus Ketelhot, qui omnes aderant in castro Arnesberg una cum uxore et filia Frederici absolute resignantibus et suam partem, quam hereditaria successione in bonis premissis videbantur habere. Item Otbertus iudex, Gerhardus vrone, Heinricus Vrieman, Godescalcus de Hethe, Eggehardus, Elvericus, Heringerus, Heinricus, Fredericus de Hovestat, Ricwinus, Fredericus filii Frederici, Anselmus, Ernestus, Sifridus, Alexander, Ludgerus, Gervasius, Theithardus de Letherdeslo, Thetmarus de Bovesvelde, Johannes de Picsithel et alii quam plures, quibus presentibus et approbantibus hec rite ac sollempniter stabilita sunt in supradicto loco Santvort, ubi et dominus Hermannus de Lippia extitit ecclesie procurator. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. XXIII°, indictione XI^a^, presidente Romane sedi domno Honorio summo pontifice, regnante Frederico Romanorum imperatore.

Die Siegel des Grafen und der Gräfin, die an dicken wollenen Schnüren hängen, sind noch ganz so, wie sie Kindlinger l. c. beschrieben, und entsprechen den Siegeln, welche Seibertz U.-B. I. Tab. I. Nro. 4 u. 5 abgebildet hat.

## 193.

*B. Dietrich III. befreit nach dem Ankauf der Vogtei über die Kirche in Werne, deren Hörige von allen unrechtmässig von den Vögten geforderten Diensten und Abgaben. Werne* 1223 *Septemb.* 16. — *Abschr. sæc. XV in Msc. II,* 39. *p.* 55; *hieraus gedr. Niesert U.-S. II. p.* 347.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Quoniam predecessorum nostrorum exempla sequentes ecclesiam Capenbergensem paterno et speciali affectu diligimus, notum facimus tam presentibus quam futuris, quod cum advocatiam super ecclesiam Werne et super familiam nostram in Gamene et Werne a Hermanno milite de Dulmene, ministeriali nostro, pro viginti duabus marcis emissemus, ad petitionem dilecti nostri Andree prepositi et conventus de Capenberg, homines ecclesie Wernensi specialiter attinentes et homines eiusdem ecclesie mansos specialiter colentes, ab omni servitio et exactione, quam advocati ecclesiarum iniuste solent exigere, pro remedio anime nostre perpetuo exeminus, salvo tamen iure, quod nos ex parte advocatie contingit, videlicet ut quilibet mansionarius prefate ecclesie unum modium avene maioris mensure pro redemptione hospitii annuatim nobis in festo beati Martini persolvat, et tribus vicibus in anno iudicio advocatie quod vulgo vogetdinc appellatur occurrat. Quia igitur tempora periculosa sunt, ne inposterum aliquis advocatus sive subadvocatus aut cuiuslibet alterius officii dignitatisve persona donationem istam, quam specialiter hominibus Wernensis ecclesie perpetuo donavimus, iurisdictionis sue titulo aut exactionibus infringere vel immutare presumat, scripti huius testimonium sigillo nostro communivimus, omnemque hominem, qui hec ausu temerario cassare temptaverit, auctoritate Dei omnipotentis et beate Marie semper Virginis sanctorumque apostolorum Petri et Pauli, Johannis Baptiste, Christofori martiris egregii ac nostra, anathematis vinculo innodamus. Huius donationis ac confirmationis testes sunt: Andreas prepositus, Arnoldus prior, Bernhardus cellerarius, Hugo ecclesiasticus, magister Heinricus canonicus ecclesie sancti Severini in Colonia; Adolphus de Holte, Wilhelmus germani, fratres nostri, Albertus marscalcus noster, Winimarus magister coquine, Chrispinianus de Wiskelo, Arnoldus gener suus, Hermannus de Stochem, Fridericus miles, Arnoldus clericus fratres germani, Allexander miles de Grevinckhove, Walterus de Heringe, Hermannus Vossekin de novo ponte, Hermannus miles qui dicitur Pugyl, Suetherus de Warnhuvele, Engelbertus miles de Herenburne, Harmodus de Westerwinkele, Ruthardus de Linclere, Theodericus filius eius, Helmicus miles de Linclere, Adolphus et Heinricus frater eius cognomento Selingerdus, Emelricus de Bruke et alter Emelricus filius Hugonis de Brinke, et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M⁰.CC⁰.XXIII⁰, epacta vigesima octava, concurrente sexta, indictione duodecima, regnante glorioso Romanorum imperatore et semper augusto Friderico secundo, apostolice sedi presidente beatissimo papa Honorio. Datum apud villam Werne in domo ecclesiastici, in vigilia sancti Lamberti Leodiensis episcopi et martiris, anno pontificatus nostri sexto. —

## 194.

* *B. Dietrich III. bestätigt dem Kloster Kappenberg seine Besitzungen Kappenberg* 1223 *Decemb.* 16. — *Or. Fr. Münster U.* 48; *Abschr. Msc. II,* 45. *p.* 46.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Dispensationis nobis credite debitum considerante, ecclesias nobis commissas manutenere ac defendere et pro posse nostro ampliare summopere intendimus. Unde notum esse volumus tam presentis quam futuri evi fidelibus, quod dum nobilissimi comites Godefridus et Otto germani fratres seculo renuntiarent, et castrum Capenberg in claustrum commutarent, tam ministeriales quam alias possessiones plurimas conferentes beato Paulo apostolo, Monasteriensem ecclesiam honorare et ampliare studuerunt. Nos igitur predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, ipsorum edocti exemplo, ecclesiam Kapenbergensem paterno ac singulari

affectu diligimus, utpote antecessoribus nostris et nobis ipsis maxime ac singulariter devotam, ipsamque promovendi et fratrum inibi Deo servientium paci et utilitati consulendi piam habemus voluntatem. Quapropter cunctas possessiones, sive ab episcopis Monasteriensibus, seu aliorum fidelium devotione collatas, quas inpresentiarum prefata ecclesia Capenbergensis possidet, aut in futurum, Domino largiente, adipisci poterit, una cum ecclesiis Alen et Werne earumque decaniis et ecclesia in Burch, ipsi ecclesie Capenbergensi perpetuo confirmamus. Ne igitur ulla in posterum ecclesiastica secularisve persona huic nostre confirmationi ausu temerario contraire aut fratribus Capenbergensibus litem vel calumpniam suscitare presumat, presentem paginam sigillo nostro quasi veritatis speculo signantes, auctoritate Dei omnipotentis et omnium sanctorum ac nostra districte inhibemus, et omnem eius temeratorem perpetui anathematis vinculo innodatum, nisi resipuerit, eterne maledictioni subicimus. Huius confirmationis testes sunt: Remboldus prepositus maioris ecclesie in Monasterio, Volmarus prepositus sancti Pauli, Godefridus prepositus sancti Ludgeri, Ulricus decanus sancti Martini, Godefridus et Albero capellani; Godefridus burcgravius de Rechede, Crispinianus de Wiskelo, Alexander miles de Werne, Everhardus sculthetus et alii quam plures. Datum Capenberg XVII° kal. Januarii, anno d. i. M°.CC°.XXIII°, indictione XIa, concurrente VIa, epacta XXVIIIa, regnante Frederico secundo glorioso Romanorum imperatore.

Das Siegel in gelbem Wachse ist vollständig erhalten.

## 195.

** Lutger, Propst von Clarholz, bekundet, dass er an Rembold, Dompropst zu Münster, einen Zehnten verkauft habe.* 1223. — *Abschr. Msc. I, 1. p.* 445.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Lutgerus Claholtensis ecclesie dictus prepositus universis Christi fidelibus, tam futuris quam presentibus, imperpetuum. Quum earum rerum, que geruntur ab hominibus, memoria sepe perit, prudens et fidelis antiquitas sanum adinvenit modum, per quem mortalitati testium consuleret, quatenus in locum testium, qui morte deficiunt, succedat perpetuitas instrumentorum. Ea propter notum sit omnibus Christi fidelibus, quod communi consilio et benivolo totius nostre ecclesie consensu pro XXV marcis vendidimus domino Remboldo, maioris ecclesie in Monasterio venerabili preposito, decimam quandam quinque domorum in villa, que dicitur Heslethe, in parrochia Buren, quam decimam ecclesia nostra iusto possessionis titulo in quieta per plurimos annos possessione possedit sine alicuius hominis impetitione. Ut igitur hoc factum nostrum ratum et inconvulsum permaneat, presentem paginam sigilli nostri cautione roboravimus, et omnem quam potuimus cautelam adhibere curavimus, auctoritate Dei omnipotentis et beati Laurentii patroni nostri precipientes, ne quis nostrorum successorum aut aliquis de nostra ecclesia predictam decimam aut repetere presumat aut impetere, ne eciam aliquis hominum dominum Remboldum prepositum aut illum, cui forte ipse decimam contulerit, in eadem decima violenter aut iniuriose audeat molestare. Quod si quis fecerit, omnipotentis Dei offensam incurrat. Acta sunt hec a. d. i. M°.CC°.XXIII°, indictione XIa, regnante domino Frederico Romanorum imperatore glorioso, presidente in sede Monasteriensis ecclesie domino Thiderico venerabili episcopo. Testes huius rei sunt: Hermannus de Borchorst, Olricus de Drolshagene canonici maioris ecclesie et cet.

## 196.

*Gervasius, Abt von Premontré, meldet dem P. Honorius III., dass Friedrich, Propst zu Clarholz* [1], *der früher schon vergeblich um den Bischofsstuhl in Münster sich beworben, später durch einige aufrührerische*

---

[1]) Vergl. oben Nro. 25.

*Mönche sich habe zum Abt des erledigten Klosters Corvei wählen lassen. Deswegen von den Delegaten des Papstes und dem General-Capitel zu Premontré mit der Excommunication belegt, und von letzterem seiner Würde als Propst zu Clarholz entsetzt, höre er auch jetzt nicht auf, seinen Nachfolger in dieser Würde (Lutger) und sämmtliche Mönche in Clarholz durch die Söldlinge seiner Verwandten verfolgen zu lassen.* — Cum igitur, *fährt Gervasius fort*, his omnibus obviari non possit, secundum quod meretur, nisi per materialem gladium, in quo dominus Monasteriensis episcopus maiorem, quam aliquis alius, habere dignoscitur potestatem, supplico Sanctitati vestræ, ut vel scribatis ipsi Monasteriensi episcopo, ut coerceat malefactores predictos, vel quod magis desidero, Osnaburgensi episcopo, ut ipsum Monasteriensem ad hoc vestra auctoritate compellat, ita quod sæpedictus apostata vel ordinis sui obediat institutis, vel transferat se ad alios religiosos, qui sunt excellentiores Premonstratensibus, quibus eligat obedire. — *Aus Hugo's Sacræ Antiquitatis monumenta historica etc. Stivagii 1725. Tom. I. p. 16; gedr. bei Jung, Hist. Benth. Cod. dipl. p. 41. — Da während der Regierungszeit Honorius III., 1216—1227, die Abtei Corvei nur einmal, 1223, erledigt wurde, so scheint dieser Brief zwischen die Jahre 1223—1227 zu fallen.*

## 197.

*Graf Baldwin von Bentheim stiftet, durch Schenkung seiner Güter in Esterwege an die Johanniter, eine Memorie für sich in ihrem Orden. 1223. — Hier nach dem einer Abschrift entnommenen Druck bei Niesert U.-S. V.p.14.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Baldewinus Dei gratia comes de Benethem universis Christi fidelibus tam posteris quam presentibus notum esse desideramus, quod nos bona nostra in Hesterwede cum omnibus attinentiis sancto Johanni legitime donavimus, saluti anime nostre parentumque nostrorum in tali donatione providentes, ut a fratribus hospitalis Jherosolimitani nostri parentumque nostrorum perpetuo memoria habeatur. Ne igitur hec donatio nostra ab aliquo successorum nostrorum possit irritari, in testimonium rei geste fratribus hospitalis Jherosolimitani paginam presentem inscribi et sigilli nostri impressione fecimus roborari, ita ut herodiarius [1]) noster in expensis eiusdem domus a nativitate domine nostre usque ad festum Martini procuretur. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. XXIII°, presidente apostolice sedi domino papa Honorio, regnante Friderico Romanorum imperatore glorioso. Testes sunt nobiles viri: dominus Symon, dominus Alardus cum fratribus suis Gerhardo et Bernardo; Fridericus dapifer, Elardus, Nicholaus de Vrelestorpe, Bernardus de Menhuvele, Willehelmus de Walle, Bernardus Cervus, Willehelmus Cinco, Nycholaus de Turri, Hartradus Lupus, Hermannus de Vrelestorpe, Johannes Maurus, Erpo, Hugerich et alii quam plures castellani in Benethem.

## 198.

*König Heinrich (VII.) belehnt die edle Frau Sophia, Gemahlin des Grafen Otto von Ravensberg, mit der Grafschaft im Emsgau, und mit mehren Gütern und Rechten, wie sie der Graf Otto von dem König und seinen Vorgängern zu Lehn getragen [2]). 1224 September 20. bei Herford. — Hier gedruckt nach dem Orig. im Geh. Staats-Archiv zu Berlin; Abschr. im Prov. Archiv zu Münster, Fr. Münster U. 49; Msc. I, 1. p. 9; VII, 2303; gedr. Kindl. Beitr. III. U. p 158; Niesert U.-B. II, 420.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper Augustus. Omnibus hoc scriptum intuentibus gratiam suam et omne bonum Temporum et annorum incessabili revo-

---

[1]) Jägermeister, von herodius, Reiher, französich héron.

[2]) Der erst 1245 starb. Vgl. v. Ledebur Vlotho p. 29.

lutione et eorum crebrescente numero, facta quelibet labili mortalium elongantur a memoria, nisi stabilita litterarum artificiali fulciantur firmamento. Unde princi(pi)bus summe necessarium est et honestum, quecunque coram ipsis sollempniter fiunt et diffinitive pertractantur, scripto committere, ut omnis dubitatio posterorum utili exstirpatione facilius adnichiletur. Discretioni igitur tam futurorum quam presentium sane providere curantes, manifeste declaramus, quod nos apud Herevordiam constituti et iter nostrum versus Albiam dirigentes, interveniente felicis recordationis [1]) Enkelberto Coloniensi archiepiscopo, dilecto ac fideli nostro, nobili domine Sophie, uxori comitis Ottonis de Ravensberg, feodaliter porreximus comitiam in Emesgonia [2]), curiam in Lage, curiam in Borcen et eis attinentia, monetam in Emethen, thelonium in Emesa, monetam et thelonium in Lunne, in Vegte, in Bilevelde, in Vlotowe et omnia feoda, que predictus comes Otto ab imperio et antecessoribus nostris et nostra manu tenebat et possidebat. Acta sunt hec anno gratie M°. CC°. XXIIII°, XII° kalendas Octobris. Ne quis vero prefate domine Sophie in hoc facto malignari possit, presentem paginam sigilli nostri appensione et testium annotatione fecimus communiri. Interfuerunt autem: Enkelbertus archiepiscopus, dux Walravenus et Heinricus filius eius, Gerhardus de Wassenberge, comes Gerhardus de Theiz, comes Adolfus de Altena, comes Godefridus de Arnesberge, Heremannus advocatus Coloniensis et filius eius, dapifer de Woltburg, Gerlagus de Bodinken, Hermannus de Alvetere, Heremannus de Lon, Godeschalcus de Lon, Reinoldus de Ressen, Swetherus de Dinkethen et alii quam plures nobiles et ministeriales.

**Das an rothen und gelben seidenen Fäden hängende Siegel des Königs hat sehr gelitten.**

## 199.

*Papst Honorius III. befiehlt dem Bischof von Münster, die gegen Emo, Propst des Präm. Klosters zu Witt-Werum in Friesland, ausgesprochene Excommunication innerhalb acht Tagen wieder aufzuheben.* Datum Laterani VI. Idus. April. Pont. anno VIII. (1224) *April* 8. — *Emonis chron. ap. Matth. II. p.* 74. *In derselben Angelegenheit erlässt auch der päpstliche Legat Conrad, Bischof von Porto, ein Schreiben an den Bischof von Münster, mit der Weisung, den Propst Herdricus von Skeldwalda, den Gegner Emo's, nicht ferner zu unterstützen.* Datum Tulpeti XII kal. Julii. *(Zülpich* 1224 *Juni* 20*) l. c. p.* 74. *Den Streit berichten Emo p.* 67. *sq. und sein Nachfolger Menco ib. p.* 117 *ausführlich Herdricus war* officialis et exactor episcopi Monasteriensis *in Friesland, und hatte sich durch seine Erpressungen verhasst gemacht.* Officialis enim gerens officium — *schreibt Magister Oliverius ibidem p.* 71 — excommunicat et absolvit, ecclesias claudit et aperit pro pretio, et quod abominabilius est, baptismum parvulorum impedire nititur, quibusdam ecclesiis chrisma negando pro unius vel paucorum delicto, ut ita pecunia chrisma redimatur. *In den hierauf folgenden Verhandlungen vor den* consules terræ et iurati de Upstallesbome *sieht B. Dietrich III. sich genöthigt, die gegen Emo ausgesprochene Excommunication zurückzunehmen, wogegen ihm dieser* obedientiam quam aliquis alius abbas vel prepositus Premonstratensis ordinis, salvo iure privilegiorum et ordinis, suo episcopo facit vel fecit *leistet, auch der Streit zwischen Emo u. Herdricus ausgeglichen wird. Die darüber sprechende Urkunde B. Dietrichs wurde ausgestellt:* apud Loppeshem a. d. inc. MCCXXIV 13. kal. Octobris — 19. *September* — presentibus testibus G. de Fermessum decano, P. et A. decanis de Loppeshem; *und vom Bischof und den Pröpsten Emo u. Herdricus untersiegelt. Emonis chron. ap. Matth. II,* 77.

---

[1]) **Da Engelbert erst am 7. November des folgenden Jahrs ermordet wurde, so liegt hierin ein Beweis für die spätere Ausfertigung der Urkunde, was dann weiter noch durch den Ausdruck „interfuerunt" bestätigt wird.**

[2]) **So hat das Original.**

## 200.

* *B. Dietrich III. verkündet einen zwischen dem Grafen von Dale und dem Ägidii-Kloster zu Münster erfolgten Gütertausch.* 1224. — *Or. Kl. Ägidii U.* 15.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus tercius. Quoniam breves et mali sunt dies, et res inter homines gestas oblivionis evacuat nubes, provisum est salubriter, ut ea que inter homines memoria digna geruntur, fideli litterarum testimonio perennentur, que posterorum, si aliqua suborta fuerit, obvient calumpnie, et res gestas immutabili tueantur veritate. Noverit ergo tam presens etas, quam successiva posteritas, quod infra civitatem nostram ecclesia beati Egidii et comes de Dale permutationem decime cuiusdam et curtis cum uno manso invicem affectantes, prenotata ecclesia decimam in Neithen et Geisteren ad ipsam spectantem, et comes de Dale proprietatem curtis sue in Hereborn et unius mansi Harth cum hominibus manso attinentibus et ceteris omnibus attinenciis suis, in manus nostras voluntarie donaverunt. Nos autem, considerato tam ecclesie beati Egidii quam comitis eiusdem desiderio, nostro eciam in hac parte pio accedente affectu, comiti prefato decimam prememoratam iure feodali cum omni integritate in perpetuum concessimus possidendam, et ecclesie beati Egidii proprietatem curtis, mansi et hominum iam dictorum cum omnibus attinenciis suis perenniter possidendam contulimus et habendam, ita tamen, quod si comes iam sepe dictus aliquo casu vel propter inimicicias, vel ob aliam causam bona, que iure feodali tenet de manu Monasteriensis episcopi, resignet, adhuc eandem decimam in recompensationem proprietatis iam dicte curtis, fide sua non violata, tranquille possideat et quiete; adiecto eciam, quod si comes idem sine liberis decedat, ulteriores heredes decimam prememoratam de manu Monasteriensis episcopi iure recipiant et teneant feodali. Ne igitur hec permutatio rationabiliter facta in posterum aliqua possit infirmari calumpnia, presentem paginam exinde fecimus conscribi et sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec a. ab incarn. D. millesimo CC°.XXIIII°, presidente Romane sedi domino Honorio papa III°, pontificatus nostri anno sexto. Testes huius rei sunt: clerici Remboldus maior prepositus, Volmarus sancti Pauli prepositus, Godefridus sancti Ludgeri prepositus, Ludolfus Frisie prepositus, Godefridus sancti Johannis prepositus, Fredericus predictorum concanonicus; nobiles: Godefridus de Ahus et Hermannus de Lon; ministeriales: Henricus Norendin, Hermannus Werence, Albertus dapifer, Albertus marscalcus, Johannes pincerna, Engelbertus de Bertelwich et alii quam plures [1]).

Das Siegel des Bischofs ist wohl erhalten; ein anderes, in der Urkunde nicht erwähntes, aber abgefallen.

## 201.

*Rembold, Dompropst zu Münster, bekundet, dass der villicus des Domcapitels, Hermann von Münster, dem Ägidii-Kloster einige Ländereien verpachtet habe.* 1224. — *Or. Kl. Ägidii U.* 16; *Abschr. Msc. I,* 81, *p.* 219; *gedr. Niesert Urk.-Samml. II,* 357.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Remboldus Dei gratia Monasteriensis ecclesie maior prepositus cenobio sancti Egidii in perpetuum. Ut ea que apud homines rationabiliter sunt acta nec oblivionis incommodo, nec aliqua temporum successione a posterorum evanescant memoria, utiliter providendum est, ut res, sicut rite gesta est, literarum firmetur testimonio, ne aliquorum calumpnia eam irritare valeat vel infirmare. Noverit ergo tam presentium quam futurorum caritativa devotio, quod Hermannus de Monasterio, nomine curtis de Brochus ecclesie nostre villicus, quosdam agros eidem curti attinentes et prope Idenbroke iacentes ad excolendum cenobio beati Egidii de consensu nostro et capituli concessit in perpe-

---

[1]) Auf der Rückseite steht: „Hoff Herbern, alias Sutthoff".

tuum, ea tamen conditione interiecta, quod memoratum cenobium de eisdem agris singulis annis pensionem, videlicet marcam, villico de Brochus persolvat sine contradictione. Quia igitur ea que finaliter et legitime sunt terminata plerumque solent evacuari et minus iuste in irritum deduci, ne sepedictum cenobium per succedentium calumpniam aliqua parte indebite pulsetur molestia, ad predicti facti evidentiam et firmitatem presentem paginam exinde conscriptam et nostri et capituli sigilli inpressione volumus roborari. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XXIIII°, presidente sedi Romane domino Honorio papa III°, presente capitulo nostro: Hermanno tunc decano maiori, Wolmaro sancti Pauli preposito, Godefrido sancti Ludgeri preposito, Winemaro scolastico, Bernardo cantore, Francone de Tremonia, Lutberto de Benethem, Ludolfo de Beveren, Bernhardo de Billerbeke cellerario, preposito Godefrido de Altena, Fretherico, et aliis de capitulo nostro tam maioribus quam minoribus [1]).

Angehängt mit rothen Fäden sind: das alte Siegel des Münsterschen Domcapitels mit dem Brustbilde des Apostels Paulus und ein kleineres elliptisches, einen stehenden Geistlichen darstellend, mit der Umschrift: REINBOLD DEI GRATIA MAIOR . . . POSITUS IN MONASTERIO.

## 202.

*B. Dietrich III. überlässt dem Marien-Kloster zu Münster gewisse Zehnten. 1224. — Or. Kl. Überwasser U 20; ib. 20ª eine gleichzeitige Abschr.; gedr. aus letzterer Niesert U.-S. II,* 353.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus tertius. Inter cetera que creatori omnium rerum Deo eiusque pie genitrici Marie grata et accepta exhibere desideramus obsequia, non modicum vite eterne speramus esse meritorum, si utilitatibus ecclesiarum, que ex iniuncto nobis amministrationis officio sunt commisse, intendimus, et possessiones ecclesiasticas et decimas ecclesiarum, quas laici dudum ab antecessoribus nostris in animarum suarum grave periculum, sive in feodo, sive quocumque alio titulo detinuerunt actenus obligatas, de manibus ipsorum eripimus, et easdem personis religiosis et ecclesiis Dei relinquimus possidendas. Noverint igitur omnes Christi fideles, quod cum olim Wernerus miles de Havekesbeke et uxor eius Eva decimam trium domorum in Nenen, duarum in Mutthenhem [2]), duarum in Suthwic, et unius in Rudwic, a predecessore nostro domino O. venerabili Monasteriensi episcopo pro viginti quinque marcis detinerent obligatam, et postmodum Sibertus miles de Aslen, maritus ipsius Eve, supramemorati Werneri relicte, eandem decimam de voluntate nostra pro prefata pecunia, scilicet XXV marcis, possideret, nos de totius capituli nostri consensu, voluntate et consilio dilectis in Christo Ide abbatisse et conventui beate Marie in Monasterio transaquam indulsimus, ut sepe dictam decimam redimerent a prefato Siberto et uxore sua Eva pro XXV marcis, insuper nobis superadditis quindecim marcis, quas in structura turris nostre Landecke cum aliis expensis fideliter locavimus. Supradictis vero, Siberto et uxore sua Eva, in facie totius capituli nostri omni iuri, quod in predicta decima habebant vel habere videbantur, renuntiantibus, nos eandem decimam prefato conventui beate Marie pro quadraginta marcis obligavimus redimendam, tali conditione apposita, ut ipse conventus liberam habeat facultatem, vel quod statutam decime ipsius redemptionem, scilicet decem solidos Monasteriensium denariorum et decem malcia siliginis in mensura decimali cum universali minuta decima, annuatim recipiat, vel si maluerit in agris manipulos singulis annis colligat, quoadusque vel a nobis, vel ab aliquo successorum nostrorum supramemorato conventui, XL marce bonorum Monasteriensium denariorum fuerint restitute, proventibus tamen et fructibus eiusdem decime medio tempore perceptis nullo modo in sortem computandis; hoc etiam adiecto, quod si idem conventus suam in posterum rehabere desideraverit pecuniam

---

[1]) Auf der Rückseite der Urkunde steht: „de quibusdam agris iuxta Sendenhorst", dem später hinzugefügt ist: „Idem Broke".
[2]) Nach einer Notiz auf der Rückseite der Urkunde in dem Kirchspiel Coesfeld.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

libere et absque ulla contradictione eandem decimam, vel ecclesiastice vel seculari persone, pro XL marcis eodem iure, quo eam possidebat, sibi liceat obligare. Auctoritate etiam Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et nostra firmiter statuimus, ut siquis contra hoc factum nostrum in posterum ausu temerario venire presumpserit, abbatissam et conventum beate Marie super sepedicta decima in aliquo molestando, vinculo excommunicationis se noverit innodatum. Ut autem hoc factum ratum et inconvulsum permaneat, presens scriptum sigilli nostri, nec non et ecclesie nostre fecimus impressione muniri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC° XXIIII°, presidente sacrosancte Romane sedi domino Honorio papa, regnante domino Frederico Romanorum imperatore augusto, episcopatus nostri anno VII. Huius vero rei testes sunt: Reimboldus maior prepositus, Herimannus maior decanus, Wenemarus scolasticus, Volcmarus sancti Pauli prepositus, Franco, Lubertus, Bernardus cantor, Ludolfus, Bernardus, Nicolaus, Gerlacus, Hermannus, Ludolfus, Bernardus cellerarius, Olricus sancti Martini decanus, Johannes, Hermannus, Alexander, Ricbertus, Johannes, Fredericus, Rothericus, Albertus, Cesarius, Franco canonici maioris ecclesie; Lubertus de Beveren, Franco de Sconenbeke, Suetherus, Godefridus villicus, Lentfridus de Northwalde, Cesarius scabinus, et alii quam plures [1]).

Angehängt mit rothen und gelben Fäden sind die in rothem Wachs abgedruckten, aber sehr beschädigten Siegel des Bischofs und des Domcapitels.

## 203.

* *Der Cardinallegat Conrad, Bischof von Porto, bestätigt dem Kloster Marienfeld seine sämmtlichen Besitzungen. O. J.* [2]) *(1224) September 4. Liesborn. — Or. Kl. Marienfeld U. 46; Abschr. Msc. 1, 106. f. 7'.*

C. miseratione divina Portuensis et sancte Ruffine episcopus, apostolice sedis legatus, dilectis in Christo . . abbati et conventui sancte Marie in Campo salutem in Christo Jehsu. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis offitio diligere propensius consuevit et, ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tanquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Eapropter dilecti in Domino filii vestris iustis precibus inclinati personas vestras cum omnibus bonis, que in presentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum iustis modis prestante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri ac nostra protectione suscipimus, specialiter autem domum, quam titulo emptionis ab Ottone et Lodewico comitibus de Ravensberg acquisivistis, sicut eam iuste possidetis et quiete, auctoritate legationis qua fungimur, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum apud Lisberne pridie nonas Septembris.

Das früher an der Urkunde befindliche Siegel des Legaten ist jetzt verloren.

## 204.

*Winricus, Abt von Marienfeld, kauft einige Äcker von Hugo von Midwic. 1224. — Orig. Kl. Marienfeld U. 57; Abschr. Msc. I, 106. f. 63'; gedr. Kindlinger Beitr. III. U. p. 156.*

In nomine Domini Amen. Winricus abbas et conventus campi sancte Marie. ,De gestis hominum plerumque calumpnia gravis emergeret', si non litterarum atque testium cautela defenderet. Agnoscant igitur

1) Auf der Rückseite von U. 20a war bemerkt: „Ennigerlosche Zehenden“.
2) Der Cardinal war den 7. Juni 1224 in Cöln eingetroffen. Siehe Böhmer Reg. Imp. 1198—1254 p. 329. Nr. 58. u. p. 373, und oben Nro. 199.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tam futuri quam presentes, nos coemisse quosdam agros predio nostro Bersen adiacentes, quos Hugo de Midwic accepto quinque marcarum precio distractos publice resignavit una cum liberis suis in foro qui dicitur vriethinc, videlicet in loco qui vocatur Honhorst, ubi Hardmodus monachus et Rotbertus conversus procuratores eiusdem contractus, qui sub banno regio stabilitus est, eosdem agros ad manum ecclesie susceperunt. Huius itaque rei testes sunt: Wiggerus thincgravius, Godescalcus de Wolde, Hugo de Midwic et Hugo filius eius, Eilhardus de Ponte, Rotgerus Scrage, Hermannus advocatus de Mattenhem, Albertus Vrieman, Menceke de Botelincdorp, Hermannus Liber, Redgerus de Bersen, Gerhardus de Lohus, Hermannus de Ostenvelde, Ricwinus de Ostenvelde et alii quamplures. Actum anno M°. CC°. XXIIII°, indictione XII$^{a}$.

Das schon beschriebene abteiliche Siegel ist gut erhalten.

## 205.

* *Das Stift Herford tauscht mit dem Kloster Marienfeld Güter aus.* 1224. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 58; *Abschr. Msc.* 106. *f.* 131.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Gerthrudis divina favente clemencia Hervordensis abbatissa et universum capitulum eiusdem ecclesie omnibus, quibus hec pagina fuerit presentata, salutem in perpetuum. Cum simus omnes unum corpus in Christo, convenit nos invicem tamquam unius corporis membra mutuis officiis caritatis coherere, et in utilitatibus seu commoditatibus mutuis concordare quasi cor unum et anima una. Inde est, quod cum monasterium de campo sancte Marie contiguum nostris bonis haberet mansum unum in villa Dorenberg, nobis magis commodum et utilem quam ipsi, et nos haberemus alium mansum in villa Remeset, vicinum dicto monasterio et ipsi magis commodum et utilem quam nobis, complacuit venerabili et religioso viro Winrico abbati et fratribus prefati monasterii ex una parte, complacuit et nobis ex altera parte, ut mansus noster cum omni integritate et utilitate transiret in ius et possessionem ipsorum, et versa vice mansus eorum in ius et dominium nostrum legitima commutatione seu cambitione rediret. Quod et factum est, et a domino Volquino de Swalenberg in curia nostra Godesberge banno seu precepto regio confirmatum. Ne autem huius tam amicabilis et utilis commutationis in posterum ulla sit refragatio, placuit utriusque ecclesie scriptis et sigillis hoc factum communiri. Nos igitur de communi totius ecclesie Hervordensis consensu et approbatione predictam cambitionem presenti scripto nostro communivimus, et sigillis tam nostro quam capituli nostri cum subscriptione testium, utpote rationabiliter et iuste factum, roboramus. Testes hii sunt: Hildegundis preposita, Jutta decana, Lutchardis custos, Ida portaria, Johannes, Fridericus, Bertamus, Sifridus et alii plures de conventu; laici: Tetmarus camerarius, Arnoldus pincerna; Heinricus, Johannes fratres, Florentius, Hermannus, Jordanis, Johannes, Godescalcus Lupus, Ernestus villicus de Godesberg et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XXIIII°, indictione XII. In nomine Domini nostri Jehsu Christi feliciter AMEN.

An Pergamentstreifen hängen die ziemlich gut erhaltenen Siegel der Aebtissin und des Capitels. Das erstere führt die Umschrift: GERTRUDIS DEI GRATIA HERVORDENSIS ABBATISSA und stellt eine auf einem mit Löwenköpfen gezierten Stuhl sitzende Nonne, einen Palmzweig in der Rechten und ein Buch in der Linken, dar. Das Siegel des Kapitels ist rund, ziemlich gross und enthält das Brustbild Maria's mit dem Christuskinde, beide von dem Heiligenschein umgeben und in der künstlerischen Darstellung nicht ohne Werth, mit der Umschrift: SANCTA MARIA MATER DOMINARUM IN HEREVORDE.

## 206.

* *Floria, Äbtissin von Herzebrock, bekundet einen mit dem Abt Winric von Marienfeld geschlossenen Vergleich.* 1224. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 59; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 157'.

In nomine Domini. Amen. Floria abbatissa et conventus in Hersebroke monasterio campi beate Marie in perpetuum. Lites, que odiose sunt, dirimi debent antequam deformius convalescant. Ex hac siquidem consideratione commodius nobis et honestius visum est, ut causa, que vertebatur inter vos et nos super pensione quadam, sopiretur familiariter domi, quam res in iuditium deduceretur. Placuit ergo nobis in hanc compositionis formam convenire, ut scilicet vestre ac nostre ecclesie salvum sit ius suum, hoc est, ut vos nobis VII mensuras siliginis sive skepel de domo Berehorn annuatim exsolvatis, et nos vobis duos modios maiores Widenbruggensis mensure de domo in Hard singulis annis in curiam vestram Sletbrugge offeramus. Huic etiam forme compositionis annexum est, ut generaliter omnis querela de cetero conquiescat que posset alterutrum suscitare. Quod vobis recognoscimus testimonio scripti presentis. Actum anno dominice incarnationis M°.CC°.XXIIII°, in conventu nostro, ubi dominus Winricus aderat cum nuntiis ecclesie sue Arnoldo, Hardmodo, Heinrico monachis et Ecberto sacerdote et Rodolfo procuratore ipsius abbatisse.

Das an Pergamentstreifen anhängende Siegel der Aebtissin ist nicht gut erhalten.

## 207.

*B. Dietrich III. verbietet den Städten und festen Plätzen im Bisthum Münster, Hörige des Klosters Marienfeld aufzunehmen.* 1224. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 60; *Abschr. Msc. II,* 11. *p.* 85; *gedr. Kindlinger Beitr. II. U. p.* 257; *Niesert U.-S. II,* 350.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Theodericus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus, quorum noticie scriptum presens oblatum fuerit, in perpetuum. Eis qui divine speculationi vacant, debemus humanitatis studio semper concurrere, quatinus dum per nos eorum proficit disciplina, per eos crescere incipiat merces nostra Noverint ergo tam futuri quam presentes, quod nos ex amministratione pontificalis officii, qua tenemur pro ecclesiis Dei vigilare, monasterium campi beate Marie sub nostram suscepimus protectionem, tanto utique artius atque propensius, quanto est evidentius, quem ad beatum Paulum consuevit habere respectum, et ipsius omne solatium a nostra semper ecclesia est dependens. Verum quia ecclesia Dei non solum ab extraneis sed plerumque etiam a suis fraudem perpetitur, ut videlicet astuta quadam tergiversatione se ad alios fines transferant homines ei pertinentes, et domicilio sibi in oppidis procurato, se frangant in libertatem qui proprietatis iure tenentur, eorum inique machinationi provide obviamus, auctoritate Dei et nostra terribiliter excommunicantes eos qui se ultra mensuram sue conditionis extollentes, collum excutiunt a iugo servitutis qua asstricti sunt ecclesie campi sancte Marie, nec non et illos qui tales transfugas colligunt et tenent. Quapropter et signanter inhibemus sub pena excommunicationis, ne apud civitatem Monasteriensem et Warendorpe, Bekehem, Alen, vel apud quecunque munitionis et presidii loca dyocesis nostre refugium habeant litones vel homines prefate ecclesie, vel quomodolibet suscipiantur, quippe cum perfugi sint et eis patrocinari non debeat dolus suus. Super cuius rei confirmatione paginam hanc auctoritate beatorum Petri et Pauli apostolorum firmamus, quam et nostro signavimus instrumento, cum testibus qui sunt: Ludgerus prepositus de Claholte, Burchardus abbas de Lisberne, Ludolfus canonicus Monasteriensis, Godefridus capellanus et Albero notarius. Actum anno dominice incarnationis M°.CC°.XXIIII°.

Das an wollenen Schnüren angehängte Siegel des Bischofs ist wohl erhalten.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 208.

** B. Dietrich III. bestätigt dem Kl. Nottuln die diesem von Sibert von Havixbeck geschenkten Zehnten. 1224. — Or. Kl. Nottuln U. 10; Abschr. Msc. IV, 1. f. 221.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus tercius. Ad hoc, largiente Domino licet insufficientibus meritis, cathedre Monasteriensis ecclesie presidemus, ut non solum ecclesiis et ecclesiarum ministris in spiritualibus, verum etiam in temporalium rerum necessariis consulere providere et adesse pastorali teneamur sollicitudine, maxime vero hiis, qui sub habitu religionis elegerunt in domo Domini militare. Noverit ergo tam presens etas quam successiva posteritas, quod Sibertus de Havekesbeke anime sue salubriter volens consulere, ob filiam suam Hathewigim in sororem Nutlon receptam et ampliorem dominarum ibidem degentium sustentationem, decimam duarum domorum in Tungerlo consensu et compromissione suorum heredum in manus nostras resignavit legitime. Nos autem, ut nostra omniumque successorum nostrorum pro beata huius decime donatione securius possit letari fidelis devotio, et propter cottidianam ibidem Deo deservientium deprecationem certior peccatorum nostrorum speranda sit remissio, proprietatem decime duarum domorum in Tungerlo cum omni integritate proventuum ecclesie in Nutlon perhenniter possidendam contulimus et habendam. Ne igitur hec donatio rationabiliter facta in posterum aliqua possit infirmari calumpnia, presentem paginam exinde conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari, sub anathemate precipientes, ne aliquis huic nostre donationi rationabiliter facte presumat ausu temerario contraire. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini M°.CC°.XXIIII°, presidente sedi Romane domino Honorio papa tercio, pontificatus nostri anno sexto. Testes huius rei sunt: clerici Godefridus sancti Johannis prepositus in Osnaburg, Ludolfus Frisie prepositus, Franco de Hornen, Lutbertus sancti Martini custos, Vulvoldus et Godefridus tunc sacerdotes in Nutlon; laici: Hermannus Werence, Brunstenus de Billerbeke, Godescalcus et Thithardus de Nutlon, et alii quamplures.

Von dem an gelben seidenen Fäden anhängenden Siegel des Bischofs ist nur ein Theil erhalten.

## 209.

** B. Dietrich III. überträgt dem Burggrafen Godfried von Rechede einen heimgefallenen Zehnten. 1224. — Abschr. Msc. I, 1. p. 171; II, 7. p. 26.*

Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Notum sit tam presentibus quam futuris, quod nos Gotfrydo de Rechede burggravio decimam in Bosnippe, quam de morte fratris sui nobis vacare putavimus, libere recognovimus et factum suum, quo eandem decimam Nycolao de Borchorst in feodo concessit, ratum habemus et nostri scripti auctoritate confirmamus, decernentes et firmiter statuentes, ut nullus presentium vel futurorum hominum aliquid de predictis immutare vel infirmare presumat. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XX°.quarto. Huius rei testes sunt: Engelbertus maior prepositus Osnaburgensis, Remboldus maior prepositus Monasteriensis, Bernardus cellerarius, Steffanus, Albertus notarius; Hinricus Norendinus et filii sui, Albertus dapifer, Johannes pincerna, Lubbertus de Beveren, Albertus marscalcus, Brunstenus et frater suus de Sutwyk, Rolandus de Vugtorpe et alii plures.

## 210.

*Bischof Dietrich III., der 1225 April 24. in Friesland ankommt, weiht daselbst am 24. Mai die Kirche des Prämonstr.-Klosters Floridus Hortus zu Witt-Werum ein und erhebt den Propst Emo zum Abt. — Emonis chronicon ap. Matth. II, 81 [1].*

---

[1]) Bei dieser Gelegenheit theilt Emo den Katalog der Bischöfe von Münster bis zu seiner Zeit (er starb 1237) mit. Da dies

## 211.

*Bischof Dietrich III. ertheilt 1225 Juni 1. zu Fermesum friesischen Clerikern die Ordination, und verlässt Friesland am 4. Juni, nachdem er noch den Streit zwischen dem Propst Herdricus und den* sylvani Skeldenses *geschlichtet und diese zur Zahlung von 1600 Mark wegen Verbrennung des Klosters Skeldwalda verurtheilt hatte. — Emonis chron. l. c. p. 82.*

## 212.

*B. Dietrich III. genehmigt, dass der Custos des Doms zu Münster einen Vicar zur Dienstleistung im Chore und an dem Altar des h. Paulus zu ernennen habe. 1225. — Or. Fr. Münster U. 53; Abschr. Msc. I, 1. p. 426; nach letzterem gedr. Niesert U.-S. VII, 261.*

In nomine Domini. Amen. Theodericus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus universis presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Notum esse cupimus tam posteris, quam presentibus, quod Volmarus cum esset custos maioris ecclesie in Monasterio, pia devotione cum consensu et approbatione totius capituli ordinavit, ut quicumque sit custos maioris ecclesie, potestatem habeat et autoritatem instituendi vicarium sacerdotem, qui perpetuo in choro deserviat, et divina ministret ad altare sancti Pauli inter duas turres, et eidem vicario sint in stipendium reditus unius marce comparandi de XII marcis quas idem custos ecclesie contulit, insuper marca de pensione mansi in Gummerdinctorpe, quam officialis eiusdem mansi accipere et in proprios usus convertere consueverat, ita tamen, ut ad altare sancti Servatii, quod est in ecclesia beati Pauli veteris monasterii, hanc persolverent pensionem, videlicet tres solidos et III obolos et octo modios siliginis parve mensure. Hunc mansum memoratus custos per mortem dicti officialis sibi vacantem, custodie libere contulit, eo tamen modo, ut quicunque custodie provisor extiterit, sicut supra dictum est, vicario, cuius institutio ad ipsum pertinet ratione premissa, de redditibus eiusdem mansi marcam annuatim persolvat et pensionem que debetur ad altare sancti Servatii pretaxatam. Habeat etiam ius instituendi et destituendi colonos in eodem manso. Pensio mansi hec est, quatuor maltia siliginis et duo maltia ordei dimidie mensure. Nos vero hanc piam ordinationem capituli et custodis approbantes confirmamus, sub pena excommunicationis inhibentes, ne quisquam eam ausu temerario infringere aut cavillare in posterum presumat. Huius rei testes sunt Remboldus maior prepositus, Hermannus maior decanus, Godefridus sancti Lugeri prepositus, Winemarus scolasticus, Bernardus cantor, totumque maioris ecclesie Monasteriensis capitulum. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M°.CC°.XXV°, presidente sancte Romane ecclesie domino Honorio papa III°, regnante gloriosissimo Romanorum imperatore Friderico, pontificatus nostri anno VIII°.

Das an einem Pergamentstreifen hängende Siegel des Bischofs ist nicht gut erhalten.

---

die älteste derartige Aufzeichnung ist, die wir besitzen, und da sie zugleich frei ist von den Fälschungen der spätern Münsterschen Bischofschroniken, so lassen wir sie hier folgen:

Beatus namque Ludgerus primus pontifex fuit Monasteriensis. Successerunt ei Gerfridus, Alfridus, Luibertus, Bartholdus, Wilhelmus, Nithardus, Reynoldus, Hildeboldus, Dodo, Suetherus, Theodoricus primus, Sigefridus, Hermannus primus, Rodbertus, Frithericus primus, Erpo, Burchardus, Theodoricus secundus, Egbertus, Wernerus, Frithericus secundus, Ludovicus, Hermannus secundus, Otto primus, Theodoricus tertius, Ludolphus.

# 213.

** Papst Honorius III. ernennt Schiedsrichter zur Entscheidung des Streits zwischen Jutta, Äbtissin von Freckenhorst und dem Münsterschen Domcapitel, wegen der Archidiaconatsverhältnisse Freckenhorst's.*

1225 *April* 9. *u.* 11. *Lateran.* — *Orig. Kl. Freckenhorst U.* 9.

(Andreas) miseratione divina de Kappenberg, (Radolfus) de Holinchusen [1]), Th(omas) de Susat prepositi iudices a sede apostolica delegati domine J(utte) venerabili abbatisse et universo conventui monasterii in Vrekenhorst salutem in Domino cum devote orationis instancia. Noverit karitatis vestre discretio, quod nos mandatum sedis apostolice duplex accepimus, unum quidem super causa inter vos ex una parte et cantorem Monasteriensem ex altera secundum priores quasdam litteras, prout intelleximus, dudum actitata, cuius talis est tenor:

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . de Capemberge . . de Holinchusen et . . de Susat prepositis Coloniensis et Monasteriensis diœcesis salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius B(ernardus) cantor Monasteriensis nobis significare curavit, quod cum causam, que inter ipsum ex parte una et . . . abbatissam et conventum monasterii in Frikenhorst Monasteriensis diocesis ex altera super archidiaconatu eiusdem loci vertitur, decano maioris ecclesie, preposito sancti Petri et Volquino canonico Patherbrunnensi duxerimus committendam, iidem biennio et amplius iam elapso distulerunt in eius preiuditium terminare. Volentes igitur ut finis litibus imponatur eisdem, nostris damus litteris in preceptis, ut in eodem negotio iuxta priorum continentiam litterarum ratione previa procedentes, causam ipsam infra tres menses post susceptionem earum debito fine decidant. Quocirca discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus si dicti iudices preceptum nostrum neglexerint adimplere, vos extunc eandem causam iuxta earundem litterarum tenorem sublato appellationis obstaculo studeatis mediante iustitia terminare. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani III Idus Aprilis, pontificatus nostri anno nono.

Aliud vero mandatum super causa, que vertitur inter vos ex una parte et capitulum maioris ecclesie Monasteriensis ex altera, sub tali quidem forma recepimus:

Honorius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . . de Capemberg et . . . de Holinchusen et . . . de Susat prepositis Coloniensis et Monasteriensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii. Decanus et capitulum Monasteriense suam ad nos querimoniam destinarunt, quod abbatissa et conventus monasterii de Frikenhorst Monasteriensis diocesis super archidiaconatu ecclesie Sancte Crucis eiusdem loci ad ipsos de iure spectante iniuriantur eisdem; ideoque discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus convocatis partibus audiatis causam et appellatione remota fine debito terminetis, facientes quod decreveritis per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si se gratia odio vel timore subtraxerint, censura simili cessante appellatione cogatis veritati testimonium perhibere. Quod si non omnes hiis exequendis potueritis interesse, duo vestrum ea nichilominus exequantur. Datum Laterani V Idus Aprilis, pontificatus nostri anno nono.

Utriusque igitur auctoritate mandati supplicamus primum ac petimus affectuosa vos exhortatione monentes et quantum in nobis est non solum vobis, domina reverentissima, sed etiam vestre congregationis fratribus et sororibus universis fideliter et in Domino consulentes, quatinus ecclesiam Monasteriensem matrem vestram venerabilem condigno ut decet honore prevenientes, apud illam humiliter rogare que ad pacem sunt et efficaciter quantum in vobis est procurare studeatis. Alioquin vos ad nostram peremptorie citamus presenciam, diem vobis VIII° kal. Octobris proxime venturam apud Sosatum in ecclesia sancti Patrocli prefigentes.

Von den Siegeln ist keines mehr erhalten.

---

[1]) Oelinghausen.

## 214.

*Dietrich, Bischof von Münster, befiehlt Allen, welche an das Kloster in Vreckenhorst Schweine zu liefern haben, diese Abgabe in natura zu entrichten, indem die Äbtissin Jutta* per attestaciones discretorum virorum et privilegia ab antiquo conscripta *die Ablösung mit 8 Denaren als ungerecht dargethan habe. Ohne J.*[1] *u. Z. — Orig. Kl. Freckenhorst U. 8; Abschr. Msc. I, 94. p. 209; gedr. Niesert U.-B. I. p. 368, der diese Urkunde fälschlich auf Bischof Dietrich II. bezieht.*

Vom anhängenden Siegel ist nur ein Bruchstück erhalten.

## 215.

* *B. Dietrich III. vergleicht sich mit dem Kl. Hohenholte wegen der demselben von Ruger von Wallenchorne verkauften Güter.* 1225. — *Or. Kl. Hohenholte U. 5; Abschr. Msc. II, 23. p. 41.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Theodericus Dei gratia Monasteriensis episcopus tercius. Ex iniuncto nobis pastorali officio ecclesiarum commissarum profectui tanta sollicitudine ac diligencia nos convenit imminere, ut quantum in nobis esse dinoscitur, annuente bonorum omnium largitore, tam in spiritualibus quam in temporalibus sumere valeant incrementum. Hoc nimirum inducti proposito et respectu ad universorum tam futurorum quam presentium Christi fidelium noticiam cupimus pervenire, quod cum Rugerus de Wallenchorne, quadraginta et sex marcis acceptatis et acceptis a conventu cenobii in Honholte, de heredum suorum voluntate et consensu bona sua cum omnibus attinenciis, nec non et eius uxor usufructum in manus nostras libere et absolute resignassent, considerata eiusdem cenobii indigentia admodum gravi, prelatorum nostrorum et tocius capituli necnon et ministerialium accedente consilio et consensu, eadem bona cum pratis, pascuis, agris cultis et incultis, nemoribus et aquis, simul cum omnibus pertinenciis et proprietate eorundem, iam dicto cenobio et conventui Deo ibidem deservienti contradidimus in perpetuum possidenda. Verum quia predicta bona in loco sita sunt remotiori, cavere volentes commodo conventus et quieti, statuimus de predictorum consilio, ut singulis annis ante natale Domini talentum de villa que dicitur Geskere, et quatuor malcia de ipsa curte in Lon in mensura decimali, que ad mensam nostram pertinebant, ipsius curtis familia conventui ad claustrum suum adducat et assignet sine contradictione. Nos vero in recompensationem eorundem reddituum redditus de supradictis bonis provenientes recipiemus cum omni integritate, quousque nos vel successorum nostrorum aliquis erga conventum titulo emptionis pro sepedictis bonis quadraginta et sex marcas dederimus cenobio memorato, ut sic tandem omnia bona supradicta integraliter ad mensam redeant episcopalem. Ne autem cenobio et conventui in Honholte super hac ordinatione nostra tam pie facta quisquam in posterum questionem movere aut factum nostrum in aliqua parte calumpniari valeat, presentem paginam exinde conscriptam tam nostri quam capituli sigillis voluimus roborari, statuentes, ut quisquis hoc factum nostrum attemptaverit irritare, pene subiaceat excommunicationis. Acta sunt hec a. ab incarn. D. M°.CC°.XXV°, presidente sedi Romane domino Honorio papa III°, pontificatus nostri anno VIII°. Testes huius rei sunt: Remboldus maior prepositus, Hermannus maior decanus, Volmarus sancti Pauli prepositus, Godefridus sancti Ludgeri prepositus, Gerlagus et Cesarius maioris ecclesie canonici; laici: Hermannus de Monasterio, Hermannus Werence, Bernardus Paskedach, Conradus de Ludenchusen et frater suus, Bernardus de Menhuvele et fratres sui, Everhardus de Werne, Hermannus de Porteslare et alii quam plures.

Von dem Siegel des Bischofs ist nur ein kleines Bruchstück, das des Dom-Capitels aber gar nicht erhalten.

---

[1] Die Vorgängerin Jutta's, Cunegundis von Lippe, erscheint urkundlich zuletzt im J. 1219; Jutta selbst tritt in der vorhergehenden Urkunde v. 1225 zuerst auf, Bischof Dietrich aber wird 1226 abgesetzt, so dass vorstehende Urkunde in die Zeit von 1220—1226 gehören wird.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

## 216.

* *Graf Otto von Tecklenburg stiftet durch Überlassung der ihm resignirten curtis in Vohren an das Kloster Marienfeld, eine Memorie daselbst für sich und seine Familie. 1225 Lienen. — Or. Kl. Marienfeld U. 61; Abschr. Msc. I, 106. f. 22′; IV, 10. f. 4.*

In nomine sancte et individue Trinitatis [1]). Amen. Otto Dei gratia comes de Tekeneburg universis fidelibus, quorum noticie presentis pagine tenor occurrerit imperpetuum. Quum quecunque seminaverit homo, hec et metet atque de messe premii celestis tanto presumit, quanto boni operis sementem impenderit, fructuosa plane ac felix est negotiatio, transitoria commutare perpetuis et temporalibus eterna mercari. Manifestum itaque et indubitatum esse cupimus apud presentium generationem ac futurorum, quod cum Conradus miles de Brohterbike, acceptis ab abbate Winrico et conventu in campo sancte Marie [2]) sexaginta marcis et decima in Thetten quam una cum filio suo Conrado nondum uxorato ab eodem abbate in feodo suscepit, medietatem bonorum curtis in Vornen, quam a nobili viro Wicboldo de Holte tenebat in feodo, cum consensu uxoris sue et heredum suorum cum omni iure quod in illis bonis habebat resignasset; et idem vir nobilis acceptis XVIcim marcis a iam dicto abbate et conventu de consensu uxoris sue simul et heredum suorum eandem in manus nostras resignasset medietatem in ipso castro nostro Tekeneburg, presentibus Gerhardo advocato de Gravenhorst, Hermanno Haken, Hermanno Budden, Godescalco Budden, Heinrico Budden, Theoderico de Hornen et fratre eius Hugone, Hermanno de Gent, Bernhardo de Bramhorne, Johanne Kyselinc et aliis quam pluribus; insuper cum Luppertus miles de Linge acceptis centum marcis puri argenti aliam partem curtis in Vornen cum bonis attinentibus, que de manu nostra in feodo tenebat, cum integritate totius iuris quod habere dinoscebatur, de consensu uxoris sue et filii sui Conradi in manus nostras libere apud Linen resignasset, et Wicboldo, Willehelmo et Johanne viris nobilibus de Soltesberg nondum uxoratis, acceptatis et acceptis a prefato Lupperto de Linge XIIIcim marcis, omni iuri et actioni quam ratione Wicboldi patris ipsorum habebant sive habere videbantur penitus renunciantibus supradicta bona cum omni integritate in manus nostras apud Greven resignando: nos, bonorum virorum mediante consilio, triginta marcarum servicium a supradictis abbate et conventu accipientes, proprietatem predii nostri, videlicet ipsius curtis Vornen cum novem mansis, uno in Cukenhem, secundo Blotlape, tercio Hethus, quarto Greshorne, quinto Netten, et aliis quatuor ipsi curti adiacentibus, et cum omnibus pertinentiis, litonibus, familiis, agris, pratis, molendino, aquis, silvis, pascuis cultis et incultis, pensionibus et universis attinentibus, ad honorem Dei omnipotentis et beatissime genitricis eius offerendo monasterio campi sancte Marie [2]), ad solatium fratrum ibi Deo deservientium in manus domini nostri Theoderici Monasteriensis episcopi necnon et ipsius abbatis Winrici, collaudantibus uxore nostra Mecthilde comitissa et heredibus nostris, contradidimus imperpetuum habendum et possidendum, quatinus apud fratres eiusdem cenobii nostra vigeat memoria necnon et parentum affiniumque nostrorum. Cum enim secundum ewangelicam promissionem centuplicatum restituitur in futuro quod prompta nunc devotione ac spiritu libertatis offertur, nec inane reputavimus aut infructuosum, si patrimonium hominis terreni fieret patrimonium Christi, et inde faceremus nobis amicos servos Dei, qui nos recipiant in eterna tabernacula, qui nimirum veluti bases superimpositum sibi onus sustinentes eo nostrum adiuvent inperfectum, quo et aliorum fidelium onera ex ipsorum oblationibus in se transferant [3]) et in sortem suam currere eos faciant, dum pro ipsis altissimum interpellant cunctisque benefactoribus suis iugiter vitam eternam exoptant. Ut autem hec nostre devotionis oblatio rationabiliter facta rata maneat et inviolabilem obtineat firmitatem et omni exclusa calumpnia, presentem paginam exinde conscriptam placuit nobis non solum nostro, immo etiam domini nostri Th. episcopi Monasteriensis et capituli maioris sigillo communiri. Acta sunt hec apud Linen a. d. i. M°.CC°.XXV°,

---

[1]) „In nomine — Amen“ in grösster Schrift roth. — [2]) „Marie“ desgleichen. — [3]) „transferunt“ d. U.

presidente Romane sedi domino Honorio papa tercio, imperante domino nostro imperatore Frederico, coram testibus quorum nomina sunt hec: Godefridus prepositus sancti Johannis in Osenbrucge, Philippus Coloniensis ecclesie maioris custos; Fredericus comes de Altena, Willehelmus frater eiusdem comitis, Ludolfus de Stenvorde cum filiis suis; Hermannus de Monasterio, Luppertus de Beveren, Albertus marscalcus, Albertus dapifer, burgravius de Rechethe, Johannes pincerna, ministeriales sancti Pauli; Wicboldus de Holte, Gerhardus de Gravenhorst, Godescalcus Buddo, Bernhardus de Bramhornen, Hermannus de Gent et alii quam plures.

An rothen und weissen Schnüren hängen die Siegel des Bischofs und des Grafen, von denen letzteres, das Burgsiegel, minder, das erstere aber sehr gut erhalten, auch künstlerisch merkwürdig ist, und die Umschrift trägt: THEODERICUS DEI GRATIA MONASTERIENSIS ECCLESIE EPS; ausserdem hängt noch, an rothen Schnüren befestigt, das grosse, gut conservirte Siegel des Dom-Capitels an.

## 217.

** Graf Volquin von Schwalenbreg überträgt dem Kl. Marienfeld einen Zehnten.* 1225. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 61[a]; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 136'.

In nomine Domini. Amen. Volquinus Dei gratia comes in Sualenberg. Fides instrumentorum obviat perfidie calumpniatorum. Notum itaque esse cupimus presentibus et futuris, quod decimam in Kachtenhusen, quam Conradus de Dasle quondam a nobis, et a Conrado Willelmus de Skildece tenuerat, fratres campi beate Marie redemerunt. Quo facto Willelmus heredibus suis consentientibus resignavit eam Conrado, et Conradus nobis una cum filiis suis. Nos igitur volentes in gazofilatium Domini aliquid offerre, decimam ipsam contulimus ecclesie campi sancte Marie donatione perpetua ita, ut in memoriam huius facti et recognitionem duas annuatim libras cere in vigilia beati Georgii ad luminare martyris eiusdem nobis ecclesia prefata ministret. Et ut ratum hoc semper maneat sigilli nostri et domini Conradi custodis Paderburnensis, in cuius archydiaconatu decima illa sita est, apposuimus munimentum. Huius rei testes sunt: Widekindus de Grevingen, Herimannus de Blankena, Arnoldus Musca, Heinthenricus Plochrat, Herimannus gogravius, Adolfus frater comitis et alii plures. Actum anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo vicesimo quinto, indictione tertia decima.

Das erstere an leinenen Schnüren hängende Siegel ist gut erhalten und hat die Umschrift: S. CONRADI THESAURARII PADERBURNENSIS; am Siegel Volquin's, gross und von runder Gestalt, mit dem Schwalenberger Stern, ist die Umschrift nicht mehr zu erkennen.

## 218.

** Dietrich, Propst von Nordhausen, verpachtet den seiner Kirche gehörigen Hof bei Bochold (später curtis in Coninginc genannt) einem gewissen Gerlach.* 1225. *Sept.* 10. — *Transfix Fr. Münster U.*50; *Abschr. Msc. II,* 7. *p.* 56.

Thidericus Dei gratia prepositus Northusensis. Notum esse volumus universis, quod nos curiam nostram et ecclesie nostre in Bukholt Gerlaco et uxori sue ad dies vite ipsorum concessimus possidendam, si nobis et ecclesie debitum quod inde tenentur persolverint fideliter et devote, et curiam predictam et familiam curie attinentem fide debita pertractaverint et affectu, annexa insuper tali conditione, quod si Gerlacus prior uxore decesserit, ipsa nulli viro debet nubere, neque aliquem in predictam curiam introducere, nisi de nostra et speciali gratia nostri capituli valeat optinere. Preterea quicquid de ipsorum amborum statu aut vita ex divina providentia fuerit dispensatum, sepedictam curiam relinquent nobis et ecclesie in animalibus et aliis utensilibus, que mero iure spectant ad ius curie, expeditam. Frideboldus scolasticus et Bertoldus concanonici nostri, missi ex parte totius capituli consenserunt in hoc facto. Presentes

fuerunt: Gozwinus advocatus, Ludolfus Vremdesaim, Macharius, Gevehardus, Helmwicus, ministeriales ecclesie, Lefardus miles et alii quam plures. Datum anno d. i. M⁰.CC⁰.XXV⁰, IIII⁰ Id. Septembris.

Auch das Orig. von 1268, wovon diese Urkunde ein Transfix war, hatte kein Siegel.

## 219.

* *Der päpstliche Legat Conrad bestätigt dem Kl. Marienfeld den Besitz der von dem Grafen von Ravensberg erkauften curtis in Hindenevelde.* (1226) [1] *Januar 4. Cöln. — Or. Kl. Marienfeld U. 44; Abschr. I, 106. f. 7'.*

C(onradus) miseratione divina Portuensis et sancte Ruffine episcopus apostolice sedis legatus, dilectis in Christo abbati et conventui in campo sancte Marie Cisterciensis ordinis salutem in Domino. Justis petentium desideriis facilem nos decet prebere assensum, et vota, que a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere. Eapropter, dilecti in Christo, vestris iustis precibus inclinati, curtim in Hindenevelde cum attinentiis suis, quam vos iusto tytulo emptionis a nobilibus viris Ottone et Lodewico comitibus de Ravensberg proponitis adeptos, sicut eam rationabiliter possidetis et iuste, vobis eam legationis qua fungimur auctoritate confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptaverit, indignationem Dei omnipotentis et beatorum Petri et Pauli se noverit incursurum. Datum Colonie II. Nonas Januarii.

Das an rothseidenen Schnüren hängende kleine elliptische Siegel stellt einen Bischof im Ornate vor, mit der Umschrift: SIGILLUM CONRADI PORTUENSIS ET SANCTE RUFINE EPISCOPI.

## 220.

*B. Dietrich III. wird wegen seiner Betheiligung an der am 7. November 1225 durch seinen Bruder Friedrich von Isenberg verübten Ermordung Erzbischof Engelberts von Cöln, auf sein Ansuchen, vom päpstlichen Legaten, Cardinalbischof Conrad von Porto, auf den 2. Februar 1226 vor eine Kirchenversammlung zu Lüttich vorgefordert und verlässt Münster am 27. Januar in Begleitung seines Bruders Engelbert, erwählten Bischofs von Osnabrück, und Conrads, Bischof von Minden, so wie der Prälaten seiner Kirche, worunter auch die Äbte dreier Friesischen Klöster* (S. Bernardi, Floridi Orti [2]), et de Doccum). *Am ersten Tage erreichten sie die Lippe, am zweiten Duisburg, am dritten Neuss, am vierten die Roer, am fünften Aachen und am sechsten Tage, den 1. Februar, Lüttich. Die am 2. Februar stattfindende Verhandlung nahm durch die Heftigkeit in der Anklage der Cölnischen Ministerialen, und die ebenso heftige Erwiderung der Münsterschen Dienstmannen einen so stürmischen Charakter an, dass die Entscheidung auf den nächsten Tag, 3. Februar, ausgesetzt wurde. Als hier nun die zur Eideshülfe aufgeforderten Bischöfe es ablehnten, den Reinigungseid für die Bischöfe von Osnabrück und Münster zu leisten, verliessen diese die Versammlung, wurden dann vom Amte suspendirt, und nach Rom an den Papst verwiesen; die geistliche Verwaltung der Diöcese Münster aber dem Bischofe von Paderborn, und die weltliche dem Grafen von Geldern übertragen. Am 23. Februar* [3] *traten die suspendirten Bischöfe ihre Reise nach Rom an, und schon am 30. April war in Deutschland die Nachricht von ihrer durch den Papst ausgesprochenen Absetzung verbreitet, die Dietrich III. nicht lange überlebte* (post brevi defunctus est). — *Emonis chron. ap. Matth. II. p.* 83 — 86.

---

[1] Das Jahr ergibt sich aus Böhmer R. J. 1198—1254 p. 375.

[2] Abt von Floridus Ortus (Witt-Werum) war Emo, dessen Aufzeichnungen in seinem Chronicon wir hier folgen; diese rühren demnach von einem mithandelnden Augenzeugen her.

[3] Emo l. c. p. 86 sagt: „Septimo igitur Martii profecti sunt Romam". Da eine solche Datirung aber am Anfang des 13. Jahrhunderts ganz unerhört ist, so vermuthe ich, dass „kal." vor „Martii" ausgefallen ist.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*Seinen Tod setzt das Necrol. Marienf. Msc. II,* 76. *p.* 336 *auf den* 22. *Juli* (XI. kal. Aug. Theodericus III. episcopus Monasteriensis), *ebenso wie die Münsterschen Chroniken (Ficker G.-Q. I. p.* 30*), dagegen das Necrologium des Doms Ficker p.* 348 *auf den* 18. *Juli* (Thidericus Monasteriensis episcopus. Hic assignavit novem ecclesias iuxta ordinacionem capituli [1]).

## 221.

*Heinrich, römischer König, bestätigt dem Abte von Werden den Besitz der von ihm [2] dem Grafen Friedrich von Isenberg, wegen des am Erzbischof Engelbert von Cöln verübten Mordes, abgesprochenen Vogtei über die Höfe Lüdinchusen, Eycholte, Nortkirchen, Seleheym und Wernen.* — Datum a. d. i. MCCXXVI. apud Franckenfurt. IX. kal. Mart. Ind. XIV. — *Gedruckt Kremer Beitr. II,* 122. *Eine, angeblich aus dem Orig. geflossene, aber sonst nicht zuverlässige, ältere Abschrift in der Kindlinger'schen Sammlung Msc. II,* 24. *p.* 16. *giebt im Datum* XI. kal. Mart. *und die die Güter betreffende Stelle folgender Gestalt:* advocatias quinque curtium vl. Ludinkhuson, Eyckholte, Forckenbeke, Selheim et Wernon, quas de ecclesia vestra impius Fredericus quondam comes de Ysenberg tenebat in pheodo, ei coram nobis per sententiam abiudicatas, *wobei wir bemerken, dass Forkenbeck allerdings ein alter Besitz der Werdener Kirche war. Vgl. Erhard Reg.* 649.

## 222.

*Graf Otto von Tecklenburg stiftet in dem St. Ägidii-Kloster zu Münster, in welches seine Tochter Oda eingetreten war, eine Familienmemorie durch Schenkung des Hofes Oldenlinge.* 1226. — *Or. Kl. Ägidii* 16ᵃ; *Abschr. Msc. I,* 81. *p.* 169; *gedr. Niesert U.-S. II, p.* 360.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia comes de Tekeneburg cenobio sancti Egydii in Monasterio in perpetuum. Quoniam actus hominum humanam facile memoriam effugiunt, salubriter provisum est, ea que inter homines memoria digna geruntur non solum fidelibus litterarum testimoniis, sed aliis etiam tam canonicis quam legalibus roborari munimentis. Unde notum sit universis tam futuri quam presentis evi fidelibus, quod ego Otto comes de Tekeneburg cum consensu heredum meorum perpetualiter et libere donavi curtem que dicitur Oldenlinge [3]) cum duabus casis adiacentibus, in rebus mobilibus et immobilibus, terris sive agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis atque mancipiis, cenobio sancti Egydii in Monasterio pro dilectione filie mee Ode [4]), quam ibidem monastice religioni perpetuo deservituram Domino desponsavi, ac pro memorata parte predii mei heredem mihi reliqui in remissionem peccatorum meorum. Preterea in prefato cenobio perpetua erit memoria patris mei comitis Symonis et Ode comitisse matris mee, fratris mei comitis Heinrici, et avie nostre Eiliken, mei quoque et uxoris mee Mehthildis, et patris eius comitis Adolphi et matris eius Alheidis. Ut autem hec rata omnino permaneant, presentem paginam huius facti testimonialem conscribi feci et sigillo meo confirmari. Actum anno Domini millesimo CC°.XXVI°. Testes huius rei sunt: sacerdotes Gozwinus capellanus, Heinricus notarius, Arnoldus; laici: Conradus de Brochterbeke, Hermannus de Lancgen, Gerlacus de Menzebroke, Bernardus de Bramhornen, Herimannus de Gent, Johannes Kiselinc, Godescalcus Buddo, Heinricus Kumpan, Herimannus de Lon, Winemarus de Amethe, Bernhardus dapifer, Joannes de Lancgen et alii quam plures castellani.

An einem Pergamentstreifen hängt das Burgsiegel des Grafen.

---

[1]) Die Chronik l. c. giebt diese Nachricht so wieder: „Hic dedit fratribus (dem Dom-Capitel) novem ecclesias ab episcopo conferendas".

[2]) zu Nürnberg 1225 Novemb. 20. und zu Frankfurt im folgenden Monat. Vgl. Ficker, Engelbert d. H. p. 175 u. 176.

[3]) „in Lüdinghaus" nach einer Notiz auf der Rückseite der Urkunde.

[4]) Diese Gräfin Oda kommt urkundlich in d. J 1250—1263 als vierte Aebtissin dieses Stiftes vor.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 223.

* *Derselbe setzt den Propst von St. Ägidii in den Besitz von Oldenlinge ein. O. J. — Or. Kl. Ägidii U.* 16b; *Abschr. Msc. I,* 81. *p.* 171.

Otto divina permissione comes de Tekeneburg omnibus presens scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Notum sit universis, quod cum consensu heredum curtem nostram in villa Oldenlinge sitam, cum duabus casis adiacentibus, in rebus mobilibus et immobilibus, terris sive agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis atque mancipiis liberaliter et perpetualiter donavimus cenobio beati Egidii in Monasterio in remissionem peccaminum et pro dilectione dilecte filie nostre Ode, quam ibidem monastice religioni perpetuo deservituram Domino desponsavi. Preterea iam dicti loci plebanum et prepositum per nuncios nostros et per literas presentes misimus in possessionem bonorum, volentes, ut universa mancipia memorate curtis eodem iure obsequii et fidelitatis, quo nobis erant astricti, prelibato cenobio sint in perpetuum obligati.

Das Siegel wie oben, aber minder gut erhalten.

## 224.

* *Das Kl. Quernheim verkauft dem Kl. Freckenhorst den mansus Hegerinclo im Kirchspiele Enniger.* 1226. — *Or. Kl. Freckenhorst Urk.* 10.

In nomine sancte Trinitatis. Jo. Dei gratia prior, G. priorissa totusque ecclesie in Quernhem conventus omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in Christo Jhesu. Ea que a modernis laudabiliter ordinata geruntur in tempore, ne fluxu temporis a memoria elabantur, in scripta auctentica plerumque redacta perhennantur, sicque ad futurorum scientiam transmittuntur. Inde est, quod hanc paginam conscribentes ex ea constare volumus universis presentibus ac futuris, quod inter nos et ecclesiam de Vrekenhorst, ex parte nostri venditionis, ex altera emptionis super manso Hegerinclo in parochia Eningere sito contractus sollempniter intercessit, et nos pro XXVIIII marcis et dimidia proprietatem et dominium eiusdem mansi liberi et inmunis ab omni onere tam advocati quam aliarum quarumlibet exactionum in dictam ecclesiam de Vrekenhorst transtulimus tocius nostri capituli conniventia accedente. Nichilominus ne hec libertas et emunitas mansi predicti ab aliquo calumpniam sustineat vel infringatur, semper warandiam sumus ex contractus debito prestituri. Quocirca ne quispiam in hac re calumpniari aut aliqualis valeat perturbatio suboriri, hanc paginam in testimonium veritatis confectam sigillo nostro munivimus consignantes. Acta sunt hec presentibus et contractum approbantibus: Heinrico, Hartwino, Brunnone, Volcmaro sacerdotibus et canonicis in Wrekenhorst, Thiethardo, Hecberto, Heverhardo fratribus barbatis et toto conventu de Quernhem nec non et aliis clericis et laicis quam pluribus anno Domini M°.CC°.XXVI°.

Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.

## 225.

* *Ein Streit zwischen Adolf von Wyc und dem Kl. Kappenberg wegen des Zehnten in Hammenhem wird auf der Synode zu St. Mauriz bei Münster beigelegt.* 1226 *April* 1. — *Abschr. Msc II,* 11. *p.* 45.

Engelbertus Dei gratia sancti Mauritii decanus omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in eo, qui vera est salus. Ne ea que coram nobis rite et legitime sub tempore geruntur, cum tempore in oblivionem labantur, eadem scriptis commendata posterorum notitie condigne transmittuntur. Noverint igitur tam singuli quam universi, ad quos scriptum pervenerit, quod cum Adolphus de Wyc miles coram nobis in

synodo sancti Mauritii a manso in Hammenhem ecclesie Cappenbergensi pertinente et Helmico colono inhabitante et preposito Cappenbergensi, quem idem Helmicus warandum nominavit, manipulos de quibusdam agris predicte domui subiacentibus nomine decime postularet, Bernardus cellerarius de Cappenberg ad illam causam procurator missus cum Everardo et Andrea conversis et villicis in Curethe et Weshem, tactis sacrosanctis evangeliis, iuravit de consensu partis adverse et prout sententia ei dictavit, quod mansus in Hammenhem ecclesie Cappenbergensi pertinens quadraginta annis et amplius in pensione quindecim denarios nomine totius decime, quam dictus Adolphus requirit, et non amplius persolvit. Auditis igitur iuramentis sententialiter apud nos est definitum, quod Adolphus de Wyc et sui sequaces quindecim denariorum [1]) pensione nomine decime de cetero debent esse contenti et mansus ecclesie Cappenbergensis sive colonus in Hammenhem consueta pensione quindecim deberet de cetero gaudere; et hec sententia generaliter apud nos recepta et approbata et nullo iuris remedio relevata transivit in rem iudicatam et dictus Adolphus dictum mansum et colonum inhabitantem ab impetitione sua dimisit penitus absolutum. Quapropter manso in Hammenhem et colono inhabitanti et ecclesie Cappenbergensi fredebannum facientes, sub pena excommunicationis quantum nostre iurisdictionis est prohibemus, nequis dictum mansum sive colonum inhabitantem sive ecclesiam Cappenbergensem in requisitione [2]) predicte decime contra iusticiam gravare vel molestare presumat. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, sigilli nostri appensione et testium subscriptione presentem paginam munire decrevimus. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M°.CC°.XXVI°, kal. Aprilis, presentibus testibus subnotatis: Lutwico scholastico sancti Mauritii, Everardo de Wattensceth, Jordano, Helmico et Lamberto de Rinhere, canonicis sancti Mauritii; Bernardo, Everardo et Alberto sancti Lamberti, sancte Marie et sancti Martini plebanis; Winnemaro de Ahus, Gerbodone transaquam, Bernardo de Welinchus, laicis, et tota parochia sancti Mauritii aliisque quam pluribus tam laicis quam clericis.

## 226.

*Adolf, Graf von der Mark, eignet dem Stifte Kappenberg Güter zu Bikenchusen, Elseie und Wethmare zu.* 1226. — *Abschr. Msc. II, 45. p.* 104; *gedr. Kindl. Volmest. II, p.* 127; *hier nach einer von dem Orig. im Gr. Archive zu Kappenberg genommenen Abschrift.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Adolphus Dei gratia comes de Marca. Quoniam tempora periculosa sunt et intentio humani cordis semper prona est ad malum, ea que per nos laudabiliter et honeste gesta sunt omni qua possumus cautione adhibita ita volumus roborare, ne unquam ulli in futurum calumpniandi vel malignandi detur occasio. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus, quod Lambertus de Velmede, adiuncta sibi manu matris sue et sororum suarum, curtim in Bikenchusen, quam a nobis tenebat in feodo, in manus nostras resignavit, datis ei a Capenbergensis ecclesie fratribus octoginta marcis gravis monete. Nos vero fideli ministerialium nostrorum usi consilio, de consensu heredum nostrorum iam dictam curtim in Bikenchusen cum pratis, pascuis et nemoribus, et omnibus appendiciis et iusticiis suis, ecclesie Capenbergensi et fratribus ibi Deo servientibus, in manus Andree prepositi, ob benignam nostre recordationis memoriam contulimus pace perpetua possidendam. Decimam vero iam dicte curtis, cuius summa ad triginta denarios excrescit, et quatuor domorum in Elseie manipulos cum minuta decima, eisdem fratribus propter spem in celis positam perpetua possessione concessimus. Cunctis etiam Christi fidelibus tam futuris quam presentibus notum esse volumus, quod Herimannus de Wethmare, domum in Wethmare, quam de manu nostra tenebat in feodo, adiuncta sibi manu filiarum suarum, de consensu heredum ipsarum, in manus nostras resignavit, datis eisdem heredibus ab ecclesie

[1]) „denarios" die Abschrift. — [2]) „requisitionem" die Abschrift.

Capenbergensis fratribus sexaginta marcis. Nos igitur eandem ecclesiam specialius in Christo diligentes, predictam domum cum omnibus suis attinentiis, fratribus ibidem Deo famulantibus contradimus perpetuo possidendam. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam sigilli nostri impressione fecimus consignari, subnotatis testibus quorum hec sunt nomina: Andreas prepositus, Hugo prior, Rotgerus cellerarius, Bernhardus successor eius, Wilhelmus custos, et Philippus sacerdotes canonici Capenbergensis ecclesie, Volmarus sacerdos de Marca; Ludolphus dapifer et filii eius Adolphus Ludolphus Richardus, Albero de Aslen et filius eius Everhardus, Gerwinus de Rinckenrodhe, Johannes de Huvele, Heinricus Franzois, Adolphus Anlant, Thegenhardus Top, Everhardus de Wickedhe, Walbertus de Boggen, Rodolphus Rogge, Lubbertus de Boine, Waltherus de Heringe, Johannes de Dinchere, Robertus de Sulede, Arnoldus de Westwich, Hugo de Methlere, et alii quamplures. Acta sunt hec anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo vigesimo sexto, indictione quartadecima, epacta una, apostolice sedi presidente beatissimo papa Gregorio, imperante Friderico Romanorum rege glorioso.

Das mit grünen Schnüren angehängte grosse Reitersiegel ist sehr beschädigt.

## 227.

*Drei Brüder (von Schildesche?) verzichten, zu Gunsten des Kl. Marienfeld auf alle Ansprüche an den Zehnten in Urincdorp.* 1226. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 62; *gedr. v. Ledebur Archiv VI. p.* 167.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Noverint universi Christi fideles, ad quos presentia scripta pervenerint, quod Mauricius clericus, Gerhardus et Basylius laici, fratres eiusdem, voluntarie ad locum nostrum, videlicet campum beate Marie, venerunt et acceptis tribus marcis et dimidia, omni iuri, quod pater eorum habuit vel quod ipsi habuerunt vel heredes eorum habere possent in decima Urincdorpe, in altari beate virginis, astante conventu, publice renuntiarunt, promittentes, quod nec ipsi nec ipsorum successores claustrum nostrum super eadem decima umquam inpeterent. Et quia prefati fratres propria sigilla non habuerunt, ad memoriam istius facti presentia scripta sigillis ecclesie nostre et domini abbatis de Herswithusen petierunt communiri. Huius rei testes sunt: dominus Albertus abbas de Herswithusen, Wicboldus abbas, Rodolfus prior, Godefridus supprior, Arnoldus cellerarius, Liborius, Conradus, Everhardus, Werneherus cantor, Ludolfus hospitalis, Jacobus portarius fratres in campo beate Marie. Affuit quoque Albertus decanus in Hoswinkel et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M°. CC°. XXVI°, indictione XIII.

Die Siegel sind nicht mehr vorhanden.

## 228.

*Zwei vom päpstlichen Legaten Conrad von Porto bestellte Richter bekunden obige Verzichtleistung.* 1226, *im Dom zu Osnabrück. — Or. Kl. Marienfeld U.* 62a; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 131'; *gedr. v. Ledebur Archiv VI. p.* 168.

Wicboldus Dei gratia maioris ecclesie in Osnaburg decanus et Johannes eiusdem ecclesie canonicus dictus de Palborne, iudices a legato sedis apostolice delegati, universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in eo, qui vera salus est omnium. Quoniam humane memorie inbecillitas diutino tractu temporis obumbrari consuevit, statuit consulta discretio, ut facta memorie digna scripturarum auctoritas ab oblivionis nube defendat. Hinc est, quod presentibus significamus et posteris recolendum transmittimus, quod cum ex mandato domini C. Portuensis episcopi apostolice sedis legati super decima Urinchthorp ad instantiam Mauritii clerici abbatem et conventum de campo sancte Marie ad nostram peremptorie citaverimus presentiam, die prefixa partibus coram nobis constitutis, quoniam exhortatio pacis semper debet preire iudicium, ex officio nostro partes ad bonum pacis modis omnibus invitavimus. Unde factum est, quod, ut medio tempore tractatus compositionis posset haberi, diem iudicii prorogavimus, infra quem dictus

Mauritius et Basilius frater suus presentibus multis tam concanonicis nostris quam laicis Osnaburgensibus ad nos iudices accesserunt et coram nobis protestati sunt, quod Gerhardus et Basilius laici, fratres ipsius Mauritii, primo ante contractum matrimonium omni iuri quod habuerant in decima Urinchthorp renuntiaverant, et ipse Mauritius clericus ad exhortationem nostram, fratrum suorum et aliorum proborum virorum intercessionem, ab inpetitione abbatis et conventus penitus cessando, omni iuri quod in predicta decima Urinchthorp habere poterat, infra diem qui coram nobis ad tractatum compositionis datus fuerat cum fratribus suis in campo sancte Marie in summo altari similiter renuntiavit. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, paginam hanc super hiis conscribi et sigillorum nostrorum inpressionibus fecimus roborari. Ad maiorem etiam cautelam sigillum ecclesie nostre apposuimus. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini M°.CC°.XXVI° in ecclesia maiori Osnaburgensi, presentibus: Alberto, Hermanno, Gerhardo, Godefrido custode, Conrado, Godefrido, Giselberto, Hermanno et Bertrammo canonicis nostris; Hugone qui dicitur Ursus, Everhardo de Varenthorp, Wolfhelmo, Giselberto de Scagen, Hermanno de Thornhem militibus et quibusdam aliis tam clericis quam laicis.

Die drei an Pergamentstreifen anhängenden Siegel sind ziemlich gut erhalten.

## 229.

*Theilungsvertrag zwischen den Brüdern Otto und Ludwig, Grafen von Ravensberg.* 1226 *Mai* 1. *bei Herford.*
*Abschr. des* 14. *Jahrhunderts im grossen Dom-Copiar Msc. I,* 1. *p.* 12; *hieraus Copie II,* 2. *p.* 2.
*gedruckt* [1] *Kindl. Beitr. III. U. p.* 160.

Hec est forma compositionis, que facta est inter fratres comites de Ravensberghe Ottonem et Lodewicum apud Hervordiam in presentia domini Wilbrandi Paderburnensis episcopi et aliorum magnorum virorum, qui subscribentur. Comes Otto dimisit comiti Lodewico ad castrum Ravensbergh ista: advocatiam in Bůrchorst totam preter ea que infra excipientur; ecclesiam in Rysenbeke et omnia que illi attinent et advocatiam illius; advocatiam in Wettere et omne quod illi attinet; duas cometias adiacentes Ravensberghe, unam videlicet in una parte Osnyngi et aliam in altera; item istas duas decimas, in Barghen unam, alteram in Bavenhem; item Bylevelde totum et omnia illa, que sibi attinent in novalibus et in aliis et domum Halderynchen; curiam in Crawynkele; curiam Drevere, curiam Rothen, curiam Burglo et omnia illis attinentia. Illi qui dicuntur einlucke lude et qui consueverint servire Ravensberghe, ubicumque maneant, servient comiti Lodewico. Illi qui consueverint servire Vlotowe, ibi servient, ubicumque maneant. Idem erit de Vechta, idem erit de Vrysenbergh. Sed illi, qui censum dant serviendo allodiis et curiis, maneant dominis, quorum sunt allodia. Omnes illi Frysones, qui manserint in cometiis comitis Lodewici, illos habebit; reliquos omnes habebit comes Otto, qui venerint de sua Frisia ab alia parte. Comes Otto habebit castrum Vlotowe, bona in Volmarinchem et omnia illis attinentia, curiam in Vlotowe et omnia illic attinentia, curiam Halvessnen et omnia illi attinentia, Langenholte et duas domos in Beken; item advocatiam super totam villicationem Volbrachtinchen et omnia illi attinentia et advocatiam super curiam Halteren et omnia illi attinentia; ista duo excepta sunt ab advocatia Burghorst. Per predicta comes Lodewicus separatus est ab omni hereditate patris sui, excepto eo, quod bona propria et hereditaria, que adhuc non sunt divisa, ubicumque fuerint reperta, illa dividet comes Lodewicus et eliget comes Otto. Idem erit de ministerialibus non divisis. Huic compositioni interfuerunt et testes sunt: dominus Wilbrandus Paderburnensis episcopus, comes Hinricus de Aldenburg, dominus Hermannus de Lyppia et Bernardus filius eius, Goscalcus de Loon, Conradus de Wardenbergh, Willekinus de Blankena, Florentius et Wescelus de Quernheym, Herbordus de Spredowe, Fredericus Sniphard, Alexander de Bekesete, Conradus de Gollensteden, Ber-

---

[1] Mit vielen Fehlern und Lücken.

trammus Spryk, Alexander Hoved, Albertus dapifer, Rembertus de Rotynghen, Albero Bune, Helmmericus de Dole, Erhardus et Wernerus fratres de Othelinghe, Helmicus Vrydag, Nycolaus dapifer de Vlotowe, Arnoldus de Vurvere, Hermannus Materunt, Johannes de Paderburne, Detmarus Boso, Arnoldus pincerna, Johannes de Vorde, Hinricus gogravius, Johannes gogravius, Jordanus, Hermannus de Vurwerc, Wydekyndus de Grevene, Swithardus dapifer et alii quam plures. Acta sunt anno Domini M°.CC°. vicesimo sexto, kalendis Maii, imperante Romanorum imperatore Frederico. Ut autem hec omnia nulli veniant in dubium, de consensu partium conscripta est hec littera et est communita sigillis istorum: domini W. Paderburnensis episcopi, comitis Hinrici de Aldenburgh, Hermanni de Lyppia, comitis Ottonis et comitis Lodewici fratrum de Ravensberghe.

## 230.

*Der Bischof von Paderborn, Wilbrand von Oldenburg, bekundet, dass er in Osnabrück seiner Nichte Sophia, Gemahlin Otto's Grafen von Ravensberg, sämmtliche von dem Stift Paderborn herrührende Lehen ihres Gemahls übertragen habe. 1226. — Abschr. Msc. I, 1. p. 11; II, 1. p. 5; II, 77. p. 199; gedr. Niesert U.-S. II, p.* 363.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Wilbrandus Dei gratia Paderburnensis episcopus omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in vero salutari. Acta solempniter successu temporis delet oblivio, nisi quoque stabili literarum fulciantur firmamento. Ad notitiam igitur tam futurorum quam presentium volumus pervenire, quod nos ad petitionem nobilis viri comitis Ottonis de Ravensberghe dilecte nepti nostre Sophie, uxori sue, omnia pheoda, sive dapiferatum, sive magistratum foresti [1]), sive advocatias [2]), sive decimas, sive quecumque alia predia, que idem comes de manu nostra et ecclesia tenet Paderburnensi, apud Osnabruke iure concessimus feodali. Ne quis igitur in posterum dicte domine Sophie super eodem facto nostro calumpniari presumat, presens instrumentum conscribi et fideliter conscriptum sigilli nostri impressione ac testium annotatione fecimus communiri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°. vicesimo sexto, indictione quarta decima. Testes huius rei sunt: nobiles Gerhardus comes Gelryę [3]), Hinricus comes de Aldenburg frater noster, Hermannus de Loon, Godfrydus de Helen, Tydericus de Adenoys, Ludolfus de Stenvordia, Godfridus de Ahus, Bernardus de Horstmario, Bernardus de Osde, Godfrydus de Loon, Conradus de Wardenbergh; ministeriales vero Monasteriensis ecclesie: fratres de Menehovele; ministeriales et omnes consiliarii Osnaburgensis ecclesie; ministeriales vero Paderburnensis ecclesie: Lyppoldus dapifer noster, Hermannus marscalcus noster, Hinricus camerarius noster et alii quam plures.

## 231.

** Ludolf von Holte, Bischof von Münster, bestätigt seiner Schwester (Jutta) Äbtissin von Nottuln den Besitz der von Godfried von Sconenbeke angekauften curtis Esthorpe (1226—1248). — Or. Kl. Nottuln U. 11. Abschr. Msc. IV, 1. f.* 232. 13. *f.* 138.

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus inperpetuum. Ne ea que rite ac legitime geruntur in tempore, deficiente memoria, contingat deficere, consilio sollerti

[1]) Nach Schaten ad an. 1321 empfing der Graf von Ravensberg vom Bischof von Paderborn zu Lehen: „satrapiam Sparenbergensem, venationem in sylvis et decimas etc."

[2]) Ueber das Stift Schildesche; cfr. Schaten ad an. 1244 l. c. p. 46.

[3]) Dem die weltliche Verwaltung des Stifts Münster übertragen war. Siehe oben Nr. 220.

adinvenerunt antecessores nostri, ut facta mortalium tueatur inmutabilis veritas litterarum. Eapropter universis presentibus pariter et futuris, qui legerint hanc litteram vel audierint eam, notum esse volumus, quod Godefridus miles de Sconenbeke, ministerialis ecclesie nostre, acceptatis et acceptis sexaginta marcis a venerabili nobis et dilecta sorore nostra que Nutlon tunc temporis extitit abbatissa, curtim Esthorpe, quam a nobis tenebat in feodo, in manibus nostris cum molendino et universis appenditiis suis et usibus de consensu et compromissione suorum heredum libere resignavit [1]) et absolute renunciaverunt etiam tam ipse quam heredes sui coram nobis omni iuri quod in premissis bonis videbantur habere, sorore nostra petente, ut proprietatem predictorum ipsi et eius ecclesie vellemus in perpetuum assignare. Nos vero ad preces eius favore dignas, quas tamquam rationabiles audire et cum omni sinceritate voluimus adimplere, prenominatam curtim cum molendino et omnibus appenditiis suis et usibus ipsi et eius ecclesie iure proprietatis possidendam perpetuo concessimus et habendam. Igitur ut premissa laudabiliter acta permaneant in evum stabilia, presentem paginam exinde conscribi fecimus sigilli nostri auctoritate perpetua communitam. Acta sunt anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo quinto [2]), hiis presentibus: Remboldo maiore preposito, Volmaro sancti Pauli, Godefridro sancti Ludgeri prepositis, Gerlaco de Dingethe, Olrico sancti Martini decano, Frederico de Frekenhorst et magistro Richardo canonicis maioris ecclesie; laicis: domino Hermanno de Lon, Ottone de Horstmare, Henrico Norendino, Alberto de Werderden, Frederico et Francone fratribus de Sconenbeke, Alberto dapifero nostro, Gerardo de Quernhem et aliis quam pluribus fide dignis.

Das bischöfliche Siegel fehlt; das des Dom-Capitels ist fast ganz zerstört.

## 232.

*Unter dem Vorsitze Bischof Ludolfs werden auf der bischöflichen Synode die Rechte der Wachszinsigen festgestellt, 1226—1248, und diese Privilegien im J. 1272 October 11. durch den Domdechanten Friedrich erneut. — Abschr. sæc. XVII. Msc. II, 46. p. 17; gedruckt Kindl. Beitr. II. p. 327 [3]).*

Nos Fridericus Dei gratia decanus, totumque capitulum ecclesie Monasteriensis universis presens scriptum visuris volumus esse notum, quod in nostra synodo episcopali presidente pie memorie Ludolpho episcopo nostro, sicut in ipsius literis super hoc confectis continetur, inter cetera extitit sententiatum in hunc modum de cerocensualibus, ita quod iuris est et in omnibus ecclesiis observatur. 1. Quod si vir cerocensualis ducat uxorem sue conditionis, dabit pellem hircinam aut unum solidum, et stat in arbitrio domini sui, quod duxerit eligendum. 2. Si vero duxerit uxorem non sue conditionis, citandus est tribus edictis; et si comparuerit, dabit quinque solidos, et remanebit in iure suo; si vero non comparuerit, iure suo sibi abdicato remanebit perpetuo servilis conditionis illi ecclesie, cuius fuit cerocensualis, et eo defuncto dominus suus tollet hereditatem sicut servi. 3. Item si vir cerocensualis tradit se proprio arbitrio in potestatem, ut sit alicuius servilis conditionis, dominus suus reputet eum pro servo et eo defuncto tollet hereditatem suam, quoniam fraudem fecerat ecclesie sue et a iure suo recesserat ipso facto. 4. Item si aliquis cerocensualis non solverit cerocensum suum per biennium et sit in partibus constitutus, nec propter paupertatem nimiam obmittat, et de hoc convictus fuerit legitime, deinceps remanebit perpetue servilis

---

1) „resingnavit“ die Urkunde.

2) In diesem in der Urkunde mit Buchstaben ausgeschriebenen Datum steckt jedenfalls ein Fehler, da noch im Anfang dieses Jahres, 1226, Dietrich III. als Bischof vor dem Concil zu Lüttich erscheint. Wir konnten die Urkunde daher nur nach den Regierungsjahren B. Ludolfs datiren.

3) Die Abschrift des 17. Jahrhunderts giebt das Datum folgendermassen: „Datum anno Domini Millesimo etc. LXXVII,“ was Kindl. beim Abdruck in „MCCCLXXII“ aufgelöset hat; jedenfalls mit Unrecht, da die Existenz des Domdechanten Friedrich 1268—1274 auch sonst urkundlich constatirt ist, und im J. 1372 Dietrich von Enschede Domdechant war.

conditionis illius ecclesie, cuius fuerit cerocensualis, et eo defuncto dominus suus tollet hereditatem suam, sicut servi. 5. Si vero idem extra patriam fuerit constitutus per triennium sive amplius et ob causam legitimam solvere non poterit cerocensum, et hoc constat, et post reditum suum absque monitione suum solverit cerocensum pro tanto tempore sic neglecto, eius negligentia nullum preiudicium sibi generabit, sed in iure suo ante recessum suum habito remanebit. 6. Item si vir cerocensualis, qui duxerit uxorem non sue conditionis, (decesserit) et non fuerit vir superstes eius consanguineus et eiusdem conditionis, dominus accipit suum herwede; simile est de hereditate; si non est heres consanguineus eiusdem conditionis, dominus accipit suam hereditatem. 7. Similiter si mulier cerocensualis decesserit et non est ei consanguinea eiusdem et legitime conditionis, dominus tollet exuvias que dicuntur gerade; et similiter hereditatem, si residuus non est heres, ut dictum est. 8. Item cerocensualis homo non habens heredem sue conditionis legitimum in lecto egritudinis constitutus, nihil de bonis suis legare, sive alienare poterit, sed totum quod possidet, cedet thesaurario vel plebano, nisi conditionaliter cerocensualis factus fuerit et hoc probari valeat per testes idoneos, vel per privilegium aut publicum instrumentum. In cuius rei signum presentem paginam nostro sigillo ad causas duximus roborandam. Datum anno Domini millesimo etc. LXXVII°, crastino Gereonis et Victoris.

## 233.

*Bischof Ludolf zieht 1227 Mai 16. nach Friesland, spricht über den Fivelgau wegen der Ermordung des Priesters Herebrand de Ripa das Interdict aus und kehrt gegen den 1. Juli nach Münster zurück. — Emonis chron. ap. Matthæum II, 87. Vgl. das folgende Jahr.*

## 234.

* *B. Ludolf überträgt einen Zehnten, welchen der Schenk Conrad als Burglehn für seine Residenz in Stromberg besass, dem Münsterschen Domcapitel* [1]. *1227. — Abschr. Msc. I, 1. p. 247.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus miseratione divina Monasteriensis episcopus capitulo maioris ecclesie in Monasterio imperpetuum. Cum ex iniuncto nobis pontificatus officio, commissarum ecclesiarum profectibus invigilare attentius debeamus, tamen ad illius ecclesie profectum et honorem tanto diligentius intendere compellimur, quanto nos in amplioribus eidem debitores, precaventes attentius, ut ea que a nobis circa illam rite gesta fuerint, literarum commendata testimonio per elapsum temporis in oblivionem hominum non possint devenire. Noverint ergo tam futuri quam presentes, quod cum Conradus pincerna decimam Ghestlo pro residentia in castro Stromberghe in feodo castrensi teneret, a capitulo maioris ecclesie acceptis LXX marcis, domo in Sutherwic, cuius proprietas ad dominum Thydericum de Wolfhem pertinebat, in compensationem eiusdem decime sub predicti iuris debito beato Paulo contradita, de consensu heredum suorum prefatam decimam cum omni integritate nobis in manus nostras libere et absolute resignavit, omni iuri renuntians, quod habebat in eadem. Cumque dictante sententia decimam possemus conferre cui vellemus, nos circa profectum ecclesie nostre maioris moti debito affectu, sepedictam

---

[1]) Obige Urkunde wäre mit der des J. 1217 (s. oben Nro. 107), nach welcher Conrad dapifer von Stromberg den Zehnten zu Geistlo an das Domkapitel verpfändet, nur so in Einklang zu bringen, dass man annähme, Conrad wäre zugleich dapifer und pincerna gewesen. Wahrscheinlicher aber ist in jener früheren Urkunde, welche uns nicht im Original, sondern nur in einer auch ausserdem nicht fehlerfreien Abschrift erhalten ist, statt „dapifer de Stromberghe" zu lesen „pincerna de Stromberghe". Denn dass der Schenk Conrad ein Burglehen zu Stromberg besass, beweiset z. B. die Urkunde des J. 1197 bei Erhard Cod. Nro. 589 und die Urk. des J. 1210 oben Nro. 61.

L. PERGER.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

decimam cum integritate tam grosse decime quam minute, de prelatorum nostrorum consilio et ipsius capituli conniventia accedente, capitulo Monasteriensi in stipendiorum suorum amminiculum contradidimus in perpetuum possidendam et habendam, relicta eis libera facultate disponendi et agendi de ea, prout sibi noverint expedire. Ne autem memorato capitulo successorum nostrorum aliquis aut quisquam alius de supradicta decima questionem movere vel factum nostrum in aliqua parte calumpniari valeat vel irritare, presentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri impressione voluimus communiri, autoritate Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra statuentes, ut si quis ausu temerario hanc donacionem nostram turbare vel infringere presumpserit, vinculo subiaceat excommunicationis, ita ut in districti examinis die cum Pylato suscipiat portionem. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. XXVII°, presidente Romane sedi domino Gregorio papa VIIII°, et regnante gloriosissimo imperatore nostro Frederico, presulatus nostri anno primo et coram testibus subnotatis, quorum nomina sunt hec: Remboldus prepositus, Hermannus decanus, Volmarus custos, Lubertus, Nicolaus canonici maioris ecclesie Monasteriensis; nobiles: comes Adolfus de Marka, Hermannus de Lippia, Bernhardus de Horstmare, Conradus borggravius in Stromberghe; ministeriales: borggravius de Regghede, Lubertus de Beveren, Hermannus Werenzo, Fredericus de Sconenbeke et fratres sụi Godefridus et Franko, Albertus dapifer et frater suus Adolfus et alii quam plures tam clerici quam laici.

## 235.

*B. Ludolf gestattet die Ablösung eines Zehnten zu Renenloe.* 1227. — *Or. Kl. Ägidii U.* 18; *Abschrift Msc. I,* 81. *p.* 158; *gedr.* [1]) *Niesert U.-S. II,* 372.

Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam memoria deficit in senibus testante Salemone, ad huius defectus recuperationem invenerunt antecessores nostri, ut ea que inter homines memoria digna geruntur, fideli litterarum testimonio perennentur, que futurorum obvient calumpnie et res gestas immutabili tueantur veritate. Noverit ergo tam presens etas quam successiva posteritas, Bertoldum decimatorem et Rothardum iudicem de Cosvelde et Godefridum fratrem suum, Bertoldo decimam de manu nostra super bonis ipsorum in Renenloe tenente [2]), ita inter se convenisse, quod memorati fratres et sui heredes, vel quilibet alius eadem bona tenens, dabunt annuatim Bertoldo iam sepedicto et suis heredibus pro decima memorata certam pecunie solutionem, videlicet duos solidos, et sic denariis annuatim solutis, ab omni impetitione huius decime manebunt immunes. Ne igitur hec ordinatio rationabiliter facta, imposterum possit infirmari, vel aliquo modo irritari, presentem paginam exinde conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M°. CC°. XXVII°, presidente sedi Romane Honorio papa III°, pontificatus nostri anno I°, presentibus viris honestis: Gerlago de Dingethe sancte Marie decano, in cuius factum est synodo, quod suo testatur sigillo, preposito Volmaro, Hinrico Speculo, Bernhardo Paschali(nc), Gerhardo Brunen, Bernardo fratre suo, Conrado de Ludenchusen, Bernardo fratre suo, Hathewerco de Sutwich et fratre suo, Hinrico de Nutlon scultheto nostro trans amnem, Winemaro magistro coquine, Bernardo de Molendino, et aliis quam pluribus.

An rothseidenen Fäden hängen 1. das erste provisorische Siegel des Bischofs, der ein geschlossenes Buch in der Linken und den Stab in der Rechten hält, mit der Umschrift: S. LUDOLFI EPISCOPI DE MONASTERIO; 2. das Siegel des Dechanten, eine blumenartige Verzierung enthaltend, dessen Umschrift nicht mehr zu erkennen ist.

---

[1]) fehlerhaft. — [2]) „tenentem" die Urkunde.

## 236.

*B. Ludolf bestätigt dem Kl. Hohenholte mehrere von der Familie des Stifters [1] gemachte Schenkungen.* 1227.
*Honholte. — Orig. Kl. Hohenholte U.* 6; *Abschr. Msc. II,* 23. *p.* 40, *unvollständig gedruckt Niesert Urk.-Samml. II,* 374.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Liudolfus divina favente clementia Monasteriensis ęcclesie episcopus. Sacre scripture ammonet eulogium, pietas secundum naturalem iustitiam insita suggerit, ut prelati ecclesiarum domesticis fidei et religiosis personis, quę mundum cum suo flore spernentes se ipsas abnegaverunt et voluntariam pro Deo sustinent paupertatem, et propria largiri debeant et ab aliis bone devotionis hominibus collata, sive que ipse emptione, commutatione vel quocunque rationabili modo adepte sunt, ne per successionem temporum veniant in oblivionem et negglientiam, ecclesiis earum studeant conservare et auctoritate sua corroborare. Noverit igitur et presens etas et secutura fidelium Christi posteritas, quod quedam ęcclesię nostrę ministerialis Adelheidis cellam, quam pater eius Liubertus iam pridem in Honholte fundaverat, ipsa nichilominus consensu filie sue Jutthe et ceterorum legitimorum heredum suorum, precipue mundiburdi sui Liutberti, aliquanta sui portione allodii ampliavit. Molendinum enim et vivarium ibidem situm, et quicquid ex utraque parte rivi preterfluentis habuit in lingnis, infructuosis dumtaxat, pratis et pascuis, mediam quoque portionem quercuum et fagorum cum omnibus cultis et incultis versus austrum, prefate contulit ecclesie in redemptionis precium anime viri sui Gozwini ceterorumque parentum suorum. Postea vero per gratiam Dei et largitionem bonorum hominum re sororum in eodem loco Deo servientium crescente, Herimannus ministerialis ecclesie nostre, divina pietate commonitus, suorum parentum pius eumulator (!) esse devotissime proponens, pro eo quod studium laboris sui ad finem perducere curavit bone actionis, partem de bonis suis iuste conquisitis per manum consortis thori sui, domine Metheldis videlicet, et per manus legittimorum heredum suorum Herimanni, Liudolfi, sepe dicte ecclesie in Honholte, domum videlicet, quę Buremestering vocatur, cum suis incolis Bertoldo et Bertrada, qui eandem domum tunc temporis pro pensione sibi locatam excolebant, et cum universis pertinentiis suis, cum omni utilitate, cultis videlicet et incultis, pratis, pascuis, aquis, aquarumque decursibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, montibus et convallibus, silvis et campestribus, coram nobis in predicta ecclesia in Honholte tali conditione legitime contradidit et delegavit titulo proprietatis et iure hereditario perpetuo possidendam, ut eadem non repeteret XIII[cim] marcas, pro quibus eandem domum iam dudum cum pensione sua habebat oppingneratam, et IIII[or] maltia frumenti, quę ecclesia de curia Bringtorp predicti contraditoris usque ad hec tempora percepit, in usus suorum legitimorum heredum redeant. Nos vero eandem traditionem et delegationem iuste et rationabiliter traditam et delegatam ratam et inconvulsam per omnem temporis revolutionem permanere volentes, presentis privilegii et sigilli nostri auctoritate stabilivimus et banno nostro confirmavimus coram testibus subscriptis, quorum nomina sunt hec: Reinboldus maioris ecclesie prepositus, Herimannus maior eiusdem ecclesie decanus, Godefridus de Lon, Lubekinus, Gerlacus de Diggede, Franco de Tremonia, Ludolfus de Beveren eiusdem ecclesie canonici, Wolmarus prepositus, Arnoldus de Hevekesbeke, Beatus de Aldenberg sacerdotes; laici nobiles: Ludulfus de Stenvorde et eius filii Ludolfus, Bernhardus, Fridericus, Godefridus de Niele; ministeriales: Herimannus Werenzo, Lubertus de Beveren, Bernhardus Paschedag, Godefridus castellanus de Rechede et Herimannus frater eius, Fridericus, Godefridus, Franko de Sconenbeke, Bernhardus, Fridericus, Herimannus de Meinhuvele ceterique quam plures. Acta sunt hec a. d. i. M°.CC°.XXVII°, coram altari in ecclesia beate Marie virginis in Honholte epacta I[a], concurrente IIII[a], indictione quintadecima, [2] pontificatus nostri anno primo.

Das Siegel ist abgefallen.

---

[1]) Cfr. Urk. vom J. 1142 u. 1189 bei Erhard Cod. 238 u. 494. — [2]) Das Folgende ist von einer andern Hand geschrieben.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 237.

* *B. Ludolf bekundet einen zwischen Andreas von Oldenberghe und dem Colonen des Gutes Themminch abgeschlossenen Vergleich.* 1227. — *Transsumpt d. J.* 1429 *im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive (Kl. Varlar).*

Ludolphus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam breves et mali sunt dies et res inter homines gestas oblivionis evacuat nubes, salubriter provisum est, ut ea, que inter homines memoria digna geruntur, fideli literarum testimonio perpetuentur, que futurorum, si aliqua suborta fuerit, obvient calumpnie et res gestas immutabili tueantur veritate. Noverit ergo tam presencium quam futurorum fidelis animadversio, Andream de Oldenberghe, decimam in Middelwich super bonis Themmench [1]) appellatis de manu domni Lutberti de Beveren tunc tenentem, et Conradum, eorundem bonorum colonum ecclesie Varlarensi pertinentium, inter se convenisse in hunc modum, quod Conradus iam dictus et sui heredes pro redempcione decime memorate dabunt annuatim Andree tantummodo minutam decimam et duo malcia siliginis dimidie mensure, consensu domni L. de Beveren de cuius manu tenebat decimam in hac parte per omnia accedente. Ne igitur super hac ordinacione coram nobis racionabiliter facta imposterum aliqua suboriri possit calumpnia vel moveri questio, presentem paginam exinde conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec anno incarnacionis Domini M°. CC°. XXVII°, pontificatus nostri anno primo, presentibus viris honestis et discretis: Andrea Cappenbergensi preposito, Borchardo de Lesbern et Wicboldo de Wadenhart [2]) abbatibus, Remboldo maiore preposito, Volmaro sancti Pauli preposito, Erdako sancti Mauricii preposito, Hermanno maiore decano; laicis: Ottone de Horstmare, Wicboldo fratre nostro, Lutberto de Beveren, Andrea famulo suo, Frederico de Schonenbeke, Francone fratre suo, Bernardo de Menhuvele et fratribus suis, Godefrido burcgravio de Rechede [3]), Alberto tunc dapifero, Winemaro magistro coquine, Gerardo de Oesterwich, Adolpho de Wich, Frederico tunc Varlarensi preposito et Daniele suo capellano et aliis quam pluribus.

## 238.

*Am* 28. *Juli* 1227 *fällt Bernhard, Edler von Horstmar, der an der Spitze der Burgmänner von Bentheim dem Bischof Otto von Utrecht gegen Rudolf von Covorden zu Hülfe gezogen war, in der Schlacht bei Covorden. Vgl. Ficker* [4]) *in der Zeitschr. N. F. IV. p.* 299 *sq.* — *Das Necrol. Borchorst. Msc. VII,* 1322. *f.* 46. *hat zum* 27. *Juli*: Ludolfus occisus est . . . . Anniversarius multorum occisorum in Cowordia, *was wahrscheinlich auf dieselbe Schlacht zu beziehen ist* [5]).

## 239.

* *Das Domcapitel zu Münster bekundet den Verkauf eines Zehnten im Kirchspiel Wadersloh.* 1227. — *Or. Kl. Liesborn* [6]) *U.* 44; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 40′; *I,* 101. *f.* 21; *II,* 203. *p.* 36; *IV,* 10. *p.* 37.

In nomine sancte et individue Trinitatis. R. Dei gratia maior prepositus, H. maior decanus et universum capitulum maioris ecclesie Monasteriensis omnibus pagine presentis inspectoribus in vero salutari

---

[1]) Themminch? Bauerschaft im Kirchsp. Holthausen. — [2]) Marienfeld. — [3]) „Rechege" die Urkunde.

[4]) Auf dessen trefflichen Aufsatz wir überhaupt in Bezug auf die Punkte verweisen, wo Bernhard von Horstmar in der Geschichte des deutschen Reiches hervortritt.

[5]) Nur ist es dann um so auffallender, dass dasselbe diesen erlauchten Helden nicht namentlich anführt, als doch sonst darin die Todestage mehrerer älterer, bisher unbekannter Glieder seines Geschlechts sich verzeichnet finden.

[6]) Hierbei wegen seiner Besitzungen im genannten Kirchspiel betheiligt.

salutem. Noverint Christi fideles universi, quod Bernardus cantor ecclesie nostre, qui altare beati Petri, quod est in ecclesia nostra, sine calice, sine libris et indumentis recepit, cum omnes hos defectus neque de ipsius altaris proventibus neque de propriis supplere posset facultatibus, cogebatur tandem decimam domus, que dicitur Bolhus, in parrochia Wardeslo predicto altari pertinentem, tam in manipulis quam in minuta decima, Herimanno colono domus eiusdem sub annua redemptione duorum solidorum gravis monete perpetuo possidendam concedere. In huius autem facti recognitionem cantor ex consilio et unanimi capituli nostri consensu a memorato colono marcam accepit in usus et necessitates eiusdem altaris convertendam. Ut autem predictis cantori atque colono et eorum successoribus hec ordinatio perpetuo rata permaneat, presentem paginam nostri consensus testimonialem conscribi fecimus et universitatis nostre sigillo muniri. Actum anno Domini M°.CC°.XXVII°. Testes sunt: Reimboldus maior prepositus, Herimannus maior decanus, Winemarus scolasticus, Volmarus maior custos, Godefridus prepositus sancti Lutgeri cum ceteris maioris ecclesie canonicis; de conventu Lesbernensis cenobii Burchardus abbas, Wilhelmus prior, Godescalcus camerarius, Heinricus celerarius et alii quam plures.

Das an einem Pergamentstreifen hangende alte domcapitularische Siegel in braunem Wachs ist ziemlich gut erhalten.

## 240.

* *In dem grossen Dom-Copiar Msc. I, 1. p. 240 findet sich regestirt, aber nicht abgeschrieben, ein* rescriptum Gregorii pape noni ad episcopum Monasteriensem ad procedendum in negotio super fossatis urbis, *das hiernach in der Zeit zwischen 1227—1241 erlassen sein muss. Ob eine andere Urkunde, als* locatio domus thon Lamme super fossato urbis ad decem annos, *ebendaselbst angeführt, derselben Zeit angehört, steht dahin.*

## 241.

*Gottfrieds, Grafen von Arnsberg, Schenkung der curtis Cruthem zu Bochum an das Kloster S. Ägidii zu Münster. 1227. Dortmund. — Or. Kl. Ägidii U. 18a; Abschr. Msc. I, 81. p. 62; IV, 4. p. 261; IV, 5. p. 21. IV, 13. p. 29; gedr. Niesert U.-S. II. p. 368.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Godefridus comes de Arnesberg, notum facio universis tam futuri quam presentis evi fidelibus, quod curtem que dicitur Cruthem in parrochia Bokhem, iure proprietatis mihi pertinentem, Wicgero milite de Hesnen, qui eam de manu mea tenebat in feodo, cum consensu uxoris et heredum suorum ipsam voluntarie resignante, non solum interventu cuiusdam pecunie, quam in subsidium terre sancte necessariam habui, sed divine pocius remunerationis intuitu, cenobio sancti Egidii in Monasterio, cum coniventia et voluntate uxoris mee Agnetis comitisse, Godefridi quoque filii mei ac ceterorum heredum meorum accedente consensu, perpetuo possidendam donavi. Jus vero proprietatis eiusdem curtis, cum omnibus attinenciis, rebus videlicet mobilibus et immobilibus, terris sive agris cultis et incultis, silvis, pratis ac pascuis atque mancipiis, in manu domini Ludolfi Monasteriensis episcopi resignatum, liberaliter contradidi, quod ipse nomine predicti cenobii ad usus abbatisse et sororum ibidem sub regula monastica Deo deservientium, tamquam pater ac defensor earundem, sue protectioni subiectum recepit. Actum Tremonie, confirmatum ut moris est sub banno regio anno Domini M°.CC°.XXVII°. Testes sunt, de ecclesia Monasteriensi: Volmarus maior custos et prepositus sancti Pauli, Wilhelmus frater episcopi Monasteriensis, Gerlagus de Dingethe, Olricus decanus sancti Martini, magister Richardus; nobiles: Herimannus de Lippia, Bernardus de Horstmare, Adolfus et Wicboldus fratres de Holte; ministeriales: Godefridus burcgravius et Johannes fratres de Rechethe, Bernardus et Fridericus fratres de Menhuvele, Elardus de Benethem, Albertus dapifer, Alexander de Werne, Rotgerus de Burbenne, Albertus dapifer de

Rethe, Gervasius de Bodrike, Gerewinus thincgravius, Richardus, Meinricus, Arnoldus, Johannes de Thinchere et alii quam plures.

Von den beiden angehängten Siegeln ist das eine von länglicher Form, und zeigt einen Adler, mit der Umschrift: SIGILLUM DNI. GODEFREDI COMITIS DE ARNSBERGH. Das andere zeigt einen fliegenden Adler, der in den Krallen ein Thier hält, mit der Umschrift: SIGILL. AGNES. COMITISE de ARNESBERH [1]).

## 242.

*B. Ludolf bekundet obige Schenkung und bestätigt sie zu Nienborg.* 1227. — *Or. Kl. Ägidii U.* 17; *Abschr. Msc. 1,* 81. *p.* 64; *zum Theil gedruckt* [2]) *Niesert U.-S. II. p.* 370.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus miseratione divina Monasteriensis episcopus cenobio sancti Egidii imperpetuum. Christi fidelibus universis tam presentibus quam futuris notum facimus, quod vir nobilis Godefridus comes de Arnesberg cum coniventia et voluntate uxoris sue, videlicet domine Agnetis comitisse, ac filii sui Godefridi ceterorumque heredum suorum curtem que dicitur Crûthem in parrochia Bokhem iure proprietatis sibi pertinentem, partim interventu cuiusdam pecunie, quam idem in opus peregrinationis terre sancte necessariam habuit, partem in precium redemptionis anime sue cenobio sancti Egidii in Monasterio perpetuo proprietatis iure possidendam contradidit, Wicgero milite de Hesnen ius feodi, quod de manu comitis habebat in eadem, cum sue uxoris et heredum suorum consensu voluntarie resignante. Nos autem curtem eandem hoc modo traditam et predicto cenobio sub banno regio cum omni, qua oportuit, iuris sollempnitate confirmatam, nomine venerabilis abbatisse Syradis et sanctimonialium ibidem sub regula monastica Deo deservientium, manu nostra de manu comitis recepimus cum omnibus suis attinentiis, rebus videlicet mobilibus et immobilibus, terris sive agris, cultis et incultis, silvis, pratis atque pascuis necnon et mancipiis. Ut igitur hec donatio in manu nostra tam sollempniter facta rata omnino atque inconvulsa permaneat, presentem paginam super hac conscribi fecimus et sigillo nostro confirmari, auctoritate Dei omnipotentis ac beatorum Petri et Pauli apostolorum et nostra sub interminatione anathematis prohibentes, ne umquam aliquis ausu temerario in curte predicta vel attinentiis eiusdem cenobium sepedictum modo aliquo molestare presumat. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XXVII°, primo apud Tremoniam, ubi presentes fuerunt de clero Monasteriensi: Volmarus maior custos et prepositus sancti Pauli, Wilhelmus frater episcopi Monasteriensis, Gerlagus de Dingethe, Olricus decanus sancti Martini, magister Richardus; nobiles: Herimannus de Lippia, Bernardus de Horstmare, Adolfus et Wicboldus fratres de Holte; ministeriales: Godefridus burhgravius et Johannes fratres de Rechethe, Bernardus et Fretherieus fratres de Menhuvele, Albertus dapifer, Alexander de Wernen, Rotgerus de Burbennen, Albertus dapifer de Rethe, Gervasius de Bodrike, Gerwinus dincgravius, Richardus, Meinricus, Arnoldus, Johannes de Thinchere et alii quam plures. Novissime apud Novum Castrum, ubi presentes fuerunt venerabilis frater noster, dominus Herimannus Corbeiensis abbas, et ceteri fratres nostri, Wilhelmus Osnabrugensis prepositus, Adolfus, Wicboldus nobiles de Holte; ministeriales Bernardus de Asbeke et frater eius Rodolfus, Albertus dapifer, Johannes de Bilrebeke, Giselbertus Kivith et alii de Novo Castro quam plures. — Wicgerus miles memoratus universum ius, quod in curte iam dicta nomine feodi quandoque habuerat, in manu comitis, sicut dictum est, cum consensu uxoris sue et heredum suorum se resignasse protestatus est, atque id ipsum, ne aliquid in posterum oriri posset questionis, denuo in manu nostra modo predicto resignavit.

An rothen und blauen seidenen Fäden hängt das wohl erhaltene Siegel des Bischofs in gelbem Wachs. Er sitzt auf einem Faltstuhl, ein aufgeschlagenes Buch in der Linken und den Bischofsstab in der Rechten. Statt der sonst aus dem Stuhl zu beiden Seiten hervortretenden Greifen-Köpfe, springen Greife in halber Figur hervor. Der Hintergrund ist schön quadrirt; die Umschrift lautet: LUDOLFUS DEI GRACIA EPISCOPUS MONASTERIENSIS

[1]) Diese Siegel entsprechen den bei Seibertz, U.-B. I. Tafel I. Nr. 4 u. 5 abgebildeten. — [2]) aber fehlerhaft.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 243.

** Das Capitel der St. Maurizkirche überträgt einen Zehnten zu Lehen. 1227. — Abschr. Msc. I, 69. f. 174; hieraus IV, 3. p. 11.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Erdacus Dei gratia prepositus, E. decanus totumque sancti Mauritii capitulum omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Que geruntur in tempore, ipso ne labantur cum tempore, poni solent in lingua testium et scripture memoria perhennari. Noverint igitur tam presentes quam posteri, quod nos de communi fratrum consensu Woltberto et Willikine uxori sue, necnon et filio suo N. atque aliis heredibus suis, ad instantiam quorundam bonorum virorum, totalem domus sue decimam in Vechtorpe in feodo perpetuo concessimus possidendam, ita tamen quod de area que Dotheslant [1]) nuncupatur in pensione annua septem denarios et septem modios siliginis iuxta mensuram, quam homines eiusdem ville decimales ecclesie nostre dare consueverunt, nobis et successoribus nostris exsolvant annuatim. Ne igitur dictus W. et heredes sui in concessione prefati feodi fraudari possint in posterum, taliter duximus ordinandum, quod, mortuo iam dicto W. et uxore sua una cum filio suo nunc viventibus, heredes prefato feodo tunc succedentes in receptione ipsius feodi tres solidos pro eo quod herwede appellatur assignare tenentur, et nos econverso iam dictum feudum presentibus litteris profitemur sine difficultate qualibet ei porrigere nos debere. Ut ergo hec nostra concessio vel ordinatio perpetuo rata permaneat et inconvulsa consistat, presentes litteras sigillo ecclesie nostre roboratas in memoriam rei facte predicto W. et heredibus suis duximus concedendas. Ad maiorem autem huius rei firmitatem nomina testium qui aderant subscripta inveniuntur: Everhardus sacerdos de Lothere, Wescelus sacerdos et vicarius in Monasterio, frater suus Wolterus, Gerhardus Stindal, Alexander de Warendorpe, Rotcherus de Vechtorpe, Everwinus Bennike, Bernhardus et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M°.CC°.XXVII°.

## 244.

*Wilbrand, Bischof von Paderborn, überträgt dem Kloster Marienfeld den Zehnten in Billinkissen gegen eine Entschädigung. 1227. — Or. Kl. Marienfeld U. 63; Abschr. Msc. I, 106. f. 117'; II, 48. p. 217; gedr. v. Ledebur Arch. XII. p. 377.*

In nomine sancte et individue Trinitatis Amen. Wilbrandus Dei gratia Paderburnensis episcopus, Volradus prepositus, Amelungus decanus, totumque eiusdem ecclesie capitulum universis Christi fidelibus, quibus presentium tenor innotuerit, in perpetuum. Inter ecclesias Dei debite karitatis monimenta hec esse debent, ut vigilanter intendant, quo humanitatis et conpassionis studio uni per aliam sit subveniendum. Nos itaque scientes, quoniam qui pauperi miseretur, Domino feneratur, decimam Billinkissen cum omnibus suis obventionibus, tam grossis quam minutis, principalibus et accessoriis, ad pauperem ecclesiam, videlicet beate Marie campum, benigne transtulimus ad solatium et supplementum pauperum Christi inibi deservientium, quatinus pro huius semine benedictionis reportemus messis tempore manipulos mercedis eterne. Verumtamen quia misericordie ac pietatis opera sic fieri oportet, ut preiudicium non fiat iusticie, que unicuique semper quod suum est tribuit, ac per hoc iam dicta decima, que capelle beate virginis in Paderburna pertinuit, nequaquam absque titulo pragaringe transferri uspiam poterat vel debeat, nos quinquaginta marcis a prefato cenobio acceptis conparavimus bona in Arthe a Gozwino milite de Weten cum collaudatione et consensu fratrum, sororum et aliorum heredum suorum, que bona eidem capelle in re-

---

[1]) „mansus Netelstroit" ist am Rande des aus dem Ende des 15. Jahrhunderts stammenden Copiars bemerkt.

staurum et reconpensationem huius decime assignavimus, ut ita hec permutatio robur firmitatis haberet. Unde ne hoc factum nostrum per calumpniam irritum fiat in posterum aut per oblivionem transseat, presentem paginam, que huius rei seriem immobili veritate loquatur, asscribi fecimus nostrisque eam signaculis conmuniri. Quicumque igitur huic nostre permutationi ausu temerario contraire presumpserit, suam cum Caypha inveniat porcionem. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XXVII°, indictione XVa. Huius rei testes sunt: Volquinus de Sualenberch, Hermannus Boliko, Johannes scolasticus, Volbertus cellerarius, Hugo, Ludolfus, Widekint camerarius, Hermannus, Conradus thesaurarius, Rabodo, Gerungus, Everhardus, Johannes, nostri concanonici; Lodewicus de Weten sancti Petri canonicus Maguntinus, Thetmarus, Lambertus, Godescalcus, Bertoldus, vicarii; Lyppoldus comes, Conradus frater eius, Henricus camerarius, Johannes Stapel, Herman et Henricus fratres de Oriente, Gozwinus, Thidericus et Hermannus fratres de Weten, Amelungus filius Henrici dapiferi.

An seidenen Fäden von gelber, rother und blauer Farbe hängt das in rothem Wachs abgedruckte Siegel des sitzend dargestellten, ein Buch in der Linken und den Stab in der Rechten haltenden Bischofs mit der Umschrift: WILBRANDUS DEI GRACIA PADERBURNEN. EPISCOPUS.

## 245.

* *B. Ludolf überträgt dem Domcapitel zu Münster einen Zehnten in Seppenrade.* 1227. — *Abschrift Msc. I, 1. p.* 431.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus divina miseratione Monasteriensis ecclesie episcopus maiori preposito et capitulo maioris ecclesie in Monasterio. Licet ex iniuncto pastoralis cure ministerio nobis ecclesiarum, autore Deo, commissarum profectibus invigilare teneamur, maxime tamen hiis ratione multiplici intendere compellimur, que ad capituli nostri commodum conducunt et profectum, precaventes diligentius, ut ea, que predicta occasione a nobis rite gesta fuerint, fidelibus adiuta literarum testimoniis inposterum si necesse fuerit immutabili elucescere valeant veritate. Sciant ergo tam futuri quam presentes, quod cum Lambertus miles de Ulflon, acceptis XXVIII° marcis a maiore preposito et capitulo predicto, de consensu heredum suorum decimam sex domorum in parrochia Sepperode, (quam) partim de Lupoldo filio fratris sui, partim de Johanne de Wisele impheodatus tenebat, sponte resignasset, effecit idem L., quod tam Hermannus de Mervelde ministerialis beati Pauli, ea parte decime quam J. de Wisele de ipso tenuit in pheodo sibi de suorum heredum consensu resignata, quam prefatus L., qui aliam partem de nobis impheodatus tenebat, similiter de consensu heredum suorum omni iuri, quod in ea habere dinoscebantur, sponte renuntiantes, libere et absolute in manus nostras resignarunt decimam memoratam. Cumque dictante sententia iam dictam decimam conferre possemus cui vellemus, ecclesie nostre profectibus intendentes, de consilio et consensu prelatorum nostrorum et totius capituli sepedictam decimam cum omni integritate tam minute quam grosse decime maiori preposito et capitulo maioris ecclesie in Monasterio contradidimus possidendam libere imperpetuum et habendam, relicta eis facultate libera ordinandi de ea, prout sue placeat voluntati. Ut autem imposterum memoratis preposito et capitulo nullus de supradicta decima questionem movere aut hanc donationem nostram aliqua in parte calumpniari valeat vel irritare, ad robur et firmitatem huius facti nostri presentem paginam exinde confectam sigilli nostri impressione volumus communiri, statuentes autoritate beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra, ut quisquis in preiudicium vel dampnum predicti capituli hoc factum nostrum turbare vel irritare presumpserit, pene subiaceat excommunicationis, in districti examinis die accepturus cum Pylato portionem. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XXVII°, presidente Romane sedi domino Gregorio papa nono, imperante Frederico Romanorum imperatore et semper augusto, pontificatus nostri anno secundo. Huius rei testes sunt hii: Hermannus decanus et cet.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 246.

** B. Ludolf bekundet einen zwischen der Äbtissin Gertrud von Metelen und Dietrich von Dingethen stattgefundenen Gütertausch. 1227. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie epischopus. Quoniam multa, que rationabiliter et iuste ordinantur, non solum successione temporum in oblivionem transeunt, sed etiam quorumdam hominum malicia interdum corrumpuntur, idcirco notum sit omnibus, quod venerabilis abbatissa in Metelen Gertrudis, cum haberet ecclesia eius in parrochia Winterswic quandam domum Linthem nominatam, que propter vicinitatem curie que dicitur Stotelare oppressa fuerat in tantum, quod etiam penitus iam deserta videbatur, de nostro consensu dedit eam in concambium cum hominibus attinentibus domno Tiderico de Dingethen et uxori sue Godelinde filiisque suis Bernardo et Gozcalco, aliam domum cum hominibus ad ipsam pertinentibus ecclesie sue utiliorem recipiens, que vocatur minor Bleckincpole, adiecto quodam campo prope Wintereswic. Ut autem predictum tam de domibus quam hominibus concambium rationabiliter utrobique factum vigorem obtineat et robur perpetuum, nos illud presentis scripti et sigilli nostri auctoritate perpetualiter confirmamus. Actum est istud anno gratie M°.CC°.XXVII°, pontificatus nostri anno secundo, presentibus et consentientibus litonibus universis ecclesie Metelensis in parrochia Winterswic commorantibus, astantibus etiam Florino marscalco nostro a nobis ad hoc transmisso, et Wernero de Hewen qui ex parte abbatisse aderat, et Johanne Leone, Bernardo Hubbone et aliis probis viris et honestis.

Das Siegel ist abgefallen.

## 247.

*Bischof Wilbrand von Paderborn bekundet, dass er den Grafen Otto von Ravensberg mit dem Schenkenamte belehnt und ihm ein früher vom Grafen von Tecklenburg besessenes Lehen in Ibbenbüren übertragen habe. — 1227. Schwalenberg. — Abschr. Msc. I, 1. p. 179; II, 77. p. 199; hieraus gedr. v. Ledebur Arch. III. p. 113.*

Wilbrandus Dei gratia Paderburnensis episcopus. Omnibus presentes literas inspecturis in vero salutari salutem. Dignum est, ut affectu pio eorum promotionibus intendamus, quos in nostris et ecclesie nostre angustiis reperimus voluntarios et fideles. Notum igitur esse volumus singulis et universis, quod cum nobilis vir comes Otto de Ravensbergh in nostris adversitatibus nobis et ecclesie nostre gratum impenderit obsequium non modicis laboribus et expensis, et idem ecclesie nostre efficaciter servire valeat infuturum, nos eius precibus inclinati, fideli suo servitio intercedente pro ipso, officium pincernatus, quod nobis de morte nobilis viri Hinrici ducis de Brunswik vacare dinoscitur, et feodum in Ybbenburen, quod propter negglientiam et culpam comitis Ottonis de Tekeneborg [1]) nobis vacat, ipsi comiti de Ravensbergh de mera liberalitate cum eius attinentiis in feodo concedimus, sibi et suis heredibus perpetuo possidenda. Ut autem hec rata maneant et inconvulsa, presentem ei paginam dedimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno gratie M°.CC°. vicesimo septimo apud Sualenbergh. Huius rei testes: Volkynus et Adolfus fratres de Sualenbergh et Goscalcus de Pirremunt viri nobiles, marscalcus, pincerna ecclesie nostre, Hedenricus de Drolshaghen, Gerardus cappellanus et magister Bernardus et alii quam plures.

---

[1]) Vgl. Schaten ad ann. 1227.

## 248.

*Bischof Otto I. von Osnabrück überträgt der Gräfin Sophie von Ravensberg die Lehen ihres Gemahls als Erblehen.* 1227. — *Abschrift Msc. I,* 1. *p.* 10; *II,* 2. *p.* 7; *II,* 77. *p.* 200; *gedruckt* [1] *bei Niesert Urk.-Samml. II. p.* 366.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus notum esse cupimus omnibus, ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos pensata fidelitate et devoto affectu, quem comes Otto de Ravensberghe in negotiis et factis Osnaburgensis ecclesie antecessoribus nostris et nobis constanter exhibuit, omnia bona, que de manu nostra tenuit quocunque iure vel tytulo, uxori sue Sophie non eo iure, quod vulgo lyſtucht dicitur, sed in feodo perpetuo indissolubili concessione contulimus possidenda. Ut autem hec stabilia et illibata permaneant, presens scriptum inde datum sigilli nostri appensione robur habere fecimus firmitatis. Testes huius rei sunt: magister Gerardus canonicus in Betlehem, Olricus scolasticus, Gerardus dictus de Foro canonicus Osnaburgensis; layci vero et nobiles: Hermannus de Blankena, Gerardus de Gravenhorst, Hermannus de Harstorpe, Wilhelmus Ruce; ministeriales: Hugo Ursus, Wulfelmus, Udo de Braken, Gerardus Saxo, Everardus de Warendorpe, Hermannus de Slytlo, Tydericus de Horne, Hermannus Uncus, Bernerus de Vorenkampe, Fredericus Sniphart, Herbordus de Spredowe, Wernerus de Othelynghe. Acta sunt hec anno gratie M°. CC°. vicesimo septimo.

## 249.

*Durch ein am* 5. *Mai* 1228 *zu Loppeshem zwischen* Fretthericus de Frekenhorst domini Ludolfi episcopi legatus in Frisia suæ diœcesis *und Th. Abt von Doccum abgeschlossenes Compromiss wird die Geldbusse von* 1000 *Mark Gröningenscher Münze, welche B. Ludolf im vorigen Jahre zu Fermeshem wegen Ermordung des Priesters Herebrand verhängte, um* 300 *Mark ermässigt. Emonis chron. ap. Matthæum II,* 88.

## 250.

* *B. Ludolf von Münster entscheidet, dass die Erben des Bernhard Paschedag auf die Obedienz Bulleren unter dem Namen der Advocatie keinen Anspruch haben.* 1228. — *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 351.

Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus hoc presens scriptum intuentibus salutem in vero salutari. Presidentibus nobis in capella nostra, Johannes Werenzo canonicus Monasteriensis coram nobis proposuit, quod cum Bernhardus dictus Passchedagh pro iniuria, quam ei in obedientia Bulleren irrogarat, a preposito et suo coniudice Paderbornensi auctoritate domini pape excommunicationis sententiam incurrisset, et in extremis laboraret, ipse penitens de commisso et de dampnis illatis satisfaciens absolucionis beneficium a suo sacerdote meruit optinere; eo vero mortuo iam dictus Johannes eo, quod ecclesie per omnia satis cautum non fuerat, ipsum prohibuit sepeliri. Accedentes igitur Engelbertus de Gemene, Wilhelmus Rutze et Henricus filius bůrgravii de Regghethe, mariti filiarum heredum Bernhardi, pro se et uxoribus expresse in hoc consentientibus, sub periculo cause promiserunt presentibus hiis: Gerlaco Bitter, Wernero de Rethe, Hermanno Wernzen, Conrado de Tremonia, Godefrido burgravio et suis fratribus, ut proxima quinta feria post circumcisionem Domini coram, nobis comparerent, super iure quod dictus Bernardus se dicebat in obedientia habere diffinitivam sententiam recepturi. Die vero adveniente et ecclesia cum Johanne comparente, nullus predictorum maritorum vel heredum comparuit nec suam absentiam excusavit. Unde nos

[1] Fehlerhaft und mit willkührlichen Correcturen.

cum lis coram nobis prius legitime fuisset contestata et nobis de causa plene liqueret, sententiando pronuntiavimus, heredes dicti Paschedagh nichil iuris in advocatia Bulleren habere, perpetuum eis silentium imponentes et excommunicantes etiam eos, qui occasione advocatie sibi aliquid iuris autoritate propria in supradicta obedientia presumerent usurpare. Postmodum ut omnis questio tolleretur, Wilhelmus Ruze pro se et uxore sua hoc mandante, que uxor in predicta advocatia heres esse debebat, si dictus Paschedagh aliquid iuris habuisset, omni quod in predictis bonis habere videbatur, coram nobis absolute et simpliciter renuntiavit, repromittens quod nec ecclesie nec Johanni aliquam moveret de cetero questionem, nec eum de cetero aliquatenus molestaret. Acta sunt hec anno d. i. M$^{o}$.CC$^{o}$.XXVIII$^{o}$, presentibus honestis viris tam clericis quam laicis videlicet: Wilhelmo maiore preposito in Osenburghe et cet. . et aliis quam pluribus.

## 251.

** B. Ludolf verleiht den Klöstern Clarholz und Lette das Recht auf der Ems zu fischen.* 1228. — *Abschrift Msc. II,* 43. *p.* 50; *II,* 85. *p.* 121.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Ludolphus Dei gratia Monasteriensis episcopus universis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus in perpetuum. Cum beneficiorum virtus igneam naturam habeat, eo quod vitiorum congeriem transiliens ad alta tendit et transvolat, sana fide credendum, quod ipsa virtus est semper coram eo, qui in altis habitat et humilia respicit in celo et in terra, apud quem nullum bonum manet irremuneratum et qui inter multas hominum negligentias minimi non obliviscitur benefacti. Hinc est, quod, in salutis nostre consilium et anime remedium, canonicis fratribus et sororibus in ecclesiis Claholte et Lette Domino servientibus dedimus licentiam ius et potestatem piscandi omni tempore, quotiescunque libuerit vel necesse fuerit, in fluvio, qui dicitur Amesa a molendino in Huttinghusen usque ad oppidum nostrum, quod dicitur Warendorpe, pro eo, quatenus iidem fratres et sorores nostram et eorum, qui nobis commissi sunt memoriam apud Dominum tanto fidelius agant et pro nostra tanto devotius salute in suis beneficiis et orationibus laborare studeant . . . Testes: Wilhelmus maioris ecclesie in Osnabrugge prepositus, Ludgerus in Clarholte prior, Adam supprior, Bertramus custos, Hermannus Wigandus canonici, Arnoldus cappellanus noster, Bernardus notarius et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo octavo.

## 252.

*Otto, Graf von Dale, eignet ein Gut zu Renenlo dem Kloster St. Ägidii in Münster zu.* 1228. *Diepenhem.* — *Or. Kl. Ägidii U.* 18b; *Abschr. Msc. I,* 81. *p.* 159; *gedr. Niesert U S II. p.* 378.

Ego Otto Dei gratia comes de Dale universis ad quos presens scriptum pervenerit notum facio, quod ad preces Godefridi de Cosvelde, qui predium in Renenlo, quod iure proprietatis michi pertinebat, de manu mea tenebat in feodo, eodem Godefrido cum consensu heredum suorum ius feodi in manu mea resignante, uxore mea Richarde cometissa et filio meo Heinrico consentientibus, proprietatem ipsius predii cum omnibus suis attinentiis, accepta super hoc hominum atque ministerialium nostrorum sentencia, cenobio sancti Egidii in Monasterio perpetuo possidendam contradidi, omnem que necessaria erit sollempnitatem sub banno regio adhibiturus. Actum in domo mea Diepenhem, anno gratie M$^{o}$. CC$^{o}$. XXVIII$^{o}$. Testes sunt: Arnoldus Sticke, Hescelus de Bremlere, Matthias de Marclo, Johannes de Wanenlo, Wilhelmus de Vordene, Johannes de Borchorst, Johannes Dalsche, Theboldus de Bethue, Robertus de Burse, et alii quam plures.

Das mit rothseidenen Fäden angehängte kreisförmige Reitersiegel hat die Umschrift: SIGILLUM OTTONIS COMITIS DE DALE.

## 253.

* *Das Kloster Marienfeld tauscht mit dem Capitel zu St. Mauriz Zehnten in Thetten und Ostenvelde aus.* 1228. — *Aus der Abschrift eines vor Bischof Ludwig von Münster* 1356 *aufgenommenen Transsumpt's, im Copiar von St. Mauriz Msc. I,* 69. *f.* 532′; *hieraus IV,* 3. *p.* 82.

Wicboldus abbas et conventus beate Marie. Noverint Christi fideles, quibus presentis littere tenor occurrerit, quod ecclesia nostra minutias decime, quam in bonis Thetten habet, dimisit in perpetuum canonicis sancti Mauricii Monasteriensis pro minuciis decime sue, quam in curte nostra Ostenvelde dinoscuntur habere. De quo videlicet facto etiam memoriale apud nos habetur hoc modo: Nos canonici ecclesie sancti Mauricii recognoscimus inter fratres de campo beate Marie et nos id actum esse, quod scilicet minucie illius decime, quam nos in curte eorum Ostenvelde habemus, que[1]) ipsa manipulorum decima dandis ammodo nobis[1]) annuatim duobus solidis omni difficultate cessante redimatur[2]), ipsi quoque minucias decimas, quas in tuguriis domus et predii nostri in Thetten habere dinoscuntur, versa vice iuri nostro contulerunt, ut etiam pro decima manipulorum tria moltia siliginis annuatim eis de ipso predio supradicto persolvantur. Cum itaque etc. Datum a. D. M°.CC°.XXVIII°[3]).

## 254.

* *B. Ludolf genehmigt einen Gütertausch zwischen den Klöstern Marienfeld und Freckenhorst.* 1228. *Beckum.* — *Or. Kl. Marienfeld U.* 64; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 7.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus abbati et conventui de campo sancte Marie in perpetuum. Quoniam breves et mali sunt dies hominis et facta mortalium oblivionis nube tegi properant, salubriter provisum est et cautum, ut ea, que inter presentes memoria digna geruntur, fidelibus litterarum testimoniis adiuventur, que et futurorum audacter increpent calumpniam et res gestas immutabili eloquantur veritate. Noverint igitur universi tam futuri quam presentis evi fideles, quod cum Ricwinus de Ostenvelde et Rodolfus de Asbeke milites domum Menlage iure pheodali, et mater eiusdem Ricwini usumfructum ipsius domus de manu abbatisse in Frekenhorst possiderent et tenerent, tandem nostro et bonorum virorum mediante consilio, prefati Ricwinus et Rodolfus necnon et mater ipsius Ricwini, LVIIII marcis ab abbate et conventu in campo sancte Marie acceptatis et

---

1) Das Copiar liest „quam“ und „nos“. — 2) Hier fehlt etwa „iuri ipsorum collate sunt“.

3) Eine in derselben Angelegenheit vom Abt Florenz von Marienfeld 1194—1211 gegebene Urkunde lassen wir hier gleichfalls folgen:

Florentius campi beate Marie abbas omnibus hanc scripturam pro rei presentis agnitione considerantibus. Notum facimus universis, quod cum nostra esset decima in Thetten, ubi domum habebant canonici sancti Mauritii Monasteriensis, placuit communi consensu, ut predicta domus illorum nunquam a nobis aliquo modo gravaretur, quamdiu canonem ab antiquo constitutum pro decima persolvere non negligeret, sed et minute decime tuguriorum, que de ipsa et sub ipsa domo erant constructa, renunciavimus, quod nostrum antecessorem dominum Gotfridum abbatem pro alia ipsorum minuta decima fecisse idem canonici affirmabant; hoc autem ideo fecimus, ut domus nostra in Ostenvelde, de qua illis decima debebatur in antiquo iure, simili pacto, duobus videlicet solidis pro magna et minuta decima annuatim persolvendis, firma stabilitate permaneret.

Wir bemerken, dass der hier genannte Abt Godfried von Marienfeld urkundlich einmal im J. 1193 erscheint (Erhard C. 529), dass sein Nachfolger Florenz aber schon 1194 erwähnt wird (l. c. C. 536).

acceptis, omni iuri quod in prefata domo habuerunt cum suis attinentiis simul et possessionibus precise et absolute renunciarunt. Abbatissa vero memorata de sui conventus consensu et ministerialium suorum consilio, a prefato abbate et suo conventu domo in Pikenhorst ei data et accepta in compensationem antedicte domus Menlage, eandem effestucando proprietatem ipsius cum omnibus suis attinentiis, nobis consentientibus et approbantibus, abbati et conventui in campo sancte Marie reliquit possidendam libere et habendam, prefato contractu ex utraque parte plenius approbato. Ne autem super hoc concambio coram nobis legitime celebrato et peracto questionem quisquam inposterum movere valeat, et hoc aliqua in parte possit calumpniari vel irritare, nostro sigillo et capituli Monasteriensis necnon et abbatis supradicti et abbatisse sigillis presentem paginam exinde conscriptam voluimus communiri. Actum est hoc apud Bekehem anno ab incarnatione Domini M°.CC°.XXVIII°, presidente Romane sedi domino Gregorio papa nono, presulatus nostri anno tercio. Testes huius rei sunt: Wicboldus abbas prefate ecclesie, Theodericus, Hartmodus monachi prefate ecclesie, Wilhelmus maioris ecclesie in Osnabruge prepositus, Gerlagus Monasteriensis ecclesie canonicus, Arnoldus capellanus, Bernardus notarius; Adolfus et Wicboldus fratres de Holte, Frethericus, Godefridus, Franco fratres de Sconenbeke, Heinricus burgravius de Rechethe, Lutbertus de Beveren, Albertus dapifer, Johannes pincerna, burgravius de Stromberg, Herimannus advocatus de Bekehem et alii quam plures.

An weissrothen Schnüren hangen die wohlerhaltenen Siegel 1. Bischof Ludolf's, wie oben beschrieben; 2. des Münsterschen Domcapitels; 3. der Abtei Marienfeld, und 4. der Aebtissin von Freckenhorst, oval, eine sitzende Figur mit der Palme in der Rechten und ein Buch in der Linken darstellend, mit der Umschrift: IDA DEI GRA. ABATISSA IN VERCHENHORST.

## 255.

*Der Ritter Anton Werhe überträgt seine Güter an den Edlen Balduin von Steinfurt und erhält sie als Lehen zurück.* 1228. — *Hier nach dem Abdruck aus einer Abschrift bei Niesert U.-S. V. p.* 17.

Noveritis universi tam presentes quam posteri, quod ego Antonius dictus Werhe miles et Henricus filius meus bona nostra in Dorepe cum omnibus suis attinentiis resignavimus in manus viri nobilis domini Baldewini domini de Stenvorde ad usus suos et suorum heredum, ac ea recepimus ab eodem iure homagii nobis et nostris heredibus possidenda. Super quo presens fecimus et dedimus instrumentum, et ego Henricus sigillo patris mei sum contentus. Datum apud Vurdorpe, anno Domini M°.CC°.XXVIII°, dominica in adventu Domini.

## 256.

* *Das Paderborner Domcapitel bescheinigt, vom Kl. Marienfeld* 50 *Mark schwerer Münze für einen Zehnten empfangen zu haben.* 1228. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 65; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 117'; *II,* 43. *p.* 201. *II,* 48. *p.* 218.

Volradus Dei gratia prepositus, Amelungus decanus et capitulum maioris ecclesie Paderburnensis omnibus Christi fidelibus, quorum inspectioni presens scriptum fuerit oblatum, notum esse cupimus, quod Conradus ecclesie nostre thesaurarius et suus consanguineus Bertoldus, ad altare sancte Marie in monasterio maiori capellanus, in reconpensationem decime in Byllincgessen site publice professi sunt, se recepisse a monasterio in campo sancte Marie quinquaginta marcas nummorum gravis monete et eas pro bonis in Arthe ad restaurum predicte decime expendisse. Huius rei testes sumus. Actum est hoc anno dominice incarnationis M°.CC°.XXVIII°.

An einem in der Mitte der Urkunde durchgezogenen Pergamentstreifen war auf der Rückseite der Urkunde das ältere bis in die Mitte des 13. Jahrhunderts gebräuchliche Siegel des Paderborner Domcapitels in dünnem Wachs aufgeklebt, wovon jetzt noch zwei Bruchstücke erhalten sind.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 257.

*B. Ludolf schenkt den Canonikern von St. Martin zu Münster sechs Morgen Landes vor dem Neubrückenthor daselbst* 1229. — *Abschr. Msc. I,* 71. *f.* 4; *hieraus IV,* 4. *p.* 156; *gedr. Wilkens G. d. St. Münster p.* 113.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Ex officio pastoralis cure nobis commisse profectui ecclesiarum Dei nobis subditarum in amministratione divinorum non solum tenemur intendere, verum etiam earundem promotionem in rebus augmentandis diligenti studio procurare. Quare ad notitiam tam presentium quam futurorum Christi fidelium venire desideramus, quod sex iugera porte civitatis Monasteriensis, que Nigebruche dicitur adiacentia, ob spem eterne remunerationis ad honorem Dei et beati Martini ad usus canonicorum S. Martino deservientium ad firmandum in ecclesia sua divinum obsequium libera donatione contulimus, hoc tamen adiecto: quod de iugeribus predictis sicut moris fuit, domini prefati respondeant. Verum quia facta mortalium temporalem sequuntur motum et facile transeunt in oblivionem, nisi fuerint memorie commendata, rem gestam presenti pagine, que rei seriem immutabili veritate eloquatur, placuit annotare et sigilli nostri testimonio confirmare. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XXIX°, indictione IIa, presidente Romane sedi Gregorio papa, regnante imperatore Frederico et semper augusto, pontificatus nostri anno tertio, viris ydoneis presentibus, quorum nomina sunt hec: Wilhelmus S. Martini prepositus, O(lricus) decanus, Lubertus custos, Mathias scolasticus, Albertus, Godescalcus, Wicboldus eiusdem ecclesie canonici; Nicolaus, Albertus maioris ecclesie canonici, Suetherus iudex, Themo, Bruno, Conradus cives Monasterienses.

## 258.

*B. Ludolf bekundet, dass die Edle Jutta (von Holte) Äbtissin zu Nottuln sowie ihr Caplan Godfried, durch Schenkungen an das Kloster Nottuln, ihre Memorien daselbst gestiftet haben.* 1229. *Münster.* — *Concept oder alte Copie Kl. Nottuln U.* 12; *Abschr. Msc. IV,* 1. *p.* 235; *gedr. Wilkens Lebensgesch. der h. Gerburgis p.* 34.

Ludolfus miseratione divina Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus huius scripti paginam inspecturis inperpetuum. Ne ea, que provida deliberatione ac salubri intentione geri dinoscuntur, temporis protractu in oblivionem dilabantur, sano iuris suadente consilio ipsa gesta perpetuis scriptorum munimentis commendantur. Eapropter universis tam presentis etatis, quam future posteritatis Christi fidelibus notum fieri cupimus, quod nobilis femina Jutta abbatissa de Nutlon preter multa et magna, que sue ecclesie dinoscitur impendisse beneficia, a Thiederico milite cognomine Talia quendam mansum, qui dicitur Honstovere, situm in villa Nutlon IIIIor marcis comparavit, cuius mansi agros nove domui sue in ipsa villa Nutlon aggregando adiecit statuens, ut de eadem nova domo deinceps conventui sororum in Nutlon duo malcia ordei secundum minorem mensuram Monasteriensem annuatim dentur, ita ut post obitum suum pro sui agenda memoria in die anniversarii ipsius eadem duo malcia hiisdem sororibus ministrentur. Adiecit insuper in huius consolationis aucmentum, ut dictis sororibus de area prefati mansi eodem tempore duodecim denarii Monasteriensis monete persolvantur. Preterea quamquam Godefridus sacerdos capellanus eiusdem abbatisse pro ipso monasterio in Nutlon hostili incursu et incendio multipliciter perturbato quasi de novo recreando omni studio ac sollicitudine iam pluribus annis invigilaverit, et ex hoc eternum sibi apud Deum meritum cumulaverit in celis, ut, eo tamen de hac luce sublato, ipsius memoria habeatur in terris, suis expensis comparavit in Tungerlon in parrochia Gesgere annuos redditus IIIIor solidorum et sex denariorum Monasteriensis monete, quos supradictis sororibus pro ipsius memoria in die sui anniversarii in perpetuum agenda taliter assignavit, ut in die conceptionis sancte Marie dentur ad consolationem duodecim denarii. Et conventus sollempniter eodem die celebrabit missam de Domina nostra, festum vero sancti Johannis ante por-

tam Latinam [1]) eo cantu et ea sollempnitate per omnia a dicto celebrabitur conventu, qua consuevit dies natalicius [2]) eiusdem sancti Johannis prope nativitatem Domini celebrari. Quo die scilicet sancti Johannis ante portam Latinam duodecim denarii et in ipso die anniversarii sui duo solidi hiisdem sororibus assignentur; sacerdotibus vero missas celebrantibus hiis tribus temporibus sex denarii assignentur. Ut autem hec inconvulsa stabili perpetuitate perseverent, presentem paginam nostri appensione sigilli duximus roborandam, de nostri assensu capituli districte sub pena excommunicationis inbibentes, ne quisquam ausu temerario ea que premisimus audeat infringere aut quoquo modo perturbare. Datum Monasterii anno gratie M°. CC°. XXVIIII°, anno pontificatus nostri tercio, presentibus . . . . . [3]).

## 259.

*Otto, Graf von Dale, bestätigt unter Königsbann im Gerichte vor Münster seine im J. 1228 in Diepenheim erfolgte Übertragung des Guts zu Renelo an das Ägidii-Kloster zu Münster. 1229. — Or. Kl. Ägidii U. 19a; Abschr. Msc. I, 81. p. 161; zum Theil gedr. Niesert U.-S. II. p. 379.*

Otto permissione divina comes de Dale, cenobio sancti Egidii in Monasterio in perpetuum. Quum evenire plerumque solet, ut instigante humani generis inimico, laudabilia facta presentium, presertim que ad salutem sunt animarum, dissolvere laboret calumpnia futurorum, necessarium iudicavimus, ea que a nobis memoria digna gesta sunt, fidelibus litterarum testimoniis ad noticiam proferri posterorum. Unde notum esse cupimus universis hoc scriptum sive futuri sive presentis evi tempore inspecturis, quod nos ob spem retributionis eterne, predium nostrum in Renelo, quod Godefridus de Cosvelde de manu nostra tenuerat in feodo, eodem ius feodi cum consensu heredum suorum in manu nostra resignante, cenobio sancti Egidii in Monasterio, cum omnibus attinentiis, benivolo contulimus animo atque devoto. Primo siquidem in domo nostra Depenhem, uxore nostra domina Ricarde comitissa et filio nostro Henrico consentientibus, per sententiam hominum atque ministerialium nostrorum, deinde vero sub banno regio, in loco civitati Monasteriensi vicino, qui dicitur ad horrea, ubi Fridericus miles de Sconenbeke, vice generi sui Alberti militis de Hurthe, iudex presedit, cum omni ea que in illo iudicio exigitur sollempnitate, predium memoratum videlicet in Renelo de manu nostra resignatum et prefato cenobio per sententiam liberorum hominum ut fieri solet contraditum, ac banno regio confirmatum, magister Arnoldus eiusdem cenobii provisor, nomine venerabilis abbatisse Siradis ac sui conventus, iure proprietatis cum omnibus suis, ut dictum est, attinentiis perpetuo possidendum recepit. Actum anno gratie M°. CC°. XXIX°, presidente Romane sedi domino Gregorio papa IX. anno pontificatus eiusdem II. Testes huius rei sunt nobiles: Godefridus de Elen, Henricus de Depenbroke, Gehardus (!) Pris cum Friderico Sconen [4]); ex his qui dicuntur vimenote: Hermannus Stipel, Everhardus Fridach, Everwinus de Vrekenhorst, Winandus Rise, Sichebode de Smidehusen, Bernardus Dovende, Bernardus de Suneborne, Adolfus de Wic; liberi: Bernardus de Lipelincthorpe, Johannes de Telgeth; ministeriales: Albertus dapifer, Amelungus de Berle, Gerhardus Lethersac, Godefridus villicus, Hermannus incisor, Godefridus de Cosfelde et filius eius Conradus.

Das Siegel wie an der Urkunde von 1228.

## 260.

** B. Ludolf schenkt den Zehnten zu Cruthem dem Ägidii-Kloster zu Münster. 1229. Münster. — Or. Kl. Ägidii U. 19; Abschr. Msc. I, 81. p. 262.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus cenobio sancti Egidii in Monasterio in perpetuum. Ex iniuncto nobis cure pastoralis officio astringimur, ut ecclesiis, que

[1]) 6. Mai. — [2]) 27. December. — [3]) Die Namen der Zeugen sind nicht eingetragen. — [4]) Vielleicht ist „Sconenbeke" zu lesen.

regimini nostro Domino disponente subiecte sunt, hiis presertim, que sub artioris observantia religionis Domino deservire noscuntur, ita sollicitudinis paterne studio providere debeamus, quatinus et sempiternis intendere valeant institutis et temporalibus non destituantur auxiliis. Hinc est, quod universitati fidelium tam futurorum quam presentium notum esse cupimus, quod nos decimam curtis in Cruthem, quam Wernerus miles de Huvele de manu nostra tenebat in feodo, ab eodem in manu nostra resignatam cum uxoris et heredum suorum consensu, cenobio sancti Egidii in Monasterio de consilio virorum prudentum tam de clero quam de ministerialibus ecclesie nostre iure perpetuo possidendam donavimus. Ne autem hoc nostre donationis tam laudabile factum quisquam retractare valeat posterorum, presentem paginam eiusdem facti testimonialem sigilli nostri appensione ac testium fecimus subscriptione muniri. Actum a. gr. M°. CC°. XXIXno in capella nostra Monasterii. Testes sunt de capitulo maioris ecclesie: Wilhelmus Osnaburgensis ecclesie maior prepositus, Godefridus maior decanus, Wolcmarus sancti Pauli prepositus, Arnoldus sancti Egidii plebanus; Wicboldus frater episcopi, fratres de Menhuvele Bernardus et Fretthericus, Winemarus de Ahus, et alii quam plures.

Das Siegel fehlt.

## 261.

* *B. Ludolf überträgt die Decanie zu Havixbeck dem Custos der St. Martini-Kirche zu Münster.* 1229. — *Abschr. Msc. I, 71. p. 15; II, 8. p. 17; IV, 4. p. 150.*

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Ex iniuncto nobis officio pastorali, ecclesiarum commissarum profectui tanta sollicitudine nos convenit imminere, ut quantum in nobis esse dinoscitur, tam in spiritualibus quam in temporalibus sumere valeant incrementum, annuente bonorum omnium largitore. Eapropter notum esse volumus universis pagine presentis inspectoribus, quod cum custodia novelle plantationis sancti Martini nullos ecclesiasticos redditus haberet, et sine emolimento consistere non posset, nos tenuitati predicte custodie pio ac paterno compatientes affectu, decaniam ecclesie in Havekesbeke eidem custodie benigna largitione contulimus in perpetuum possidendam. Ne igitur hec donatio pie ac rationabiliter facta imposterum vel in dubium vel in contentionem transire valeat, vel etiam per succedentium calumpniam infirmari possit, presentem paginam exinde conscribi fecimus, sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec anno gratie M°. CC°. XXVIIII°, presidente sedi Romane domno Gregorio papa VIIII°, pontificatus nostri anno IIII°, presentibus viris discretis et honestis: Wilhelmo fratre nostro Osnabrugense preposito, Olrico sancti Martini decano, Mathia scolastico, Lutberto custode, Alberto, Thetmaro, Wicboldo, eiusdem ecclesie canonicis, et aliis quam pluribus.

## 262.

* *Der Cardinallegat Otto bestätigt die obige Übertragung. (1229 [1]) December 18. Rechede — Abschr. Msc. I, 71. f. 8.*

Otto miseratione divina sancti Nicolai in carcere Tulliano dyaconus cardinalis, apostolice sedis legatus, dilecto in Christo custodi sancti Martini Monasteriensis salutem in Domino. Justis petentium desideriis

[1]) Das Jahr ergiebt sich aus den Untersuchungen Böhmers R. J. p. 377—379. Nach Godefridus Colon. (ap. Böhmer fontes II, 363.) kehrte der Legat gegen Ende des J. 1229 aus Dänemark zurück und feierte das Weihnachtsfest zu Cöln; es ist also anzunehmen, dass er auf dieser Reise am 18. December in Rechede bei Lüdinghausen war. — Die Paderborner Urkunden dieser Zeit (Urk.-Buch III. B.) werden das Itinerar des Legaten noch genauer feststellen; sie ergeben, dass er auf der Rückkehr aus Dänemark vom 15. bis 23. September 1229 in Bremen, und am 23. November dess. J. in Münster sich aufhielt. Schon von Bremen aus hatte er den Abt Heinrich von Bredelar nebst zwei Predigermönchen mit der geistlichen Visitation der Städte und Diöcesen Münster, Osnabrück, Paderborn und Minden beauftragt.

dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Cum igitur custodie novelle plantationis sancti Martini in Monasterio, quam obtines, que adeo fuit tenuis, sicut dicitur, quod per se ipsam sine amminiculo subsistere non valebat, venerabilis pater Monasteriensis episcopus decaniam ecclesie in Havekesbeke Monasteriensis dyocesis duxerit conferendam, sicut in ipsius episcopi literis plenius vidimus contineri, nos collationem ipsam, sicut provide ac rationabiliter facta est, auctoritate legationis, qua fungimur, confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rechede XV Cal. Januarii.

## 263.

*Tauschvertrag, wodurch das Stift Möllenbeck die zu dem Hofe zu Apelderbeke gehörige Hove zu Heile an das Stift Kappenberg überlässt, und dafür ein Haus zu Lore erhält.* 1229. *August* 15. *Möllenbeck. — Aus dem Orig. im Gr. Archive zu Kappenberg; Abschr. Msc. II,* 45. *p.* 263; *gedr. Niesert U.-S. II,* 381.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Cunegundis abbatissa in Mulenbeke. Quoniam tempora periculosa sunt, et intentio humani cordis semper prona est ad malum, ea que per nos laudabiliter et honeste gesta sunt, omni qua possumus cautione adhibita sic volumus roborare, ne unquam ulli in futurum calumpniandi vel malignandi detur occasio. Notum igitur esse volumus tam presentibus quam futuris Christi fidelibus, quod nos de libera voluntate et unanimi conventus nostri consensu, nec non et Heinrici villici curtis nostre in Apelderbeke et totius familie ad ipsam curtim pertinentis, per manum advocati mansum in Heile ecclesie Capenbergensi contulimus perpetuo possidendum. Ut autem ex hoc facto nichil nobis vel curti nostre possit deperire, Andreas prepositus totusque conventus in Capenberg domum in Lore cum suis appendiciis in concambium et recompensationem contulerunt, que usibus nostris perpetuo deserviet. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam sigilli nostri impressione fecimus consignari, subnotatis testibus quorum hec sunt nomina: Gisla preposita, Aleidis decana, Helenburgis custrix, Fridericus, Herimannus, Heinricus canonici; Růtherus, Brunsten, Heinricus de Apelderbeke, ministeriales in Mulenbeke, Adolphus comes de Altena, Johannes dapifer, Heinricus Franzois, Heinricus Scucko, Růbertus de Sulede, Sibertus frater eius, Lambertus de Apelderbeke, Albertus Kage, Alexander et Heribordus de Sendene, Thancmarus de Hamme, Everhardus de Selehorst, Theodericus advocatus in Kapenberg; de familia curtis nostre in Apelderbeke: Elvericus de Heyle, Albertus de Badorp, Theodericus de Berghoven, Albertus, Godefridus de Ardeia, Heinricus, Wigbertus de Curlar . . . . Sifridus, Theodericus vrone de Apelderbeke. Datum Mulenbeke in die assumptionis beate Marie, presente Heinrico villico curtis nostre in Apelderbeke, anno dominice incarnationis M⁰.CC⁰.XXVIIII⁰, epacta IIIIa, indictione secunda.

Das Siegel ist sehr beschädigt.

## 264.

* *B. Ludolf bekundet die Verzichtleistung seines Bruders Adolf von Holte auf die curtis Vornen zu Gunsten des Kl. Marienfeld.* 1229. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 66; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 23ᶜ.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus, ad quorum audientiam hec scripta pervenerint, in perpetuum. Ordinate feliciter prudenti consilio perseverant actiones, si litterarum fuerint et multorum testimonio confirmate. Noverint ergo tam futuri quam presentes, quod cum nobilis vir Adolfus de Holte, frater noster, sibi in curte Vornen [1]) et eius attinentiis ius conpe-

[1]) im Kirchspiele Warendorf.

tere assereret, necnon super eo dilectis in Christo abbati et conventui campi beate Marie movisset questionem, qui eandem curtim emptionis titulo possidebant, tandem idem A. frater noster, amicorum suorum et nostro mediante consilio, de consensu uxoris sue suorumque heredum prefatam curtim cum omnibus attinentiis, quantum ad medietatem illius, quam ad se dicebat pertinere, resignavit, renuntians omnimodis omni iuri, quod ipse suique heredes in medietate iam dicte curtis habebant vel habere videbantur, ita tamen, quod pro reconpensatione iuris sui tocius Xcem accepit marcas ab abbate et conventu memorato. Ut autem hoc factum ratum semper et inconvulsum permaneat, presentem paginam exinde conscriptam, de voluntate et consensu sepedicti A. fratris nostri, tam nostri quam sui inpressione sigilli fecimus communiri. Actum anno dominice incarnationis M°.CC°.XXVIIII°, indictione IIa, pontificatus nostri anno IIII°. Huius rei testes sunt: Willelmus maior prepositus Osnaburgensis, Olricus sancti Martini in Monasterio decanus, Lutbertus custos, Albertus, Mathyas canonici ibidem; Wicboldus frater noster, Suetherus iudex, Heinricus de Bermentlo, Winemarus, Fredericus advocatus de Warendorpe, Conradus de Hamelspringe, Fridericus, Widekindus de Lo, Cunradus canonicus Mindensis, Theodericus de Legden, Herimannus incisor, Theodericus de Werthene, Thetmarus de Sosato, Wescelus de Campo, Godefridus villicus et alii quam plures.

An zusammengedrehten linnenen und wollenen Schnüren hängen die wohlerhaltenen Siegel des Bischofs Ludolf, wie oben beschrieben, und Adolfs von Holte. Letzteres, ein ziemlich grosser herzförmiger Schild, hat die Umschrift: SIGILLUM ADOLFI DE HOLTE und zeigt drei Flügel als Wappenbild.

## 265.

* *B. Ludolf bekundet die Überlassung einer Getreiderente an das Kl. Marienfeld.* 1229. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 70; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 15'.

In nomine Domini Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus, qui scriptum presens viderint vel audierint, in perpetuum. Ne quod in tempore geritur per elapsum temporis in oblivionem possit hominum devenire, cautum est et utile, vivacis littere testimonium admovere. Notum igitur sit presentibus et futuris, quod Rothardus ministerialis noster pensionem quandam granorum, id est VIII modios siliginis medie mensure Monasteriensis, quam de domo Middelsete habuit, tribus acceptis marcis, dimisit in perpetuum ecclesie campi beate Marie, tum de beneplacito nostro, tum etiam de nostri consensu decani, cui domus ipsa dinoscitur pertinere. Quam videlicet pensionem sic distractam predictus R. una cum liberis suis coram nobis et decano nostro funditus resignavit, et nos ipsam sub multorum testimonio assignavimus ecclesie memorate. Ad cuius manum Willelmus maior in Osnaburg prepositus, Fredericus decanus de Vrekenhorst, vir nobilis Adolfus de Holte frater noster, et Lutbertus de Beveren pensionem suscepere prefatam. Quapropter ut factum hoc ratione et veritate suffultum immobile perseveret, presentem paginam tam nostro, quam decani maioris curavimus communire sigillis. Huius itaque rei testes sunt: Wilhelmus prepositus, Fredericus decanus prenominati, Bertoldus sancti Ludgeri decanus, Albertus decanus de Hoswinkel, Godescalcus plebanus de Grevene, Godefridus capellanus decani, Wicboldus canonicus; item Stephanus et Godefridus de Lon milites, Winandus de Vechtlage, Hermannus Hone, Johannes camerarius et alii quam plures. Actum anno gratie M°.CC°.XXVIIII°, indictione IIa.

Nur das bekannte Siegel Bischof Ludolfs ist jetzt noch zum grösseren Theile erhalten.

## 266.

* *Gr. Ludwig von Ravensberg überträgt ein Grundstück in Bellethe an das Kl. Marienfeld.* 1229. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 66a; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 11'; *II,* 77. *p.* 209.

In nomine Domini. Lodewicus Dei gratia comes Ravensbergensis. Ne per calumpniam vel oblivionem contingat actiones evacuari, non in vanum cautela solet litterarum atque testium adhiberi. Modernos itaque

ac posteros latere nolumus, quod proprietatem mansi in Bellethe, quem Eggehardus dapifer noster a nobis feodali iure tenebat, cenobio campi sancte Marie in anime nostre remedium contulimus et salutem. Quem videlicet mansum iam dictus E., XVI marcis a prefato acceptis et acceptatis cenobio, nobis una cum heredibus suis publice resignavit et nos eundem eidem ecclesie perpetuo proprium assignavimus coram testibus, quorum hec sunt nomina: Herimannus sacerdos capellanus noster, Eggehardus dapifer, Bernardus filius eius, Lutbertus Ubeke, Volmarus frater dapiferi ministeriales nostri et alii. Hanc igitur paginam testimonialem super hoc facto dedimus anno gratie millesimo ducentesimo vicesimo nono, ita inquam, ut patri ac matri omnibusque consanguineis nostris nostra hec donatio sit fructuosa apud Altissimum. AMEN.

An einem Pergamentstreifen hängt das wohlerhaltene herzförmige Siegel mit den Sparren und der Umschrift: SIGILLUM COMITIS LODWICI DE RAVENSBERC.

## 267.

* *Gr. Otto von Ravensberg erklärt sich mit obiger Übertragung einverstanden. Ohne J.* [1]. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 69; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 11′; *II,* 77. *p.* 209.

Otto Dei gratia comes de Ravensberg universis presentis pagine inspectoribus salutem in vero salutari. Notum universis facimus tam presentibus quam futuris, quod nos contractum, quem frater noster comes Lothewicus de Ravensberg cum fratribus de campo sancte Marie contraxit de domo in Bellethe [2]) cum suis attinentiis, omni casu contingente, ratum habemus.

Das Siegel ist abgefallen.

## 268.

* *Das Kl. Marienfeld kauft ein von demselben früher lehnrühriges Gut in Tekkincdorp.* 1229. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 67; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 160′.

In nomine Domini. Abbas et conventus campi beate Marie. Universa negotia, que stare cupiunt in statu solido, fiunt a litterarum testimonio firmiora. Manifestum itaque esse cupimus tam futuris quam presentibus, quod predium in Tekkincdorp, quo Rutcherum et Winandum fratres ecclesia nostra quondam infeodaverat, idem fratres nondum uxorati, XXXa IIbus marcis acceptis et acceptatis, ecclesie nostre secundum civilis iuris consuetudinem resignarunt. Ad cuius rei maiorem evidentiam posteritatis noticie transmittendam, utile duximus annotare, non solum sub quibus personis sed etiam quibus in locis venditio facta sit et resignatio predii memorati. Est autem hoc resignatum in atrio cenobii nostri in manus Wicboldi abbatis, astantibus Rodolfo priore, Godefrido cantore, Wernero suppriore, Burchardo cellerario, Godefrido camerario et aliis de conventu. Astiterunt etiam: Gerardus miles de Herde et filius eius Winandus, Heinricus de Widenbrugge et Teimo frater eius, Johannes Mychel et frater eius Herimannus, Hermannus Hervest, Arnoldus de Gobelinge. Porro in villa Hoswinkel venditio stabilita est in figura iuditii, Suethero iudice presidente, sub aliorum nichilominus testimonio, quorum hec sunt nomina: Albertus decanus de Hoswinkel, Bernardus Bave, Theodericus Hemelblas, Erdagus, Helmicus et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo nono, indictione vero secunda, feliciter.

Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.

---

1) Wir schliessen diese Urkunde, welche im Copiar auf die vorhergehende folgt, hier an, da sie wahrscheinlich gleichzeitig mit jener gegeben ist.

2) Im Orig. steht: „in domo de Bellethe".

## 269.

*Papst Gregor IX. bestätigt die durch den Bischof von Münster erfolgte Einverleibung der Kirche zu Bocholt in die Domdechanei zu Münster. 1230 April 3. Lateran. — Das Original, jetzt verloren, ist in dem ältern Repertorium der Domdechanei (III. VI. 1.) noch aufgeführt; Abschr. Msc. I, 1. p. 372; II, 7. p. 33; II, 9. p. 27; gedr. Niesert U.-B. I. 400* [1]*.*

Gregorius episcopus servus servorum Dei dilecto filio decano Monasteriensi salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Cum igitur, sicut porrecta nobis tua petitio continebat, venerabilis frater noster Monasteriensis episcopus attendens, redditus decanatus tui adeo esse tenues et exiles, quod ex eis non poteras commode sustentari, ecclesiam in Bocholte, capituli sui accedente consensu, decanatui tuo perpetuo assignarit, nos tuis iustis precibus inclinati, quod super hoc ab eodem episcopo provide factum est ratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lateran. III°. nonas Aprilis, pontificatus nostri anno quarto.

## 270.

*Eine ähnliche Bestätigung desselben Papstes in Betreff der mit der Domcantorie verbundenen Kirche zu Albersloh von demselben Datum. — Abschr. Msc. I, 1. p. 373; gedr. Niesert U.-B. I, 401* [2]*.*

Gregorius episcopus servus servorum Dei dilecto filio cantori Monasteriensi salutem et apostolicam benedictionem. Justis petentium desideriis dignum est nos facilem prebere consensum, et vota que a rationis tramite non discordant effectu prosequente complere. Cum igitur, sicut porrecta nobis tua petitio continebat, venerabilis frater noster episcopus Monasteriensis attendens, redditus cantorie tue adeo esse tenues et exiles, quod ex eis non poteras commode sustentari, ecclesiam in Alberteslon, capituli sui accedente consensu, cantorie tue perpetuo assignavit, nos tuis iustis precibus inclinati quod super hoc ab eodem episcopo provide factum est ratum habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo etc. Datum Lateran. III°. nonas Aprilis, pontificatus nostri anno quarto.

## 271.

*B. Ludolf bekundet den Ankauf eines Guts bei Buldern und die Erwerbung eines Zehnten in Sendenhorst seitens des Klosters Hohenholte. 1230. — Or. Kl. Hohenholte U. 7; Abschr. Msc. II, 23. p. 45; gedr. Kindlinger M. Beitr. III, U. p. 729.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Ex iniuncto nobis pastorali officio ecclesiarum commissarum profectui tanta sollicitudine ac diligentia nos convenit imminere, ut, quantum in nobis esse dinoscitur, annuente bonorum omnium largitore tam in spiritualibus quam in temporalibus sumere valeant incrementum. Noverit igitur tam presens etas quam posterorum Christi fidelium posteritas, quod Ůdela priorissa cenobii nostri in Honholte, cooperante sibi fratre

---

[1]) fälschlich zum J. 1231. — [2]) ebenfalls zum J. 1231.

Wescelino sacerdote, sibi et posteris suis secundum necessitatem animalis hominis, sine qua spiritualis ministerium suum explere nequit, cupientes providere, domum unam prope Bulleren super amnem Loscap sitam tertium manipulum annuatim solventem, a Luberto milite de Sindene et a fratre suo Heinrico cognomento Rost, neċ non et a coniuge sua Cristina de consensu ceterorum heredum ipsorum pro XL[a] marcis emerunt, et eandem domum ab hiis tribus iam nominatis ecclesie sue in Honholte iuste et rationabiliter venditam et legitime contraditam in loco prope Ludenghusen, qui ad sambucam vocatur, coram iudicio liberorum, quod vulgo Friedig [1]) dicitur, Heinrico comite iudicio presidente, cum omni utilitate sua cultis videlicet et incultis, pratis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, montibus et convallibus, viis et inviis, exitibus et reditibus, una cum omnibus suis pertinentiis, datis ibidem XL[ta] marcis, stabili iure quiete perpetuo possidendam, loco predicti cenobii receperunt nec non et possederunt. Quod rationabile factum idem Lubertus per omnia ratum et incommutabile permanere cupiens, ne ullus locus malignandi contra hoc factum filiis huius seculi nodum in scirpo querentibus patere videatur, coram nobis et ministerialibus ecclesie Monasteriensis Havekesbeke in ecclesia sancti Dyonisii cum omnibus suis pertinentiis, sicut coram liberorum iudicio fecerat, predictam domum prefati cenobii congregationi secundario contradidit et delegavit hereditario iure perpetuo possidendam. Preterea per intervalla temporum ecclesie sue utilitati et commoditati amplius intendentes, decimam quandam in parrochia Sendenhorst XI[cim] solidos et XII[cim] tritici modios annuatim persolventem, a domino Conrado de Ludenghusen pro XXVII marcis emerunt et eam nobis a domino Herimanno de Lon libere resignatam apud civitatem Chosvelde coram ministerialibus Monasteriensis ecclesie, cuius beneficium fuit, restauroque a predicto Conrado sufficienti loco decime recepto, eodemque restauro prefato domino Herimanno in beneficium collato, decimam eandem pro remedio anime nostre ad usum ecclesie sororum in Honholte Deo famulantium legitime contradidimus et delegavimus stabili iure perpetuo possidendam. Hanc autem emptionem et traditionem ratam et inconvulsam permanere volentes, presentis privilegii nostri auctoritate stabilivimus, et banno nostro confirmavimus, omnem hominem hoc rationabile factum cassare volentem anatematis vinculo innodantes et eterno supplicio deputantes. Sunt autem huius rei testes: clerici, Fridericus prepositus de Varlare, Wernherus prior eiusdem loci, Ludolfus et Thiemarus maioris ecclesie canonici, Arnoldus noster capellanus, Wescelinus sacerdos; nobiles: Wicboldus de Holto, Ludolfus de Stenvorde, Godefridus de Mele, Wilhelmus Rutzo; ministeriales: Lubertus de Beveron, Conradus de Ludenghusen, Herimannus et Heinricus de Ludenghusen, Brunsteinus de Billerbeke, Bruno de Stocheim, Rŭdolfus de Novo Castro, Godescalcus, Johannes et Albertus milites de Billerbeke, Israel, Heribordus, Otto, Florinus, Heinricus, Lubertus, Theodericus milites de Sendene, Heinricus de Vitighoven, Theodericus et Winimarus fratres eius, Heinricus de Nutlon; servi: Antonius, Rotgerus, Adam, alter Adam, Meinricus, Bertoldus; liberi: Heinricus comes, Fridericus, Walthardus de Smederig, Herimannus prelocutor, Elvericus de Bekeseten, Arnoldus de Stocheim. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis M°.CC°.XXX°, indictione III, concurrente prima, epacta quarta, pontificatus nostri anno quarto.

Das Siegel fehlt jetzt.

## 272.

** Graf Otto von Tecklenburg überlässt dem Bischof Ludolf gewisse ihm von seinem Lehnsmanne Gottschalk Hasenbalch resignirte Zehnten zu Rheine und Salzbergen. (1230 [2])). — Abschr. Msc. III, 40. f. 8.*

Venerabili domino suo L. Monasteriensi (episcopo) Otto Dei gratia comes in Tekeneburg debitum in omnibus sue fidelitatis obsequium. Reverentie vestre dignum duximus significandum, quod Godescalcus dictus Hasenbalch decimam duarum domorum ville, que dicitur Uffenem, Johannis Rufi et Wescelini in Lo in par-

[1]) So das Orig. — [2]) Das Jahr ergiebt sich aus der folgenden Urkunde.

rochia Rene, et domorum alterius ville, que Humenthorp nominatur, scilicet domus Johannis et Volcmari in parrochia Saldesberg, quam a nobis iure feodali tenebat, nobis, presentibus quibusdam castellanis nostris: Johanne dicto Kiseling, Godefrido milite de Aldenthorp et Hermanno milite dicto Brumesthorp, Johanne Stelle diacono notario nostro et aliis quam pluribus, resignavit, ea tamen conditione, ut nos eandem in manus vestras resignaremus, et vos eam vobis a nobis resignatam monialibus Langenhorst Deo deservientibus conferretis. Hac igitur pia habita consideratione, vobis eam de consensu ac voluntate uxoris mee M. ac heredum nostrorum omnium resignamus et petimus, ut intuitu servicii nostri similiter faciatis.

## 273.

* *Bischof Ludolf überträgt dem Kloster Langenhorst obige ihm vom Grafen Otto von Tecklenburg resignirte Zehnten.* 1230. *Münster. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Ne ea que geruntur in tempore, labantur cum processu temporis, poni solent in lingua testium et scripturarum testimonio commendari. Eapropter ad noticiam tam futurorum quam presentium volumus devenire, quod cum comes Otto de Tekeneburg decimam duarum domorum ville que dicitur Ůffenhem in parrochia Rene, et duarum aliarum domorum ville Humenthorp nominate in parrochia Saltesberg, quam a nobis iure feodali tenebat, de consensu et voluntate uxoris et suorum heredum in manus nostras resignasset legitime, nos ad devotam peticionem priorisse et conventus in Langenhorst inclinati, necnon etiam ut participes simus orationum Christi fidelium in eo loco Deo deservientium, predictam decimam ecclesie in Langenhorst benigna largitione contulimus in perpetuum possidendam. Ut autem hec donatio rationabiliter facta rata permaneat et in posterum infirmari non possit, presentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri munimine fecimus roborari, sub districti anatematis interminatione precipientes, ne quis eam infringere vel ausu temerario eidem presumat contraire. Acta sunt hec Monasterii, anno dominice incarnationis M°.CC°.XXX°, presidente sedi Romane domino Gregorio papa VIIII°, pontificatus nostri anno V°, coram testibus subnotatis: Willehelmo Osnaburgensi preposito, Olrico sancti Martini decano, Luberto custode, Arnoldo et Bernardo capellanis nostris, Wicboldo fratre nostro, Alberto dapifero, Bernardo de Menhůfolo et Hermanno fratre suo, Godefrido, villico Winemaro et aliis quam plurimis.

## 274.

* *Graf Otto von Tecklenburg bekundet die vor ihm erfolgte Schlichtung eines Streites zwischen dem Kloster Langenhorst und den Gebrüdern von Ekkenroth wegen eines Grundstücks in Schöppingen.* 1230. *Tecklenburg. — Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.*

Otto Dei gratia comes in Tekeneburg omnibus, ad quos presens littera pervenerit salutem. Sciant tam presentis quam futuri evi successores, quod controversia inter cenobium Langenhorst ex una parte et fratres de Ekkenroht Johannem et Nicolaum ex altera, super fundo sive area Tinge in parrochia Scopegen exorta, coram nobis in hunc modum dinoscitur sopita. Johannes pro se et fratre suo iuri, quod habebat in premissa area sive fundo, precise [1]) renunciavit, et provisor prefati cenobii in signum vere concordie et perhennis amicicie eisdem fratribus decem et octo solidos dedit atque persolvit. Promisit eciam idem Johannes, quod frater suus, qui in provincia non fuit, eandem composicionis formam ratam habebit, et tam (pro) ipso quam fratre suo absente, Rodolfus miles dictus Ungenathe una nobiscum memorato

---

[1]) „presise" das Orig.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

provisori et eius pro cenobio manualem prestitimus securitatem. Ne autem factum istud in posterum alicuius possit calumpnia permutare, presens cyrografum cum sigilli nostri munimine confirmando, testes adhibuimus huic compositioni, cum fieret, quorum nomina sunt hec: Johannes miles et frater suus Hermannus de Langen, Conradus miles de Brohterbeke, Johannes miles Kyseliggus, Godescalcus miles Budde et frater suus Heinricus Budde, Hermannus miles Bumestorp, Olricus camerarius et Johannes camerarius et Johannes presencium notator licet humilis, et ceteri quam plures. Actum publice iuxta capellam nostram in Tekeneburg, anno ab incarnacione Domini millesimo ducentesimo tricesimo.

Das Burgsiegel des Grafen ist erhalten.

## 275.

** Urkunde des Abtes Burchard von Liesborn über die Verwandlung eines Zehnten in eine Rente.* 1230. — *Or. Kl. Liesborn U.* 45; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 81.

✝ In nomine sancte et individue Trinitatis. Burchardus Dei gratia Lisbernensis abbas. Noverint universi Christi fideles, quod Aleidis vidua uxor quondam Hethenrici de Gütinge [1]), cum de agris cuiusdam mansi, qui Dalenhove dicitur, tres solidos annuatim cellerario nostro persolveret, petiit a nobis, ut pro decima eorundem agrorum, quę decimationi in Bovincthorpe attinebat, XII denariorum pensionem iam dicto cellerario nostro annuatim persolvat, eo quod idem agri aliis agris suis adeo confuse interiacent, quod sine difficultate nequeant ab invicem discerni. Nos igitur petitioni eius cum cellerario nostro annuentes, paginam hanc inde conscriptam sigilli nostri impressione cautum duximus roborari, annotatis testibus, qui hiis interfuerunt, quorum hec sunt nomina: fratres nostri Godescalcus prior, Wilhelmus cellerarius, Hinricus, Hermannus et Hildegerus sacerdotes, Johannes et Herewicus conversi et alii quam plures. Acta sunt hec anno dominicę incarnationis M$^{o}$.CC$^{o}$.XXX$^{o}$.

Das an einem Pergamentstreifen hängende Siegel stellt einen Geistlichen dar, auf einem mit Löwenköpfen gezierten Stuhl sitzend, den Stab in der Rechten, ein offenes Buch in der Linken; es hat aber sehr gelitten.

## 276.

*Graf Otto von Tecklenburg erklärt, dass ihm an gewissen Gütern des Klosters Metelen keine Vogteirechte zustehen.* 1230. *Metelen. — Nach dem aus dem Original geflossenen Abdruck bei Niesert U.-S. IV. p.* 228.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto comes Tekeneburgensis. Cum multa, que sollempniter et iuste fiunt, presentis temporis malignitas sepius obnubilare soleat et invertere, nos ad amputandam in facto nostro tocius malignationis occasionem tam posteris nostris quam heredibus cunctisque fidelibus declaramus, quod domum que dicitur Usepe, quam abbatissa Gertrudis et conventus ecclesie Metelensis a Lamberto eiusdem ecclesie ministeriali emeraut et que ab antiquo feodum ministeriale semper fuisse dinoscebatur, ad nostram omnino non pertinere advocatiam, immo penitus ab omni iure sive servitio nostro liberam et prorsus alienam esse in perpetuum, libenti animo recognovimus sollempniter; similiter et domum in Haneberge, quam nobilis vir Arnoldus, subadvocatus noster, pro remedio anime sue cum hominibus ad ipsam pertinentibus eidem ecclesie de propria contulit hereditate. Ut autem hec sollempnis recognitio vigorem et robur perpetuum obtineat, ipsam scripto et sigillo nostro munitam firmiter, heredibus et successoribus nostris in monimentum, ecclesie vero prefate in munimentum perhenne corroboravimus. Acta sunt hec apud Metelen anno gratie M$^{o}$.CC$^{o}$.XXX$^{o}$, regnante Frederico secundo imperatore, Ludolfo epi-

[1]) Göttingen, Bauerschaft im Kirchspiele Liesborn.

scopo Monasteriensem diocesim amministrante, Gertrudi abbatissa predicta ipsam ecclesiam regente, presentibus et videntibus ex parte ecclesie: priorissa Ermentrudi et conventu dominarum, Everardo archipresbitero, Reinoldo canonico; Amelungo milite villico, Regemundo milite, Hermanno milite, Ludolfo de Hek, Wernero de Heven; ex nostra vero parte: Conrado de Brugterbeke, Gozcalco Budden, Bernardo de Bramhorne, fratribus de Langen, Johanne Keselinc, Thoma et Godefrido de Thetten, Heinrico de Rene et pluribus.

## 277.

*B. Ludolf verleiht dem von ihm gegründeten Kloster Marienborn verschiedene Gerechtsame.* 1230. — *Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive; Abschr. im Copiar des Klosters fol.* 1.; *gedr. bei Niesert Kl. Marienborn p.* 35.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam ratio nostri exigit officii, rebus ecclesiasticis tam confirmandis quam tuendis sollicitudinis vigilanciam impendere, notum facimus omni generationi, que nunc est et que ventura est, quod nos locum, qui fons beate Marie dicitur, a nobis fundatum et consecratum sanctimonialibus ibidem sub ordine Cisterciensi sponso suo celesti deservientibus consensu Monasteriensis capituli cum omnibus attinentiis presentibus et futuris libere in perpetuum possidendum contulimus. Ut etiam idem locus per nostre caritatis ministerium proficiat, et memorate persone per hoc nostri perpetuo memores existant, inter cetera nostre caritatis, que in ipsas extendimus opera, communi assensu omnium in silva, qua idem cenobium situm est, ius habentium in marca videlicet Ramestorpe [1]), Lembéke, Loveshem [2]), Haltern et Lulleshem [3]) plenam iusticiam condonavimus, ut quantum ad usus suos sufficiat nostra recipiant auctoritate. Concessimus etiam eidem ecclesie, ut si quis in cimiterio a nobis consecrato miles vel clericus, civis vel peregrinus de nostra diocesi propter orationum vicissitudinem, que ibi a servientibus Deo exercentur, sepulturam desideraverit, sepeliatur ibidem. Ne autem hoc nostre devotionis factum temerario ausu in irritum ducere quis presumat, auctoritate Dei et nostra sub pena anathematis prohibemus. Et ut robur perrennitatis hec habeat pagina, ipsam nostri sigilli impressione fecimus communiri. Acta sunt hec a. gr. M°. CC°. XXX°, presidente sedi Romane Gregorio papa VIIII°, pontificatus nostri anno V°, coram honestis et probate fidei viris Wilhelmo Osnaburgensi preposito, Olrico sancti Martini decano, Volmaro sancti Pauli preposito, Francone vicedomino, Arnoldo nostro capellano, Johanne Werencen; laicis: Wicboldo fratre nostro, Gerlago Bittere, Adolfo de Lembeke, Hermanno Werencen, Wilhelmo Rucen, Godefrido de Recgethe burcgravio, Johanne pincerna, Hermanno de Merevelde, Gerhardo Brunen et Bernardo fratre suo, Conrado de Ludenchusen et aliis quam pluribus. Datum per manum Bernardi nostri notarii.

Von dem an grünseidenen Fäden anhängenden Siegel ist nur ein Bruchstück erhalten.

## 278.

*B. Ludolf bekundet einige an das Kloster Marienborn gemachte Schenkungen.* 1230. — *Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive; Abschr. im Copiar fol.* 1, *gedruckt Niesert Kl. Marienborn p.* 38.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus in perpetuum. Quoniam memoria deficit in senibus, ad huius recuperationem defectus invenerunt nostri antecessores, ut ea, que in tempore rite geruntur, fideli litterarum testimonio perpetuentur. Noverit ergo tam

---

1) Lipperamstorf. — 2) Im Copiar ist „Halteren" über der Linie hinzugefügt; jetzt Lavesum. — 3) Die Lünsumer Mark.

presens etas quam successiva posteritas, quod hii, quorum nomina subnotari fecimus, novelle plantationi, que fons beate Marie dicitur, in salutem animarum suarum et remissionem peccaminum bona, que subscripta sunt, consensu heredum benigna largitione contulerunt possidenda in perpetuum. Cůnradus de Ludinchusen contulit agros in villa Ethelinctorp [1]) solventes annuatim VIII° mensuras ordei et II tritici; Herimannus Werenze decimam curie Thutine [2]), solventem annuatim II maltia siliginis; H . . . . *) de Wofhem decimam in Dincbenken solventem annuatim III maltia siliginis et tres solidos et minutam decimam trium domorum; Cůnradus de Vielen domum in villa Biswic [3]) solventem annuatim III solidos; Gerlagus de Dingede agros in villa Hagenbeke [4]) solventes XII denarios; Heinricus de Keppele mansum in villa Northwik [5]) solventem XII denarios; Gerhardus Bruno de manso Horne [6]) redditus duorum solidorum; Herimannus de Merevelde predium Burnsteine [7]); Lutgardis de Weseke agros in villa Marcope [8]) solventes V mensuras siliginis. Ut autem hec donatio pie ac rationabiliter facta rata permaneat et inposterum infirmari non possit, presentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec a. gr. M°.CC°.XXX°, presidente apostolice sedi Gregorio papa VIIII°, pontificatus nostri anno V°, coram honestis et probate fidei viris Olrico sancti Martini decano, Lutberto eiusdem ecclesie canonico, Arnoldo capellano nostro, Bernardo notario; laicis: Wicboldo fratre nostro, Wenemaro cůkenemester, Johanne camerario et aliis quam pluribus.

Das Siegel hat sehr gelitten.

## 279.

* *Das Dom-Capitel zu Paderborn bestätigt einen Vergleich zwischen dem Kl. Marienfeld und seinem Thesaurar wegen der Einkünfte des Archidiaconats Orlinchusen.* 1230. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 71; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 135'.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Volradus Dei gratia prepositus, Amelungus decanus totumque Paderbornensis ecclesie capitulum monasterio campi beate Marie Cysterciensis ordinis in perpetuum. Prudens antiquorum sollertia contra calumpniam et oblivionem utile providit modernis remedium, que litteris atque testibus eternari docuit temporale negotium. Notum itaque sit universis Deum ac Dei iusticiam diligentibus, quod ordinationem, in quam Conradus ecclesie nostre thesaurarius super quibusdam archydiaconatus sui reditibus cum domino Wicboldo abbate campi sancte Marie eiusque conventu convenit, ratam omnimodis habemus et gratam, videlicet, ut de manso in Oderdessen, qui duos hactenus solvebat solidos, tres de cetero custodi ecclesie nostre gravis monete solidi persolvantur, et de usuario, sive quod vulgo dicitur echtwart, in Kachtenhusen, quod IX antea denarios custodi solvebat, XVIII nummi deinceps annis singulis exhibeantur. Preterea pro decima et minutis unius mansi in Billincgessen et tugurio et echtwart, necnon et de aliquot agris in Kachtenhusen ecclesie Orlinchusen pertinentibus VI modii siliginis, VI modii ordei et II° moltia avene dentur annuatim eiusdem ecclesie sacerdoti. Quapropter ut maneat semper inconvulsum quod veritatis habet amminiculum, scilicet ut ecclesia campi beate Marie bona pretaxata secundum prescriptam formam perpetuo possideat, huius seriem ordinationis, cui etiam nostro de consilio Bertoldus pastor in Orlinchusen consensisse dinoscitur, placuit nobis scripto mandare, et tam capituli nostri quam archydiaconi de Orlinchusen communire sigillis, quatinus exceptio litigiosa locum non habeat atque os iniqua molientium obstruatur. Actum est hoc anno gratie M°.CC°.XXX°, indictione III. Huius rei testes sunt: Volquinus de Sualenberch, Thetmarus scolasticus, Hermannus camerarius, Volbertus de Elsen, Hugo, Ludolfus cellararius, Yollandus cantor, Widekindus SS. Petri et Andree apostolorum prepositus, Conradus

---

Zusätze des Copiars: [1]) Asceberge. — [2]) Vulphem. — [3]) Ludinchus. — [4]) in Overkamp, Hervorst. — [5]) Lembeke. — [6]) Reken. — [7]) Dulmene. — [8]) Borken.

*) Im Original zerstört und im Copiar mit den übrigen Worten derselben Linie ausgelassen.

thesaurarius, Rabodo, Gerewinus, Everhardus, Ludolfus canonici; Bertoldus plebanus in Orlinchusen, Everwinus presbiter in Stapelage et quidam alii feliciter.

Beide Siegel sind noch vorhanden; insbesondere ist das des Paderborner Domcapitels, welches hier noch in der älteren Gestalt vorliegt, im Vergleich mit anderen Urkunden wohl erhalten.

## 280.

*Hermann (von Holte) Abt von Corvei belehnt Sophie, die Gemahlin des Grafen Otto von Ravensberg, mit allen Gütern, welche dieser und dessen Vater Hermann von dem Kloster zu Corvei zu Lehn getragen.* 1230. — *Abschr. Msc. I,* 1 *p.* 10; *II,* 2. *p.* 8; *II,* 77. *p.* 201; *gedr. Niesert U.-S. II,* 384.

Hermannus Dei gratia Corbiensis abbas omnibus huius pagine inspectoribus notum esse cupimus, quod nos bona feodalia, que comes Hermannus et comes Otto filius suus ab ecclesia Corbiensi tenuerunt, uxori prefati comitis Ottonis de Ravensberghe comitisse Sophie iure feodali ad instantiam petitionis et mandati domini Henrici regis Romanorum porreximus. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, ne inposterum aliquis successorum nostrorum infringere possit, hanc paginam sigillo nostro impressam corroboravimus. Testes huius facti sunt: Adolfus nobilis de Holte, Conradus de Hamespringhe, Goscalcus de Loon, Reinherus portarius Corbiensis, Gerardus sacerdos de Vlotowe, Conradus de Limberg, Conradus de Wynghehem, Wulferus de Lutbyke, et alii quamplures. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XXX°, prelationis nostre anno septimo.

## 281.

* *B. Ludolf überträgt dem Ägidii-Kloster ein Haus zu Amelsbüren, welches Bernard von Kappenberg bisher zu Lehen trug.* 1231. *Münster.* — *Orig. Kl. Ägidii U.* 20; *Abschr. Msc. I,* 81. *p.* 6.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus miseratione divina Monasteriensis episcopus cenobio sancti Egidii in Monasterio in perpetuum. Etsi nos cure pastoralis offitium universis regimini nostro subiectis debitores constituat, specialius tamen intendere debemus his, qui sub artioris observantia religionis sedulis ac magis devotis Domino famulantur obsequiis. Hinc est, quod nosse cupimus universos tam futuri quam presentis evi fideles, quod Bernardus laicus de Cappenberg, ministerialis ecclesie nostre, cum herede careret, principaliter quidem divine remunerationis intuitu, partim vero interventu pecunie, quadraginta videlicet et quatuor marcarum quas a conventu sancti Egidii in Monasterio receperat, domum in parrochia Amelincburen, que dicitur Hartmanninch, quam a nobis tenebat in feodo, voluntarie in manu nostra resignavit, petens humiliter, quatinus proprietatem eiusdem conventui predicto conferre dignaremur. Quamvis domus eadem, prout ipse publice protestabatur, in quo etiam ministerialium nostrorum sententia concordabat, ab omni consanguineorum impeticione libera nostre vacaret potestati, nos tamen eandem, non tam petitioni supplicantis quam sacri illius conventus desiderio satisfacere cupientes, accedente prelatorum et maioris capituli atque ministerialium consensu, per sententiam ab omnibus approbatam cenobio sepedicto contulimus cum omnibus suis attinentiis, silvis, agris, aquis et pascuis, perpetuo proprietatis iure possidendam. Deinde nobis in capitulo predicti conventus personaliter constitutis, domina Syradis eiusdem loci venerabilis abbatissa domum memoratam de manu nostra, quemadmodum dictum est, cum omni iure suo recepit. Sicque nos magistrum Arnoldum ipsius cenobii provisorem per O. sancti Martini decanum et F. de Vrekenhorst maioris ecclesie canonicos misimus in possessionem eiusdem corporalem. Ne autem hoc factum nostrum ulla futurorum valeat retractare calumpnia, ipsum scripto presenti nostroque et maioris capituli sigillis roboratum memoriis posterorum transmittere curavimus. Dei omnipotentis ac beatorum Petri et Pauli apostolorum et nostra auctoritate excommunicantes omnem, qui ausu temerario huic nostre dona-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tioni contradicendo conventum supradictum molestare presumpserit. Actum Monasterii primum in capella domus nostre pontificalis, deinde in capitulo sancti Egidii anno gratie M°.CC°.XXXI°, presidente Romane sedi domino Gregorio papa nono, regnante domino Frederico Romanorum imperatore augusto, Apulie, Sicilie et Jherosolimorum rege gloriosissimo, anno pontificatus nostri V°. Testes huius rei sunt: clerici Reimboldus maior prepositus, Godefridus maior decanus, Enkelbertus quondam Osnabrugensis electus [1]), Bernardus celerarius, Olricus sancti Martini decanus, Stephanus, Fredericus, Albertus, maioris ecclesie canonici, Arnoldus plebanus sancti Egidii, Arnoldus custos sancti Ludgeri et capellanus episcopi; laici: nobiles Adolfus et Wicboldus fratres episcopi; ministeriales: Franco de Sconenbeke, Albertus dapifer et frater suus Adolfus de Wilfhem, Arnoldus de Cothen, Heinricus de Lon, Mathias de Blankervort, Bertoldus decimator, Bruno de Stochem, Lutbertus de Sintraminclo, Boldemarus de Amelincburen, Johannes de Bunestorpe et alii quam plures.

An rothseidenen Schnüren hängen die Siegel des Bischofs und des Domcapitels, wovon das erstere vorzüglich gut erhalten ist.

## 282.

*B. Ludolf verleiht den Bürgern zu Beckum nach Weichbilds-Rechte ein ihm vom Grafen Adolf von der Mark übertragenes Gut.* 1231 — *Or. Fr. Münster U.* 54 [2]), *gedr. Niesert U.-S. II*, 389.

In nomine Domini. Amen. L(udolfus) Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus etc. Quapropter ad noticiam omnium tam futurorum quam presentium pervenire volumus, quod Henricus dictus Luniger de consensu ac voluntate heredum suorum bona in Modwic, que de manu comitis Adolfi de Marca in pheodo tenuit, civibus nostris in Bekehem pro quinquaginta marcis vendidit, et dictus comes de Marca eadem bona ad petitionem dicti Henrici Luniger ecclesie nostre libere contulit et in manus nostras resignavit. In quorum recompensationem Henricus dictus Luniger proprietatem mansi in Dalebochem dicto comiti de Marca dedit. Nos vero dicta bona in Modwic civibus nostris in Bekehem eo iure contulimus possidenda, quod in vulgo wicbilethe appellatur. Ut autem hec donatio a nobis rationabiliter facta stabilis permaneat et infirmari non possit, presentem paginam conscribi fecimus et nostro et dicti comitis Adolfi de Marca sigillis communiri. Acta sunt anno gracie M°.CC°.XXXI°, presidente sedi Romane Gregorio VIIII°, regnante Fretherico Romanorum imperatore et semper augusto, pontificatus nostri anno sexto, coram honestis et probate fidei viris quorum nomina sunt hec: Gerewinus de Rinkerothe, Thegenardus de Leytnette, Petrus de Wickethe, Adolfus de Boyne, Gotzalcus Torc et suus frater Theodericus, Woltherus de Herincke, Wickerus et Hartlevus de Hamme, Henricus Franzois . . . . . . frater Adolfus, Lubertus de Boine, Everhardus Umberadene, Johannes de Thinkere, Johannes de Hovele, Johannes de Voswinkele et alii quam plures.

Nur vom Siegel des Bischofs ist ein Bruchstück erhalten.

## 283.

*B. Ludolf überträgt dem Kloster Asbeck gewisse Zehnten in den Kirchspielen Senden und Lüdinghausen.* 1231. — *Abschr. Msc. I*, 61. *f.* 4; *hieraus Copie IV*, 2. *p.* 207; *gedr. Niesert U.-S. IV*, *p.* 236.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolphus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum salutem. Quia variis causarum tumultibus pastoralis cura cottidie nos implicat, spiritales

---

[1]) Engelbert v. Isenberg 1224 zum Bischofe v. Osnabrück gewählt, aber wegen seiner Theilnahme an der Ermordung Engelberts des Heiligen nicht bestätigt, gelangte erst 1239 auf den bischöflichen Stuhl von Osnabrück.

[2]) Dieselbe ist durch Fäulniss an der rechten Seite sehr zerstört.

quasque ac religiose conversationis personas nostris beneficiis semper gaudemus attollere, quarum indefessis oracionibus velud armis celestibus adversa queque repellere ac summi pastoris graciam speramus obtinere. Noverit ergo tam presens etas quam successiva posteritas, quod decimam, — scilicet [1]) in parrochia Sendene tres domos, videlicet Getinctorpe et Lite, quarum una dicitur domus Marcwardi solvens quatuor solidos et sex denarios et quatuor modios tritici cum minuta decima; domus Elvici decem et octo denarios, unum modium tritici cum minuta decima; mansus Alexandri quatuor denarios; domus Renoldi quindecim denarios et decimam minutam et unum modium tritici, ubi eciam quidam agri sunt hurlant appellati, de quibus dandi sunt undecim denarii; in parrochia Ludinchusen domus Bertelswich vocata solvens sedecim denarios, duos modios tritici cum decima minuta, — qua Siffridus de Edrinchusen a nobis inbeneficiatus extitit, ipso et suis heredibus a cenobio Asbeke acceptatis et acceptis viginti quinque marcis, dilectis in Christo sororibus ibidem Deo deservientibus benigna largicione contulimus in perpetuum habendam, eam camere eiusdem loci ad emendas sororibus vestes lineas de assensu omnium assignantes. Ut igitur hec nostre pietatis largicio devotis Christi pauperibus stabilis semper et inconvulsa permaneat, presentem paginam testimonialem huius facti [2]) conscribi fecimus et sigilli nostri munimine confirmari. Quam si quis quolibet malignandi ingenio cassare presumpserit, cum districti anathematis beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostri ultione ferimus. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XXXI°, pontificatus nostri anno sexto, presentibus viris honestis: clericis Volmaro sancti Pauli preposito, Francone vicedomino, Frederico, Conrado et Conrado canonicis Monasteriensibus; laycis: Arnoldo de Coten, Adolpho fratre dapiferi nostri, Adolpho de Wich, Winemaro et Godefrido scultheto nostro, Thiderico Vurethen et aliis quam pluribus.

## 284.

*B. Ludolf weiht die Capelle der Burg Dülmen ein und verleiht ihr gewisse pfarrkirchliche Rechte.* 1231. — *Abschr. nach einer fehlerhaften Copie Msc. II,* 8. *p.* 6; *gedr. Kindl. Beitr. I. U. p.* 6.

Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Cum inter capellas [3]) munitionum nostrarum ee ampliori affectu (et) favore teneantur et diligantur que ex antiquitate fundationis maiorem prerogativam cognoscuntur habuisse, notum esse volumus universis hoc scriptum inspecturis et audituris, quod cum capellam Dullmene dedicaremus per nostre ministerium humilitatis, nos ad multam castellanorum instantiam et ob difficultatem veniendi ad matricem ecclesiam, de consensu sacerdotis in ecclesia matrice tunc deservientis, capellano [4]) eiusdem in perpetuum indulsimus, ut parvulos castellanorum infra castrum sive extra prope muros manentium ad baptizandum recipiat et eorum uxores postquam genuerunt eas ecclesie reconciliando introducat. Item antiquas et approbatas capelle consuetudines habemus ratas, videlicet ut capellanus de castellanis et eorum familia infirmorum habeat visitationes. Item si funus de castro sit, oblationes secunde misse in ecclesia matrice cedent capellano in castro nostro deservienti. Si vero funus de parrochia sit, capellanus vocatus de tertia missa quod oblatum fuerit habiturus est. In precipuis etiam solemnitatibus, sicut in aliis, omnes castellani cum sua familia divinis que fiunt in castro intererunt et ecclesiastica sacramenta percipient ibidem. Ut etc. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XXXI°, pontificatus nostri anno sexto, coram testibus subnotatis: Thoma de Halteren, Arnoldo et Bernardo capellanis nostris, Gerwino de Ramesdorpe et Goswino de Angelmudde; laicis: Adolpho et Wichboldo fratribus nostris, Bernardo de Meinhovele, Bernardo de Mervelde, Hermanno fratre suo, Adolpho de Lembecke et ceteris castellanis et aliis quoque presentibus.

---

[1]) So corrigire ich das „cuius" des Copiars. — [2]) „fieri" das Copiar.

[3]) „capellanos" die Handschrift und der Druck. — [4]) „capelle" desgl.

## 285.

* *Ludolph, Bischof von Münster, bekundet einen zwischen dem Ritter Alexander von Senden und Stephan Specke abgeschlossenen Vergleich wegen des Zehnten der curtis in Evershem.* Testes: Remboldus maior prepositus, Godfridus maior decanus, Ulricus decanus beati Martini, Lubertus et Bernhardus maioris ecclesie canonici, Franco vicedominus, Wicboldus de Holte, Godefridus burgravius de Rechede, Gerhardus Brune, Conradus de Ludinchusen, Albertus dapifer, Hermannus de Porteslare et alii. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XXXI°. — *Abschrift aus dem Original Msc. II, 45. p. 47.*

## 286.

* *Burchard, Abt von Liesborn, bekundet die Beilegung eines Streites wegen der Salinen zu Sassendorf (bei Soest).* 1231. — *Or. Kl. Liesborn U. 46; Abschr. Msc. I, 99. f. 27′; I, 101. f. 30.*

† In nomine sanctę et individuę Trinitatis. Burchardus Dei gratia Lisbernensis abbas. Noverint universi tam presentis quam futuri evi fideles, quod orta controversia inter nos ex parte una, et Helmicum, Johannem et Ricolphum de Sassenthorpe ex altera, super restauratione salinarum, de quibus idem camerario et hospitali nostro annuam solvunt pensionem, tandem mediante consilio prudentum virorum de consensu partium coram iudicio sic ordinatum est, quod Helmicus X solidos camerario nostro, Johannes vero et Richolphus XVIII solidos hospitali nostro, partim in cathedra Petri, partim in festo Othelrici, sicut hactenus persolverunt, de cetero annuatim persolvant, de quibus tres denarii de domo Helmici, XII vero de domo Johannis et Richolphi ratione areę a nobis dabuntur. Quodsi tempore statuto pensionem ipsam solvere neglexerint, conventi super hoc coram iudicio IIII^or^ solidos iudici et IIII^or^ nobis aut nuntio nostro in pęnam negligentię component. Siu autem domus ipsę ruinosę factę fuerint vel incendio conflagratę aut alio casu devastatę, quod ruinosum fuerit restaurabunt, casus quoque fortuiti ipsorum cedent periculo, reditibus nostris ex integro nichilominus persolvendis. Huiusmodi igitur ius redituum, neque a nobis nec ab aliquo successorum nostrorum minuendum vel augendum, tam ipsis quam legitimis eorum heredibus indulgemus, quamdiu predictam exinde voluerint aut valuerint persolvere pensionem. Quodsi cuiquam ex eis a pactione predicta recedere placuerit, domos ipsas destitutas non derelinquent, set Helmicus in domo sibi concessa XIIII^cim^ centenaria plumbi, Johannes vero et Richolphus XXXII centenaria assignabunt. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri impressione cautum duximus roborari. Testes huius facti sunt: fratres nostri Hildegerus sacerdos, Wernherus, Boliko diaconus, Johannes conversus; Moradus de Lo, Moradus filius eius, iudices de Sassenthorpe; Hinricus miles de Reno, Heithenricus miles de Lon, Hermannus frater eius, Ernestus villicus de Herincthorpe et alii quam plures. Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis M°.CC°.XXXI° †.

Das an einem Pergamentstreifen hängende Siegel des Abts hat sehr gelitten.

## 287.

* *Bischof Bernhard IV. von Paderborn überträgt dem Kloster Marienfeld einen Zehnten in Limberg.* 1231. — *Or. Kl. Marienfeld U. 73; Abschr. Msc. I, 106 f. 130′.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernardus quartus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus omnibus ad quorum noticiam presentia scripta pervenerint in perpetuum. Quoniam humanis plerumque actibus, ubi defuerint testes, attemptat calumpnia novercari, necesse semper est per cyrographi cautionem ab antiquis provisam negotia queque firmari. Itaque tam futuris quam presentibus volumus innotescere, quod decimam in Lintberg, quam iure feodali a nobis dominus Bernardus vir nobilis de Lippia

tenebat, nos ab eodem B. acceptis et acceptatis duabus in Berenholte domibus tituto pragaringe in restaurum, cenobio campi beate Marie Monasteriensis diocesis donatione perpetua contulimus. Verum ne quis fortasse per incuriam aut negligentiam delitescens scrupulus factum hoc valeat in posterum deformare, non frustra adiciendum censuimus, quod videlicet hanc ipsam decimam Arnoldus de Vorenholte de manu domini Bernardi prefati, et Sygewinus de Bavenhusen de manu Arnoldi similiter in feodo habuerant, quam etiam suo uterque domino, id est Sigewinus Arnoldo, Arnoldus domino Bernardo, et dominus Bernardus nobis publice resignarunt. Porro Sygewinus Hervordie in presentia abbatisse, advocati scabinorumque loci eiusdem, Arnoldus autem Sosati in facie testium qui subscripti sunt, heredibus utrorumque consentientibus, dominus Bernardus vero in loco qui dicitur Rede coram nobis decimam prefatam exfestucasse noscuntur. Quapropter ut illibatum semper et fixum perseveret, quod sincere coram nobis ac rationabiliter ordinatum est, presentem paginam, que huius rei seriem immobili veritate loquatur, conscribi, et tam nostro quam domini B. de Lippia, nec non et abbatisse Hervordensis, et comitis Volquini de Sualenberg, scabinorum quoque Hervordensium fecimus communiri sigillis. Quicunque igitur huic nostre permutationi ausu temerario contraire presumpserit, indignationem Dei omnipotentis et beati Liborii se noverit incurrisse. Huius rei testes sunt: Volradus maior prepositus Paderbornensis, Amelungus decanus, Bernardus nobilis de Osede, Andreas de Etlent, Isherus burgensis Paderburnensis, qui omnes una cum Widekindo sancti Petri preposito astiterunt, ubi videlicet dominus noster Coloniensis archyepiscopus presedit iuditio quod vulgo dicitur botthinc, ubi et facta hinc inde resignatione tam decime quam domorum in manus nostras, ipsius decime proprietatem cenobio assignavimus memorato, quam Wicboldus abbas ad manum ecclesie sue suscepit ibidem; item Sifridus canonicus Hervordensis ecclesie, Heinricus et Johannes fratres gogravii, Johannes dapifer, Arnoldus pincerna et iudex, Johannes de Aldenhervorde, Godescalcus Lupus, Fredericus de Bosco, Jordanis de Molendino, Cunradus dictus Bige, Suithardus dapifer, Heinricus Judeus, Johannes de Libbere, Amelungus, Engelbertus de Bilevelde, Conradus de Bekeseten, Widekindus de Quernhem, Herimannus monetarius, in quorum presentia sepedictus Sygewinus cum uxore pariter et heredibus suis suo, ut dictum est, decimam predictam domino resignavit. Preterea affuerunt Theodericus custos de campo sancte Marie, Burchardus conversus, Johannes iurisperitus cognomento Crisant, Fredericus Bolcke, Ecbertus civis Sosatiensis et alii, sub quorum testimonio supradictus Arnoldus suam similiter apud Sosatum fecit resignationem coram domino suo B. nobili de Lippia, quemadmodum est premissum. Acta sunt hec anno gratie M°. CC°. XXXI. indictione IIIIa feliciter.

Von den früher angehängt gewesenen zehn Siegeln sind noch fünf erhalten: nämlich 1) des Bischofs, 2) des Domcapitels von Paderborn, 3) der GERTRUDIS DEI GRATIA HERVORDENSIS ABBATISSA, eine Nonne mit einem Palmzweig in der Rechten und einem offenen Buch in der Linken, auf einem mit Löwenköpfen gezierten Sessel darstellend. 4) SIGILLV. COMITIS HERMANI DE SWA . . . . . RG[1]), einen achteckigen Stern enthaltend. 5) SIGILLUM CIVIUM HERVORDENSIUM, eine Stadtmauer mit zwei Fahnen.

## 288.

* *Bernhard, Edler von Lippe, bekundet die Beilegung eines Streites zwischen dem Kloster Marienfeld und Balduin von Hertvelde.* 1231. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 74; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 71; *II,* 11. *p.* 109.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernardus nobilis de Lippia Christi fidelibus ad quorum noticiam presentia scripta pervenerint in perpetuum. Vivax littera vitam quandam et robur inpendit negotiis, ne facile cedant calumpnie aut lubrico etiam oblivionis. Manifestum itaque sit modernis ac posteris, quod cum super bonis in Broke, que a Ludolfo de Hertvelde ecclesia campi beate Marie coemerat, Ludolfi filius, scilicet Boldewinus, ipsam inpeteret ecclesiam, et causa, que hinc inde vertebatur, coram nobis novissime ventilata decisionem ac finem debitum expectaret, nos tandem, autore Deo, virorum prudentum

---

[1]) Den hierin enthaltenen Widerspruch mit der Urkunde kann ich nicht lösen.

consilio mediante, ea que in contradictione posita fuerunt ita complanavimus, ut videlicet iam dictus Boldewinus, quatuor a prefato cenobio marcis acceptis et acceptatis, actioni sue funditus renuntiaret. Quod et factum est coram nobis pariter et iuditio in civitate Lippensi. Insuper data est sententia, ut nullus ex Boldewini fratribus actionem deinceps adversus claustrum habere debeat, ex quo constiterit satisfactum esse Boldewino, qui sibi soli actionem illam competere protestatus est, eo quod ipse solus venditioni bonorum non interfuerit, que memoratus Ludolfus de suorum consensu heredum distracta dinoscitur cum uxore ac filiis cenobio resignasse. Quapropter ut sepe dicta ecclesia, que pro bono pacis ad nostram fecit instantiam quod facere non tenebatur, indempnis esse valeat, presentem paginam, que huius rei seriem immobili veritate loquatur, conscribi et tam nostro quam etiam scabinorum Lippensium fecimus communiri sigillis. Testes autem sunt: Thegenardus prepositus Lippensis, Ludfridus sacerdos et camerarius; Bernardus de Harehusen iudex Lippensis, Hermannus de Ulethen iudex scabinorum, Willelmus Castrun, Achilles, Heinricus de Herevelde et frater eius Gozwinus, Heinricus de Walde milites; item Reinherus, Godefridus, Volbertus, Johannes, Rutgerus de Grimelinchusen scabini, Widege, Heinricus de Angaria, Boldewinus Rufus, et universitas scabinorum Lippensium. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, indictione quarta, presidente sedi Monasteriensi domino Ludolfo episcopo, cuius antecessor beate memorie dominus Otto episcopus proprietatem bonorum in Broke sub testimonio capituli Monasteriensis prefato dinoscitur cenobio contulisse [1]).

Das Siegel Bernards ist zerstört; das andere, einen Thurm mit Mauern und darunter die Lippesche Rose darstellend, wohl erhalten. Von der nicht gut ausgeprägten Umschrift lässt sich noch lesen: SIGILLUM BURGENSIUM . . . . DE LIPPA.

## 289.

** Abt Burchard von Liesborn bekundet, dass einer seiner Ministerialen dem Kloster Marienfeld gewisse Güter unter bestimmten Bedingungen resignirt habe.* 1231. — *Or. Marienfeld. U.* 75; *Abschr. Msc. I,* 106 *f.* 147.

In nomine Domini. Burchardus Dei gratia abbas Lesbernensis etc. Agnoscant itaque tam futuri quam presentes, quod Helmicus nostre ministerialis ecclesie cum bona quedam, id est Osthof in Alrebeke, teneret titulo pensionis de manu cenobii in campo sancte Marie, ductus humanitate circa Hathewigem sororem suam, cui providere in temporalibus satagebat, bona eadem cum voluntate ac beneplacito amicorum suorum claustro resignavit eidem, sub tali videlicet conditione, ut aliquis ex hominibus ipsius cenobii daretur in coniugem sorori sue prefate in solatium et iuvamen eiusdem. Quod et factum est tali nihilominus accedente compromissione, ut iunior proles, quam Hathewigis genuerit, si se cum bonis cenobii cenobio appropriare voluerit, successor poterit esse bonorum; si vero noluerit, libere vacant bona eadem cenobio memorato. Igitur ne factum hoc processu temporis evanescat vel in dubium veniat, pagina precaveri curavimus sigillata. Huius rei testes sunt: Bernardus nobilis de Lippia, Willelmus Castrun, Arnoldus et Everhardus fratres de Hagen, Heinricus de Hertvelde, Gozwinus frater eius, Albertus de Guttekin, Ernestus de Herincdorp et alii. Actum anno gratie M°.CC°.XXXI°. sub domino Wicboldo abbate.

An Pergamentstreifen hängen die Siegel des Abts von Liesborn und Bernards von Lippe. Letzteres, ein Reitersiegel mit den Rosen auf dem Schilde und der Decke des Pferdes, führt die Umschrift: SIGILLUM BERNHARDI DE LIPPA.

## 290.

** Graf Godfried von Arnsberg überträgt ein Haus zu Gestelle dem Kloster Marienfeld.* 1231. — *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 142'.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Godefridus Dei gratia comes Arnesbergensis etc. Agnoscant itaque tam futuri quam presentes, quod Rotcherus de Burbenne ministerialis noster, cum a nobis domum

[1]) Cfr. supra Nr. 42.

que est Gestelle in feodo haberet, idem R. acceptatis et acceptis XLa. marcis et una ab ecclesia campi sancte Marie Cysterciensis ordinis, domum eandem nobis, Frederico fratre et Rodolfo Frederici filio heredibus quoque suis consentientibus, resignavit. Quam nos una cum Godefrido filio nostro, nostre salutis intuitu, ad honorem beate virginis eidem ecclesie cum omni utilitate, videlicet silvis pascuis agris cultis et incultis, donatione perpetua propriam assignavimus. Insuper ad maiorem evidenciam et cautelam habundanciorem, ut scilicet huic pietatis facto robur firmitatis accederet, placuit ut hec donacio nostra et domini Conradi Osnabrugensis episcopi testimonio gauderet et tocius Widenbrugensis civitatis, ubi plane supradicti Fredericus frater Rotcheri et Rodolfus Frederici filius quicquid iuris in bonis prelibatis habere videbantur, astantibus claustri nunciis Arnoldo celerario et Burchardo camerario, in manus ipsius episcopi resignarunt. Quapropter, ut stabile atque illibatum permaneat quod pie ac racionabiliter actum constat, placuit scripto mandari, scriptumque domini Osnabrugensis et nostro, scabinorum quoque in Widenbrug communiri sigillis. Testes autem sunt: Hinricus frater episcopi, Gisel(bertus?) de Horst, Everhardus de Veleren, Andreas de Boderike, Amilius et Ecbertus fratres, Th. iudex, Hinricus et universitas civium Widenbrugensium, item Goswinus scriptor, Bernardus de Wichlo, Hermannus de Henstede, Gyselerus de Sverte, Otto de Stormede, Pelegrinus de Reste et alii. Actum anno gracie M°. CC°. XXXI., indictione IIIIa.

## 291.

*Graf Otto von Tecklenburg verzichtet zu Gunsten des Klosters Metelen auf die Vogtei des Erbes Haneberge.*

1231 *Tecklenburg. — Orig. im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archiv; gedr. Niesert U. S. IV*, 230.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto comes in Tekeneburg. Futuris malis quia cautum est obviare et venienti occurrere morbo, idcirco tam heredibus quam successoribus nostris omnibusque viris probis atque honestis presenti scripto declaramus, quod venit ad nos nobilis domina Gertrudis, abbatissa Metelensis, suas et conventus sui preces attentas nobis porrigens, ut videlicet mansum quendam in Haneberge, qui tam in edificiis quam in agris diu fuerat pene penitus incultus, ab omni iure quod in ipso ratione advocatie habebamus liberum eis propter Deum omnino dimitteremus, eo quod mansum adiacentem, a domino Arnoldo de Metelen ipsarum prebendis collatum et ab omni nostra advocatia prorsus alienum, predicto manso intenderent copulare et ex utroque domum unam, que ipsarum utilitatibus fructuosius deserviret, extruere. Nos autem propter eum, qui omnium est remunerator bonorum, preces earum clementer exaudientes omni iuri nostro renunciavimus in manso predicto, advocatiam resignantes in manus venerabilis domini Ludolfi Monasteriensis episcopi [1]), quatinus per eum libere conferretur et firmiter confirmaretur prefati mansi advocatia ecclesie Metelensi. Acta sunt hec apud Tekeneburg, anno gratie M°. CC°. XXXI°., regnante secundo Friderico Romanorum imperatore, presente ipsa quam prefati sumus abbatissa, et de ipsius ecclesia: Amelungo villico, Everardo et Reinoldo canonicis et aliis; de nostra vero parte presentibus: Conrado de Brugterbeke, Gozwino capellano, Bernardo de Bramhorne, Gozcalko Budden, Hermanno et Johanne fratribus de Langen, aliisque pluribus castrensibus nostris et ministerialibus.

An rothseidenen Fäden hing das Burgsiegel des Grafen.

[1]) Schon seit 1173 trugen die Grafen von Tecklenburg die Vogtei über das Stift Metelen von den Münsterschen Bishöfen zu Lehen. Cfr Erhard Cod. Nr. 361.

## 292.

*Dietrich, Graf von Cleve überträgt dem Bischof Ludolf von Münster fünf Höfe, erhält sie als ein auch in weiblicher Linie erbliches Lehen zurück und schliesst mit ihm ein Schutzbündniss.* 1231. — *Abschr. Msc I,* 1. *p.* 170; *gedr. Niesert U.-B. I, II,* 159.

In nomine Domini. Amen. Domino suo Ludolfo episcopo, prelatis, capitulo et ministerialibus ecclesie Monasteriensis Tydericus comes Clevensis cum suis heredibus salutem. Que geruntur in tempore cum eo transeunt. Unde ne a memoria hominum cadant temporum actiones, cautum est et utile, quod literarum testimonio confirmentur. Sciant ergo presentes et posteri non ignorent, quod cum nos ecclesie Monasteriensi ampliori affectu et fidelitate constanti vellemus obligari, et dominum nostrum Ludolfum episcopum, prelatos, capitulum simul et ministeriales S. Pauli nostro desiderio et voluntati benevolos invenissemus et consentientes, nos, heredum nostrorum consensu mediante, de quinque nostris curtibus, videlicet Ascheberghe, Galen, Bude, et duabus Hungese sitis, cum earum attinentiis, B. Paulo et domino nostro Ludolfo episcopo ad robur et firmitatem obligationis proprietatem contradidimus perpetuo obtinendam. Idem vero dominus noster L. episcopus, nos cum heredibus nostris sibi et ecclesie Monasteriensi cupiens habere semper obnoxios, prefatas curtes cum suis attinentiis et aliis bonis que de ecclesia tenuimus, accepto a nobis hominio, in feodo nobis contulit semper possidendas, ea tamen adiecta pactione, quod sive filius sive filia nobis heres extiterit, de ipso vel eius successore, facto ei hominio, predicta bona recipiat et habeat semper iure feodali possidenda, cum eodem tamen onere, quo nos ea dinoscimur habuisse. Et ut inter iam dictum dominum nostrum et ecclesiam Monasteriensem, prelatos, capitulum et ministeriales ex una parte, et nos et heredes nostros ex alia mutua fidelitas et firma confederatio semper observetur, bona fide compromisimus utrimque, quod ad propellendum iniurias et violentiam alicui nostrum ab aliquo illatas indebite, alter alteri requisitus ab altero contra quemlibet, preterquam dominum nostrum imperatorem et ecclesiam Coloniensem, patenter et potenter consilio et auxilio assistere non tardabit. Ad huius facti et promissi evidentiam et ad confederationem inter nos confirmandam, presentem paginam exinde conscriptam de consilio et consensu heredum nostrorum, tam nostri, quam filii nostri Tyderici (sigillorum) impressione voluimus roborari. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XXX°. primo, presidente Romane ecclesie Gregorio papa nono, imperante domino nostro Frederico imperatore, coram testibus subnotatis: domino Engelberto quondam Osnabrugensi electo, Volmaro sancti Pauli preposito, Wilhelmo fratre nostro Osnabrugensi preposito, Francone vicedompno; laycis: Wicboldo et Adolfo fratribus nostris, Ludolfo de Stenvorde, Hermanno de Loon, E. et G. fratribus de Gemene, Swedero de Dingethe, Her(manno) Werentze, G. burggravio de Rechede, C. de Ludinchusen, B. de Asbeke, Francone de Sconenbeke, Luberto de Beveren, Wernhero de Reithe, et aliis quam pluribus.

## 293.

*Erneute Aussöhnung zwischen den Grafen von Tecklenburg und Ravensberg wegen des an dem Grafen Simon von Tecklenburg verübten Mordes.* 1231 *Bei Glandorf. — Orig. Fr. Münst. U.* 55; *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 106; *gedr. Niesert U.-B. I, II, p.* 245.

Notum sit omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspicientibus tam presentis quam futuri evi, quod de occisione comitis Symonis de Tekeneburg, quam in ipsum comes Hermannus et filii sui Otto, Hermannus, Lodowicus comites permittente Domino perpetrarunt, inter comites de Tekeneburg Heinricum et Ottonem et iam dictos comites de Ravensberg, mediante domino Adolfo tunc Coloniense Archiepiscopo et aliis honestis viris, plena facta fuit compositio. Que quia a comite O. de Tekeneburg et comitibus O. et L. de Ravensberg minime servata est, aliquamdiu dissenserunt, discordia inter ipsos gravius succrescente.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Placuit tandem annuente Domino ipsis secundum amicorum suorum consilium reconciliari de novo, quod et factum est sub hac forma. Comes Otto de Tekeneburg comites iam dictos absolvit ab hominio quod ei fecerant in prima compositione. Insuper bona ipsorum, que tunc ecclesiis Coloniensi, Bremensi, Paderbornensi resignaverant et ipse postea ab eisdem in feodo tenuit, nunc in manus episcoporum resignavit, ut ab eo alienata in eorum usus liberrime redeant. Patrimonium etiam in Kappele et Bersemburgen, cuius proprietatem ei resignaverant in iudicio quod vrithinc dicitur et ab eo in feodo tenebant, nunc eis coram eodem iudicio resignavit, ut eodem iuris ordine, quo ad ipsum devenerat, ad ipsos cum omnibus suis attinentiis libere reveniret. Generaliter etiam omnia bona propria sive feodalia, quacunque iuris forma in illa priori compositione ad ipsum devenerant, ita simpliciter et precise ad ipsos redierunt, ut comes de Tekeneburg cum tota successione sua nichil de cetero iuris in ipsis vel suis attinentiis possit usurpare. Item mille marcas, quas de prima compositione comites de Ravensberg dare tenebantur, pro quibus etiam, quamdiu date non essent, in penam dilationis dare debebant annuatim centum marcas et decem, ipsis comes de Tekeneburg relaxavit, ut totalis summa pecunie et que pro pena iniuncta ad aliquot annos detenta erat eis dimitteretur, et predia Droleshagen, Baremen, Cappele, Bersemburgen, que ei titulo pignoris pro dicta pecunia obligata erant, totaliter absolvit et dimisit cum suis attinentiis. Preterea ut vera inter ipsos compositio et perhennis concordie et amicitie stabilitas permaneret, omnia instrumenta que comiti de Tekeneburg in prima compositione erant data, sive de hominio quo ei sepe dicti comites tenebantur, sive de proprietate, sive de feodo, sive de quacumque conditione inter eos facta, in manus ipsorum amicabiliter et corde sincerissimo resignavit, ipsis simpliciter renuntiando. E converso autem comites de Ravensberg comitem de Tekeneburg absolverunt a tribus milibus marcarum, que eis coram duce domino Engelberto, quondam Coloniense archiepiscopo, aliquando super dampnis ipsis ab eodem illatis querelantibus per sententiam sunt adiudicate. Preterea quecunque bona comitis de Tekeneburg comes Ot. de Ravensberg ab ecclesiis Traiectense, Paderbornense in malum eius receperat, resignavit eisdem per omnia renuntiando. Adiecerunt etiam comites de Ravensberg, quod, ubicunque sine honoris eorum detrimento fieri potest, comitem de Tekeneburg consilio et auxilio promovebunt et ei dilectionis constantiam et concordie stabilitatem quamdiu vixerint observabunt. Ut autem hec compositio secundum formam conscriptam maius robur obtineret, fidem manualem comes de Tekeneburg et comites de Ravensberg vicissim dederunt et receperunt, et ex utraque parte milites. Ex parte autem comitis de Tekeneburg: Conradus de Brohterbeke, Gozscalcus Buddo, Heinricus Buddo, Hermannus et Johannes fratres de Langen, Johannes Kiselinc, Bernhardus de Bramhornen, Hermannus de Lon, Heinricus de Renen, Thomas de Thetten, Johannes Blizscap, Conradus Scapesculdere. Ex parte comitum de Ravensberg: Herbordus de Spredowe, Johannes de Kappele, Alexander de Bekeseten, Bertrammus Sprik, Johannes de Thinclage, Herbordus Salendin, Meinfridus de Barchusen, Heinricus Snipel, Godescalcus de Lon, Sifridus de Brinke, Eggehardus dapifer. Preterea ut hec rata et inconvulsa permaneant, comes Ot. de Tekeneburg, comites de Ravensberg, comes Adolfus de Scowenburg, burgravius de Querenvorde, comites de Woldenberge Hermannus et Heinricus, comes Heinricus de Hoie et filius suus presenti pagine sigillorum suorum munimina addiderunt. Idem facient dux de Lymburg, dominus Bernardus de Lippia, dominus Ludolfus de Stenvorde inducti a domno comite de Tekeneburg. Si autem ipsos ad id inducere non potest, impossibilitatem suam iurabit. Testes huius rei sunt: domnus Bernhardus de Osethe, dominus Godescalcus de Lon, dominus Godescalcus de Thefholte, nobiles; dominus Gozwinus, dominus Gerhardus de Risenbeke, domnus Giso canonicus Osnaburgensis, domnus Reimboldus Bose, Gerhardus Cantemerle, clerici; Fredericus Sniphard, Hermannus de Lothere, Amelungus de Linen et frater suus Hermannus, et alii quamplures. Acta apud Glanthorp, anno incarnacionis Domini M⁰.CC⁰.XXXI⁰.

An unserer, dem domcapitularischen Archive zu Münster entstammenden Originalausfertigung hingen ursprünglich nur zwei Siegel, wovon das erstere, das Burgsiegel des Grafen von Tecklenburg, noch ziemlich gut erhalten ist.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 294.

*Bischof Wilbrand von Utrecht belehnt seinen Verwandten, den Grafen Otto von Ravensberg, mit den Leuten seiner Kirche, die sich in dessen Landen aufhalten. 1231 August 13. — Abschr. Msc. I, 1. p. 25; II, 2. p. 13; II, 77. p. 202; gedr. Kindl. Beitr. III. U. p. 167 u. Hörigkeit p. 267; Niesert U.-S. II. p. 386.*

Wilbrandus Dei gratia Traiectensis episcopus omnibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Postulavit a nobis dilectus gener noster vir nobilis comes Otto de Ravensberghe, ut lytones ecclesie nostre in terra ipsius commorantes, quamdiu ibidem manserint, in feodo sibi concedere dignaremur. Nos igitur attendentes dicti comitis obsequium nobis exhibitum et de cetero exhibendum, prefatos lytones, quamdiu ibi manserint, in iusto feodo ei concedimus de ministerialium nostrorum consilio et consensu. Ne autem super hiis questio possit oriri comiti memorato, presens scriptum ipsi in testimonium duximus concedendum. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°. tricesimo primo in die beati Ypoliti.

## 295.

*Ida, Äbtissin des Klosters Überwasser, überlässt dem Münster'schen Bürger Gerhard von Remen achtzehn Morgen Landes nach Schulzenrecht. 1231 Decemb. 20. — Or. Kl. Überwasser Urk. 22 [1]; Abschr. Msc. II, 13. p. 18; nach dem Orig. gedr. Niesert U.-S. II, 392; nach einer spätern Copie, Wilkens Münsters Umgebung p. 51.*

I(da) Dei gratia Monasteriensis abbatissa omnibus presens scriptum inspicientibus salutem in vero salutari. Quoniam frequenter ea que legitime fiunt propter diuturnitatem temporum a labili mortalium memoria solent aboleri, nisi scripture testimonio fultiantur, ea que a nobis rite acta sunt presenti pagine duximus annotanda. Sane noverint omnes Christi fideles, quod nos quosdam agros ecclesie nostre sitos prope ecclesiam sancti Mauricii, decem et octo videlicet iurnalia vel paulo amplius, Gerhardo de Remen civi Monasteriensi quoad vixerit villicationis nomine concessimus possidendos, Gertrudi vero uxori ipsius usufructum eorundem concessimus agrorum, tali tamen pacto et conditione apposita, ut ipse Gerhardus quoad vixerit annuam pensionem, scilicet quatuordecim modios salis minoris mensure Monasteriensis, in die nativitatis Beate Marie singulis annis ecclesie nostre de eisdem persolvat agris; hoc addito, quod si idem Gerardus sine prole, quam de prefata Gertrude generavit vel generabit, decesserit, idem agri libere nostre vacent ecclesie. Si autem pueros reliquerit de Gertrude natos, quamdiu aliquis illorum supervixerit, agri predicti nullo modo nostre vacare poterunt ecclesie. Senior vero puerorum ipsorum agros prefatos de manu domine abbatisse nostri cenobii recipiet et supradictam pensionem salis singulis annis die statuto persolvet, solutis tamen prius sex solidis Monasteriensis monete pro iure quod vulgo dicitur kurmedhe. Ille vero puer Gerardi si ad matrimonium convolaverit puerosque genuerit, senior ex ipsis, patre defuncto, patri in eodem iure et honere succedat; hoc etiam adiecto, quod iste secundus heres ius, quod habebat in agris supradictis, in morte sua in fratres suos vel sorores transfundere non potest, sed tantum in prolem. Si vero sine prole decesserit, abbatissa ecclesie sancte Marie, que tunc amministrabit pro tempore, liberam de eisdem agris disponendi habebit facultatem. Adiectum est preterea, quod quicunque fuerit ille heres, qui eosdem agros de manu domine abbatisse tenebit, fidelitatem faciet ecclesie nostre et abbatisse prestito corporaliter iuramento, nec ipsi agri inter plures personas debent dividi, sed semper unicus quicunque fuerit heres futurus, agros eosdem possidebit insolidum. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presens scriptum conscribi et tam sigilli nostri impressione, quam civitatis Monasteriensis fecimus

---

[1] Von dieser Urkunde ist ein Transsumpt v. J. 1342 im Besitz unseres Vereins.

communiri. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, tertio decimo kalendas Januarii. Huius rei testes sunt: Godefridus canonicus sancti Pauli, Everhardus plebanus sancte Marie, Bernardus plebanus sancti Lamberti; Heinricus de Lon senior, Hermannus incisor, Heinricus Alebrandinc, Gerhardus Stevenine, Bernardus de Bocholte et alii quam plures.

Das Siegel der Aebtissin ist verloren; das der Stadt Münster, und zwar das älteste welches wir kennen, hängt wohlerhalten an dunkelblauen leinenen Fäden. Es entspricht in seiner Zeichnung — Thürme und Mauern darstellend — ganz den spätern Siegeln der Stadt und führt die Umschrift: SIGILLVM CIVITATIS MONASTERIENSIS.

## 296.

*B. Ludolf bekundet, dass Friedrich von Warendorf ihm das Gothinc zu Warendorf innerhalb des Grabens resignirt, und er die Vogtei daselbst von drei Rittern erworben habe.* 1232. — *Abschrift aus dem Original Msc. II,* 25. *p.* 68; *II,* 10. *p.* 51; *gedruckt aus einer neuern Copie im Archive der Stadt Warendorf, Niesert U.-B. I, II, p.* 509.

L(udolfus) Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus hanc cartam inspecturis vel audituris salutem in Domino. Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore, poni solent in lingua testium et scripture memoria perennari. Ad universorum ergo notitiam cupimus pervenire, quod Fredericus miles de Warenthorpe cum consensu uxoris et heredum suorum iudicium suum infra fossatum Warenthorpe, in vulgari gothinc nuncupatum, quod de nobis tenuit, in manus nostras libere resignavit, et advocatiam suam, quam infra fossatum predictum de manu domini B(ernardi) de Lippia [1]) tenuit, tribus ministerialibus nostris A. dapifero, E. de Wernen et H. de Hakenezge militibus in feodo contulit. Qui eandem nomine ecclesie nostre receperunt, et deinde ipsi eam nobis et ecclesie nostre pro ducentis marcis perpetuo obligarunt, relicto tamen predicto F. omni iure, quod extra fossatum in eisdem, advocatia videlicet et iudicio, habere dinoscitur ex antiquo. Et nos in recompensationem facte resignationis et collationis, de consilio priorum nostrorum totiusque capituli, nobilium nec non ministerialium ecclesie, curtim nostram in Belen cum omni integritate et proventu, sine mansis attinentibus, iure feodali tamdiu eidem possidendam contulimus et habendam, quousque ipsi sive suis heredibus XC marce Monast. monete a nobis vel a successoribus nostris fuerint persolute; et tunc prememorata curtis ad manus nostras sine contradictione qualibet libera redibit. Prefati quoque milites in eo, quod in vulgari herewede nuncupatur, iam dicto F. suisque heredibus, si eos mori contigerit, non erunt adstricti. Nam idem a nobis obtinuit, quod si quem furem vel alium maleficum extra fossatum in advocatia sua vel alio iudicio suo deprendere contingeret, et obsequio iudicii careret, ipsum in opidum nostrum Warenthorpe ductum ad tempus aliquot dierum detineri faceret, et postmodum eum extra in iam dictis iudiciis suis nemine contradicente iudicaret. Preterea aream domus sue suorumque fratrum in Warenthorpe sitam ab omni exactione et quibuslibet vexationibus, quibus alie aree ad ius civile tenentur, de consensu ipsorum civium in Warenthorpe, in perpetuum libertavimus, et nundinas in festo Mathei extra fossatum perpetuo assignavimus eidem. Ut autem hoc factum firmum maneat et inconvulsum, presentem paginam exinde confectam sigilli nostri impressione volumus communiri. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XXXII°, presidente Romane sedi domino Gregorio papa VIIII°, regnante gloriosissimo Romanorum imperatore Frederico, pontificatus nostri anno VI. Testes huius rei sunt hii: Remboldus maior prepositus, G. maior decanus, Franco vicedominus, W. maior prepositus Osenb., B. cellerarius, Richardus, Ludolphus, Stephanus canonici Monast.; Hermannus de Lon, Otto de Horstmare, W. de Holte, B. F. et H. fratres de Meinhovele, Her. de Monasterio, G. de Beveren, borgravius et sui fratres de Reggehde et alii quam plures.

---

[1]) Die Edlen von Lippe hatten das „ius advocatiæ" über mehrere fürstbischöfliche Kammergüter.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 297.

*Ida, Äbtissin von Überwasser, verpachtet den Hof Rosenthal* [1]. 1232. — *Or. Kl. Überwasser U.* 23; *gedruckt Niesert U.-S. II*, 396.

Ida Dei gratia Monasteriensis abbatissa omnibus etc. Eapropter omnibus presens scriptum inspicientibus volumus innotescere, quod nos quandam aream ecclesie nostre, Rosendale, cum prato adiacenti, Wecelino et Hathewigi uxori ipsius, nomine villicationis, quoadusque ipsi vixerint, concessimus possidendam, eo tamen pacto et conditione apposita, ut ipsi singulis annis nobis et ecclesie nostre annuam pensionem, scilicet XIII solidos Monasteriensis monete, temporibus certis et statutis de eadem area et prato persolvant; VII videlicet solidos in festo Michaelis, reliquos sex solidos in pascha. Si vero ipsi pensionem debitam temporibus statutis persolvere neglexerint, trina ammonitione premissa, cadant ab omni iure quod habebant, vel habere videbantur in eadem area et prato adiacenti; ipsi vero de edificiis superedificatis, que Bernardus pater ipsius Wecelini a conventu ecclesie nostre V marcis quandoque comparavit, pro sua voluntate ordinent et disponant, et ipsa area et pratum libere nobis et nostre vacent ecclesie. Hoc etiam fuit adiectum, ut si ipsi a tali villicatione et pensione recedere et edificia sua voluerint distrahere, prius nobis et ecclesie nostre ipsa edificia pro competenti pretio offerrent comparanda. Preterea fuit adiectum, quod post mortem ipsorum, sive liberos vel heredes reliquerint sive non, ipsa area cum prato adiacenti libere ad nostram redibit ecclesiam, nec aliquis de liberis vel heredibus ipsorum aliquid iuris in eadem area et prato sibi vendicabit vel vendicare poterit. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presens scriptum conscribi, et tam sigillo ecclesie nostre, quam civitatis Monasteriensis fecimus muniri. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M°. CC°. XXXII°. Huius rei testes sunt: Everhardus plebanus sancte Marie, Godefridus canonicus sancti Pauli, Arnoldus sacerdos; Godefridus villicus, Winemarus de Ahus, Adolfus de Wic, Suetherus de Bovinclo, Bernardus de Bocholte, Wecelus super Campo, Cesarius Hofrocge, Gerbodo, Johannes Helmordinc, Hinricus de Offerhus, Bertrammus super Campo, Johannes de Greven, Bertrammus de Borc, Gerlagus Sigebodinc, Bernardus filius domine Stephanie, Mengerus, Menardus de Warendorpe, Ludolfus pistor maritus filie sue, Arnoldus de Linge et Cristianus fratres, Hermannus Eppinc, Johannes Eppinc, Hermannus Hathewerkinc, Lutbertus domicellus, Hartlevus carnifex; Nicolaus Gast, Thidericus telonearius, Thidericus et Johannes fratres de Lon, Hermannus de Molendino, Everhardus Eppinc, Otbertus parvus, Wilhelmus de Sconenbecke.

**Das Siegel der Stadt hing an rothseidenen, das des Klosters an grünseidenen Fäden. Nur von dem ersteren sind einige Bruchstücke erhalten.**

## 298.

*Bischof Ludolf ertheilt* 1232 *September* 18 *die Priesterweihe zu Bedum in Friesland. — Emonis chron. ap. Matth. II*, 93.

---

[1] **In Münster selbst unweit des Klosters Ueberwasser gelegen. Auf diesem Grunde wurde später das Beguinen-Kloster Rosenthal gegründet.**

## 299.

** B. Ludolf bestätigt eine schiedsrichterliche Entscheidung in Betreff der zwischen dem Propste und dem Decan zu St. Mauriz streitigen Verleihung der Kirche zu Enniger.* 1232. — *Abschr. Msc. I,* 69. *f.* 197; *hieraus III,* 37 *u. IV,* 3. *p.* 7.

Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus in perpetuum etc. Causa que vertebatur inter Erdacum sancti Mauritii prepositum ex una parte et Engelbertum eiusdem ecclesie decanum ex altera super ecclesia Enenghere tunc vacante, quam Engelbertus decanus ratione decanie petebat ex donatione Hermanni quondam sancti Mauritii prepositi eidem decanie annexam, per hos arbitros, videlicet Hinricum Frisie prepositum et magistrum Albertum, Ludolfum de Beveren et Hermannum de Dydynchove canonicos Monasterienses, presente sancti Mauritii capitulo et consentiente in hunc modum amicabiliter est sopita: Erdacus sancti Mauritii prepositus ecclesiam vacantem ista tantum vice cui vult conferet, ita tamen, quod persona ecclesie unam marcam Monasteriensis monete die Martini Engelberto decano et suis successoribus annuatim inde persolvet. Persona vero ecclesie memorate decedente, predicta ecclesia cum omni usu et utilitate decano iam dicto suisque successoribus debet in perpetuum deservire, quam Engelbertns decanus et sui successores de manu Erdaci prepositi et suorum successorum recipient, et idem prepositus et sui successores Engelberto decano et suis successoribus eam sine qualibet contradictione conferre debent. Nos igitur hoc arbitrium, prout provide ac rationabiliter est factum, auctoritate nostra confirmamus, donationem ecclesie iam dicte ratam habentes. Acta sunt anno gratie millesimo ducentesimo tricesimo secundo, pontificatus nostri anno septimo.

## 300.

*L(udolf), Bischof von Münster, R(embold), Dompropst, und G(odfried), Domdechant daselbst, bestätigen dem Kloster Marienfeld die Pfarrkirche zu Harsewinkel, welche der Bischof Hermann II. zugleich mit dem Archidiaconate demselben verliehen hatte, indem der Bischof zugleich die vom Abte von Hardehausen als päpstlichem Visitator getroffene Bestimmung gutheisst, wonach die Einkünfte der genannten Kirche zum Nutzen der Armen und Kranken verwendet werden sollen.* — Datum a. gracie MCCXXXII. VIII. Idus Novem. (6. November), in facie ecclesie nostre. — *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 8; *hieraus copirt Msc. II,* 43. *p.* 132; *gedr. v. Ledebur Archiv IV. p.* 229.

## 301.

** B. Ludolf eignet dem Kl. Kappenberg einen Zehnten in Hassel zu.* 1233. — *Abschr. aus dem Orig. Msc. II,* 45. *p.* 48.

Ludolphus Dei gratia Monasteriensis episcopus . . Notum facimus . . quod Bernardus de Meinhuvele et Herimannus frater suus cum uxore sua Aleide, de consensu coheredum, decimam in Hasle, quam de domino Johanne de Ahus tenebant in feodo, in manus eius resignaverunt; domum vero, quę Tuenhusen dicitur, quam iure proprietatis possidere videbantur, iam dicto Johanni conferentes eam ab ipso in recompensatione decimę iure feodali receperunt. Hiis igitur rite coram nobis celebratis dominus Johannes de Ahus sepe iam dictam decimam, quia eam de manu nostra tenebat in feodo, nobis resignavit; Bernardus vero et Herimannus cum uxore Aleide et fratre ipsorum Friderico nos instanter rogaverunt, ut iam sepe dictam decimam in Hasle ecclesie Kapenbergensi conferremus. Nos igitur . . . . . . . decimam in Haslen, que ad nos iure defluxit, beatę Marię sanctoque Johanni apostolo patronis in Capenberg in manus dilectorum nostrorum Hugonis prepositi, Bernardi cellerarii, ad usus fratrum ibidem Deo servientium eodem iure

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

et ea integritate, qua eam predicti fratres de Meinhuvele possidebant, scilicet cum collectione manipulorum, minutam decimam contulimus perpetuo possidenda . . . . subnotatis testibus quorum hec sunt nomina: Willehelmus maior prepositus, Arnoldus capellanus, Bernhardus notarius; nobiles Ludolphus de Stenvorde, Johannes de Ahus, Godefridus de (Gem)en; Lubertus de Beveren, Herimannus Munstermann, Theimo iudex, Arnoldus clericus, Herimannus de Mase, Herimannus et Alexander fratres de Burch, Godescalcus Hasenbalch, Wernerus de Hubbincdorp et alii quam plures. Actum anno Domini M°. CC°. XXXIII°., epacta VIIa, indictione VIa, concurrente VIa, pontificatus nostri anno VII°.

## 302.

* *B. Ludolf überträgt dem St. Aegidii-Kloster zu Münster die ihm zu diesem Zweck resignirten Zehnten von sechs Häusern.* 1233. — *Orig. Kl. Aegidi U.* 21; *Abschr. Msc. I,* 81. *p.* 298.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus, Dei gratia Monasteriensis episcopus, cenobio sancti Egidii in Monasterio in perpetuum. Notum sit Christi fidelibus universis presentem paginam inspecturis, quod nos ad preces Gerwini militis cognomine Vuncke decimam sex domorum in parrochia Wernen, quam idem de manu nostra tenebat in feodo, cum consensu uxoris et heredum suorum in manu nostra resignatam, de consilio prelatorum et ministerialium ecclesie nostre sentencia, cenobio sancti Egidii in Monasterio contulimus iure perpetuo possidendam. Et eandem magister Arnoldus predicti cenobii prepositus de manu nostra nomine venerabilis abbatisse Syradis et sui conventus recepit, sub hac forma annuatim de singulis sex domibus colligendam: de domo Arnoldi militis, qui dicitur Clericus, in Luna III modios ordei et dimidium, avene autem VIII° modios et dimidium, cum minori decima que dicitur afhoster; de domo Suetheri militis in Varenhuvele II solidos denariorum; de domo Brunonis Curvi in Lenclere que dicitur Ubbesbom IIII denarios; de domo in Langeren cuius dominus dicitur Bever VI denarios et minutam decimam; de domo Ludolfi de Wernen in Holthusen VIII° denarios; item in Holthusen de altera domo Ludolfi X denarios et minutam decimam. Ut autem hec paterne nostre liberalitatis donatio predicto cenobio rata et inconvulsa permaneat, presentem paginam facti nostri testimonialem conscribi fecimus et sigilli nostri impressione muniri, auctoritate Dei omnipotentis et nostra excommunicantes omnem, qui ausu temerario contra hoc tam rationabile auctoritatis nostre factum venire presumpserit. Actum anno gratie M°. CC°. XXXIII°. Testes huius rei sunt: Burchardus Lesbernensis abbas, Hinricus plebanus in Bekehem cum sociis suis sacerdotibus, Bernhardus notarius episcopi; burchgravius de Stromberge, Fredericus de Meinhuvele, Albertus dapifer, Albertus de Walenhorst, Everhardus de Wernen, Johannes camerarius et alii quam plures.

An rothseidenen Schnüren hängt das wohlerhaltene Siegel des Bischofs.

## 303.

* *B. Ludolf bekundet einen zwischen dem Dechanten und dem Custos (Thesaurar) der St. Ludgerikirche zu Münster wegen der Kirche in Hiltrup abgeschlossenen Vergleich.* 1233. *December* 13. *Münster.* — *Abschr. Msc. I,* 70. *p.* 18, *hieraus copirt II,* 13. *p.* 91; *IV,* 3. *p.* 156.

In nomine Domini Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus in perpetuum. Noverint universi, quod cum questio verteretur de ecclesia in Hiltorpe inter Bertoldum decanum sancti Ludgeri ex una parte et Arnoldum eiusdem ecclesie custodem ex altera, ipso A. asserente quod ecclesia in Hiltorpe annexa esset custodie sue, tandem iam dictus B. decanus tam a nobis quam ab aliis commonitus coram nobis recognovit, quod iam dicta ecclesia in Hiltorpe annexa esset custodie sancti Ludgeri. Quare idem Bertoldus omne ius quod habere credebatur in ipsa in manus nostras de facto resignavit. Nos igitur eam iam dicto Arnoldo custodi libere assignavimus, expressius declarantes, quod ecclesia in Hiltorpe cu-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

stodie sancti Ludgeri in perpetuum sit annexa. Ad huius igitur recognicionis et declaracionis perpetuandam memoriam, presentem paginam exinde conscriptam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec Monasterii anno dominice incarnationis MCCXXXIII. Idus Decembr., pontificatus nostri anno V°. [1]), coram honestis et probate fidei viris, quorum nomina sunt hec: Godefridus decanus Monasteriensis, Wilhelmus prepositus Osnaburgensis, frater noster, Olricus decanus sancti Martini, magister Richardus, magister Bernhardus canonicus Monasteriensis, Arnoldus decanus sancti Pauli et alii quam plures.

## 304.

** B. Ludolf bestätigt die Stiftung einer neuen Präbende an dem St. Martini-Stifte zu Münster aus den Einkünften eines zu dem Behuf geschenkten Hauses.* 1233. — *Abschr. Msc. I,* 71. *p.* 5; *hieraus IV,* 4. *p.* 170; *IV,* 13. *p.* 30.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Quare ad noticiam tam presentium quam futurorum Christi fidelium venire desideramus, quod Bernhardus sacerdos de Albratteslo proprietatem piralis [2]) cimiterio sancti Lamberti adiacentis, ob spem eterne remunerationis, ad honorem Dei et sancte Marie, pro parentum et suorum remissione peccaminum, sancto Martino ad firmandum in ecclesia sua divinum obsequium, ut personarum ibidem Deo deservientium numerus augmentetur, prebenda sacerdotis perpetuo ibidem deservientis de redditibus eiusdem vel qui possint inde comparari instituatur, bene compos sui cum bona deliberatione, ut firmius et sanius suum factum videretur, hiis cum libera contulit donatione. Ipsum primo coram multis in ecclesia sancti Martini offerens super altare, coram nobis presentibus multis idipsum confirmavit; hoc tamen adiecto, quod prefatus Bernhardus de predicto pirali secundum sue voluntatis ordinationem sex marchas Monasteriensium denariorum, si voluerit, recipere valebit. etc. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXXIII., indictione VI., presidente Romane sedi Gregorio papa, regnante imperatore Frederico et semper augusto, pontificatus nostri anno VIII., viris ydoneis presentibus, clericis quorum nomina sunt hec: Wilhelmus maior in Osenbrugge prepositus, Fredericus decanus in Vrechenhorst Monasteriensis canonicus, Bernhardus de Alen, Bruningus, sancti Pauli canonici; Heinricus Speculum vicarius, Arnoldus sancti Ludgeri custos, Bernhardus episcopi scriptor, Olricus decanus, Lutbertus custos, Mathias scolasticus, Albertus, Godescalcus, Vicboldus canonici sancti Martini; laici: Bernhardus, Ludolfus milites de Asbeke, Albertus dapifer, Godefridus villicus episcopi, Wescelus de Campo, Bruno de Walsteden, Crachto miles, Thimo de Stocheim, Johannes et Hermannus de Greven.

## 305.

** Erlass des Bischofs Ludolf von Münster und der Äbte von Hardehausen und Marienfeld als päpstlicher Visitatoren des Klosters Borghorst.* 1233. — *Abschr. Msc. II,* 12. *p.* 71.

Anno gracie millesimo ducentesimo trigesimo tertio, episcopo Monasteriensi Ludolfo de Holte et abbatibus Hersuithehusensi et campi sancte Marie auctoritate Romani pontificis [3]) visitantibus in Burghorst, statutum est: 1) Ut abbatissa nullo die sine divino sit officio et unam de sororibus habeat secum, que ipsam

[1]) So im Copiar statt: „VIII°."

[2]) Der Schreiber des Copiars erklärt dies Wort durch „vurstede" d. i. Feuerstätte.

[3]) In demselben Jahre, Januar 19, gebot Papst Gregor IX. dem Bischof von Münster, die Bischöfe von Razeburg, Minden und Lübeck in ihren Kreuzpredigten gegen die Stedinger zu unterstützen. Boehmer R. J. 1198—1254 p. 338.

iuvet in horis diurnis. Rogamus autem abbatissam, ut talem capellanum sibi assumat, qui inter ipsam et conventum iurgia non seminet. 2) Item precipimus eidem ut prebendam debitam expedite solvat, nuntium suum cum earum nuntio ad recipiendos redditus debitos mittat. 3) Item si protestati fuerint propter tenuitatem rerum pensiones non esse in bonis, coram vobis hoc iurabunt; si non iuraverint, abbatissa cesset ab administratione, nec fructus aliquos ipsa percipiet coacta per sacramentum, quod prestitit, donec requirat. 4) Item precipimus eidem, ut pensiones debitas dominabus, quas tempore statuto eisdem non persolvit, sine aliqua hesitatione ipsis restituat; alioquin durius contra ipsam agemus. 5. Item precipimus, ut d. Anselmus confessiones dominarum recipiat, qui etiam cum suo collega Rotardo sacerdote, rogatus a quocunque parochiano d. Joannis sacerdotis, speciales missas celebrare potest et memorias agere eorum, quorum[1]) corpora hic non sunt tumulata. 6) Item statuimus, quod sigillum ecclesie in communi cista servetur nec aliquid eo sigillabitur, nisi fiat de communi consilio et abbatisse. 7) Item precipimus, quod domine post completorium confabulationes notabiles cum secularibus non habeant; omnes simul in dormitorio dormiant, nulla deerit, nisi minuta[2]) vel infirma. Semel in hebdomada deessendi licentiam decana dare potest, sepius autem abbatissa. Quecunque autem defuerit sine licentia abbatisse sepius, admonita semel et secundo, si non emendaverit, privetur per suspensionem beneficii sui. Egrediendi licentiam ad octo dies decana dare poterit, prolixiori tempore abbatissa, ubi necessitas fuerit in causa vel utilitas, quam licentiam nequaquam malitiose negabit. 8) Inhibemus generaliter omnibus tam abbatisse quam dominabus vestes nugales[3]), pepla colorata ac deinceps omnia ornamenta pectoralia. Contra quam prohibitionem, siqua in oratorium cum huiusmodi deformitatibus processerit, precipimus sacerdoti tunc celebraturo, ut ipsa presente divinum officium non exequatur. 9) De Joanne sacerdote, qui magnam perturbationem in ecclesia ista suscitavit, statuimus auctoritate domini pape, ut si aliquam de dominarum conventu isto cognoverit carnali commercio vel in domum suam receperit, ipso facto se privatum sciat beneficio suo et officio. Et si postea celebrare presumpserit, velut irregularem ad curiam Romanam ipsum transmittemus. Hoc statuimus de ipso, si per aliquas circumlocutiones confessiones prodiderit, eandem penam ipsum subiturum. Precipimus etiam ipsi districte, ne aliquando contumeliosa verba vel irrisoria quasi in causa auserit dominabus irrogare, ne ipsarum contumeliam ulcisci compellamur; quod et indubitate faciemus. 10) Item statuimus, ut prebenda non detur, nisi presentes sint Anselmus et Rotharius. Precipimus eidem Rothario, ut eam, quam abiuraverat, vitet. 11) Item ille due, que per verba et verbera peccarunt, eam satisfactionem exequantur, que etiam publice recitata fuit; vel que per verba peccavit, quinque sextas ferias sit in aqua et pane; altera, que per verbera, secundum claustralem disciplinam. Ille quoque que in irritum fecerunt votum, sicut statuimus eis, faciant. 12) Item precipimus puellas non recipi nisi a septem annis et supra. 13) Item inhibemus districte, ne secularis femina gravida ad parturiendum intra immunitatem recipiatur. 14) Item statuimus, quod Joannes sacerdos plebanus statim post primam canonicorum missam celebrare procuret. De Joanne sacerdote precedentibus articulis hoc adicimus, quod proinde data in manus nostras (fide) promisit cuncta servaturum. Qui si deinceps recidaverit, nullam a nobis accipiet dispensationem eo quod pridem sacramentum violaverit. 15) Item statuimus, ut quecunque abbatisse contumeliosa verba irrogaverit, veniam coram ipsa petat, quoties illa capitulum intraverit. 16) Item districtissime inhibemus, ne Johannes sacerdos ligna et silvulam conventus pro libitu suo succidat, cui nihil conceditur, nisi ut aliis, ad solam necessitatem. Qui si super hoc coram nobis accusatus fuerit, indubitanter ipsum gravabimus. 17) Sciendum autem, quod tribus septimanis Cunegundis claustralem disciplinam exequatur. 18) Item statuimus, quod sacerdotes Joannis plebani in solemnitatibus ecclesie in Borghorst et presente defuncto[4]) non celebrent suas missas nisi lecto evangelio. 19) Literas ipsas precipimus servari in communi oratorio et ter in anno in conventus capitulo recitari. 20) Et districte precipimus ut nobis significetur, quis vel que huic mandato contrarius existat.

---

[1]) „tum quorum“ die Abschrift. — [2]) Die zur Ader gelassen ist. — [3]) So vermuthe ich; „rugales“ die Abschrift. — [4]) Wohl statt „presente funere.“

## 306.

** B. Ludolf bekundet den Ankauf eines bei Gimte gelegenen Hauses durch das Kl. Langenhorst.* 1233. — *Orig. im Fürstl. Salm-Horstmarschen Archive.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludulfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Futuris malis quia cautum est obviare et providum venienti occurrere morbo, idcirco tam posteris quam presentibus notum esse volumus et manifestum, quod Arnoldus et Burgardus frater suus, ecclesie nostre ministeriales, domunculam quandam, quam a nobis tenuerunt, solventem XV modios siliginis cum area et agris ad ipsam pertinentibus, sitam iuxta curiam que dicitur Gimmithe, cenobio in Langenhorst cum heredum suorum pleno consensu vendiderunt pro sex marcis Monasteriensis monete, quas eiusdem cenobii sorores totaliter eis persolverunt. Nos igitur divine pietatis intuitu, ad devotas ipsarum preces, pro remedio anime nostre et animarum predecessorum et successorum, eandem liberam prefato cenobio reliquimus, illud firmiter statuentes ad peticionem Hernesti prioris, qui tunc temporis erat, ut dimidietas pensionis illius domus cedat ad usum custodie ad emendum ceram ad servicium Dei, alia dimidietas pensionis ad consolationem dominarum, quod predictus prior huius emptionis auctor fuit; illud quoque adicientes, ne advocatus aliquis quicquam iuris in ipsa sibi vendicare presumat, quia sub nostra et successorum nostrorum defensione illam consistere volumus in perpetuum. Ut autem dicto cenobio rata permaneat hec emptio et irrefragabilem nostra vigorem obtineat constitutio, pagine presenti robur et munimen nostri sigilli apposuimus. Et nequis in contrarium unquam presumpserit, divine ultionis gladium in eum vibramus, et ut in die furoris Domini celum et terra contra eum consurgat, iusti iudicis executioni commendamus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis [1]) M°.CC°.XXX°.III., pontificatus nostri anno III°.[2]) Hii sunt testes: abbas de Herswidehus, abbas de campo sancte Marie; canonici maioris ecclesie: Franco vicedomnus, Gerlag, Stephanus, Richardus; ministeriales: Bernardus de Meinhuvelt, Winemarus de Ahus, Bernardus Swartwalt, Theodericus de Hameren, Godescalcus de Hec et quam plures alii.

Das Siegel ist zerstört.

## 307.

*Bischof Ludolf bekundet das Eingeständniss des Edlen Otto von Horstmar, dass er von dem Kloster Varlar aus freiem Entschlusse zu dessen Vogt erwählt worden sei, ohne irgend einen Anspruch auf diese Würde zu haben.* 1233. — *Abschr. des* 16. *Jahrh. Fr. Münster U.* 6[b]; *neuere Copie Msc. II,* 11. *p.* 57; *aus einer andern neuern Abschr. gedr. Niesert U. B. I, I,* 370.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Ludolphus Monasteriensis ecclesie episcopus etc. notum facimus tam futuris quam presentibus, quod Otto de Horstmare vir nobilis coram nobis et tota ecclesia nostra, presentibus testibus subscriptis, solemniter ac publice protestatus est, quod post mortem Bernhardi de Horstmare patrui sui ecclesia in Varlare, cum liberam haberet facultatem eligendi sibi quem vellet advocatum, sicut ecclesie continet privilegium, ipso petente, cum ius non haberet, bona fide et spe ipsum assumpsit in advocatum, salvo iure suo secundum ecclesie sue privilegium. Cum igitur omnis exactio ultra debitum servitium sit iniusta, propter abundantem cautelam imposterum idem Otto protestatus est, quod nec in adversis neque in prosperis, nec propter ecclesie causam vel necessitatem propriam aliquid iuris habuerit vel habere debeat aut possit faciendi exactionem in familias et bona Varlarensis ecclesie, vel aliquid agendi contra libertates a domino papa et Egberto Monasteriensi episcopo eidem ecclesie in-

[1]) „Domini" fügt die Urkunde noch hinzu. — [2]) Wohl statt „VIII".

dultas. Preterea ne per oblivionem vel negligentiam omitteretur aliquid eorum, que possunt facere aut conservare libertatem ecclesie, consilio nostro idem Otto protestatione propria solemniter resignavit, siquid iuris sibi usurpare posset ad faciendum exactiones pecunie vel insoliti servitii in familias et bona predicte ecclesie. Ecclesia igitur unanimi consensu, absoluta libertate et proprio arbitrio iam dicto Ottoni quinquaginta marcas dedit, ne contra ea que in presenti pagina scripta sunt aliquo pacto venire presumat, ut ecclesiam fortius et fidelius defendat, et ne ullo modo ipsam in suis libertatibus perturbare attemptet. Prohibemus itaque authoritate Dei omnipotentis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et domini pape Gregorii et nostra sub anathematis vinculo, nequis advocatus, presens vel futurus, aut aliquis hominum presumat Varlarensem ecclesiam in suis disturbare libertatibus; siquis autem fecerit excommunicationis sententie sciat se subiacere, et offensam omnipotentis Dei incurrisse. Ut igitur hec rata et irrefragabiliter firma permaneant, presentem paginam cum dicti Ottonis consensu conscribi et sigillo nostro et sigillis maioris ecclesie et aliorum prelatorum fecimus muniri. Testes huius rei sunt: Remboldus maior prepositus, Ludgerus Claholtensis prepositus, maioris ecclesie canonici: Wenemarus scholasticus, Bernhardus celerarius, Ludolphus de Beveren, Fredericus decanus de Freckenhorst, Gerlachus de Diggede, Richardus, Albertus capellanus, Johannes Werence; Lubertus sancti Martini canonicus, Bernhardus sancti Lamberti plebanus, Henricus Speculum; Conradus nobilis burchgravius in Stromberg; ministeriales Henricus de Capelle, Gerhardus et Bernhardus fratres de Witherten, Winemarus, Hermannus de Fuchtorp, Rudolphus de Asbeck, Amelungus, Godfridus, Henricus de Lon, Godfridus de Hagen, Suetherus de Varnhuvele, Gerhardus de Heppinchove, Henricus de Ekenrote, Macharius de Caminata, Lambertus iudex in Cosfelde, Hermannus de Sindene, et alii quam plures. Acta sunt hec anno incarnationis Domini M⁰.CC⁰.XXXIII⁰., indictione sexta, presidente in sede apostolica venerabilis memorie domino Gregorio, regnante Frederico imperatore glorioso.

## 308.

* *B. Ludolf vergleicht einen Streit zwischen dem St. Maurizstifte*[1] *bei Münster und dem Kloster Marienfeld wegen gewisser Zehnten.* 1233. — *Orig. Kl. Marienfeld U.* 76; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 70.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Cum itaque inter ecclesiam sancti Mauricii et cenobium campi beate Marie Cysterciensis ordinis verteretur causa diutius, ad cuius decisionem sepenumero invitati sumus, tandem autore Deo, datis hinc inde arbitris, quod in contradictione positum fuerat ita sopitum est et conplanatum, ut minutam decimam domus in Ostenvelde et II$^{os}$ solidos annuatim pro redemptione manipulorum ecclesia sancti Mauricii percipiat, acceptatis nichilominus et acceptis VI marcis denariorum a fratribus prefati cenobii, videlicet in restaurum dampni quod Conradus de Brochterbeke occasione decime in Thetten dicitur intulisse. Que tamen decima si tandem ad manum claustri redierit, reddetur claustro pecunie istius medietas, id est tres marce, ac deinceps antiqua de Ostenvelde atque Thetten ordinatio stabit iugiter inter ecclesias memoratas. Preterea canonici sancti Mauricii quinque duntaxat solidis contenti erunt accipiendis annuatim de totali curia in Vorne, quam impetierant ratione seu nomine cuiusdam decime, quam eis pars adversa minime recognovit. Quam utique actionem, sive quod vulgo dicitur ansprake, quia lites odiose sunt, tulimus de medio salva pensione quinque solidorum iam dicta et insuper una marca quam specialiter capitulum sancti Mauricii sic accepit, ut in huius rei testimonium sui appensionem sigilli preberet. Quapropter ut eadem compositionis forma de nostro et arbitrorum consilio diligenter pertractata negligenter non transeat, pagina precavere curavimus

[1]) Die Canoniker von St. Mauriz bekundeten auch ihrerseits den abgeschlossenen Vergleich in einer nicht datirten Urkunde: Orig. Kl. Marienfeld. U. 10.

sigillata. Testes autem sunt: Godefridus maioris ecclesie decanus, Willelmus frater noster maior in Osnaburg prepositus, Fredericus decanus de Vrekenhorst, Engelbertus sancti Mauricii decanus, Thetmarus scolasticus, Conradus de Stenvorde, Everhardus, Lambertus, Jordanis, Engelbertus eiusdem ecclesie canonici; item Lutbertus de Beveren ministerialis, Bertoldus advocatus, Suetherus miles, Egbertus aurifaber et alii plures. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XXXIII°., indictione $VI_a$ feliciter.

Die beiden wohlerhaltenen Siegel des Bischofs und des St. Maurizstiftes hängen an dicken, aus Wollen- und Leinenfäden zusammengedrehten Schnüren.

## 309.

*Die Edlen von Diepholz übertragen dem Kl. Marienfeld ein Haus in Merle, mit dem Conrad von Brochterbeck bisher belehnt war.* 1233. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 78; *gedr. Kindlinger Beitr. III. U.* 170.

In nomine Domini. Amen. A voce litterarum ac testium trahunt negotia firmamentum. Notum itaque sit modernis et posteris, quod ego Johannes et ego Cono fratres nobiles de Thefholte proprietatem domus nostre in Merle, quam a nobis dominus Conradus de Brochterbeke in feodo tenuerat, acceptatis marcis duabus et acceptis, contulimus ecclesie campi beate Marie de consensu ac beneplacito tutorum nostrorum, videlicet Rodolfi et Godescalci nobilium, collaudantibus quoque Heinrico de Veltberg et Heinrico de Brochus sororiis nostris nostrisque heredibus universis, qui pariter nobiscum in castro Thefholte coram Gerlago forti de Ek et castellanis domum prelibatam resignavere; quam dominus Wernerus prior ad manum claustri suscepit. Quod factum ad bancos scabinorum in loco qui dicitur Huthe sub regio banno stabilitum est, ubi intuitu parentum nostrorum, quos ecclesia prefata in fraternitatem assumpsit, iterato domum collatam resignavimus, Hildeboldo presidente huiusque rei firmitatem sententialiter exequente. Testes itaque sunt Herimannus de Aspelecampe, Gerardus de Visle, Gerlagus de Ek, Hertgerus de Quernhem, Heinricus de Quernhem, Giselbertus, Thedoldus de Quernhem, Woltherus de Broke, Arnoldus, Alwardus et alii plures. Quia sigillum non habuimus, sigillo tutorum usi sumus. Actum a. M°.CC°.XXXIII°.

An einem Pergamentstreifen hängt ein herzförmiges, in gelbem Wachs abgedrucktes Siegel mit der Umschrift: SIGL. FRA. RODOLFI ET GODESCALCI THEFHOL. Dasselbe ist durch einen Querbalken getheilt und enthält über demselben einen schreitenden Löwen, unterhalb aber drei im Dreieck gestellte Ecksteine.

## 310.

* *Ritter Conrad von Brochterbeck, in die Bruderschaft des Klosters Marienfeld aufgenommen, stiftet daselbst eine Familienmemorie und macht verschiedene Schenkungen.* 1233. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 77.

In nomine Domini. Rodolfus campi beate Marie dictus abbas omnibus quibus hoc scriptum innotuerit in perpetuum. Contemplatur prudens vite sue novissimum et peccare desistit in eternum. Huius itaque ductu contemplationis Conradus miles de Brochterbeke, postquam se ordini nostro familiarem fecisset interventu fraternitatis plene [1]) quam humiliter apud nos obtinuerat, quid spei quidve devotionis in secretario, cordis habuerit declarare gestiens, altare sancte crucis suis construi fecit impensis, calicem, indumenta, purpuram provide superaddendo, necnon et luminare ipse una cum Alheide uxore sua de duobus mansis tam ad missas altaris eiusdem, quam etiam ad crucem per singulas noctes iugiter deputando, datis nichilominus sex solidis ad ipsius crucis ornatum. Insuper ob perpetuam carorum sui memoriam, quorum nomina katalogus fidelium nostrorum asscripta retinet, X assignavit marcas ad comparanda videlicet bona,

---

[1]) Nämlich: „plenæ".

que cedant specialiter ad consolationem conventus in recursu anniversarii, hoc est in cathedra Petri, ita quod panis triticeus, potus melior piscesque, salva tamen consueta fratrum pitantia, die ministrentur eodem. Que inquam consolatio ne tenuiter aut semiplene fieret, prefatus Conradus de consensu filii sui Conradi militis domum suam in Merle pro supplemento consolationis adiecit, eandem sue devotionis hostiam tali utique pacto commendans, ut nullatenus nobis liceat mansum hunc piscatorium distrahere aut quomodolibet ab ecclesia nostra alienare. Quod inquam etiam nos in virtute obedientie servari precipientes, paginam presentem tam nostro quam comitis de Tekeneburg et ipsius Conradi confratris nostri fecimus communiri sigillis. Testes autem sunt: Wernerus prior, Godefridus cantor, Wicboldus magister novitiorum, Theodericus supprior, Albertus cellararius, Godefridus custos, Jacobus portarius, Godefridus infirmarius et fratres universi. Datum est hoc memoriale anno gratie millesimo ducentesimo tricesimo tercio. Feliciter.

**Von den früher an der Urkunde befestigten drei Siegeln ist nur das erste, das des Abtes, erhalten.**

## 311.

* *Rotger von Givetenhorst entsagt seinen Ansprüchen auf das dem Kl. Marienfeld zugehörige Haus Northorn.* 1233. — *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 159ᵃ.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Conradus divina favente clementia Osnabrugensis ecclesie episcopus etc. Noverint ergo tam futuri quam presentes, quod cum Rotcherus de Givetenhorst in domo Northorne pertinente cenobio campi sancte Marie ius sibi iniuste vindicare cepisset, tandem acceptata et accepta una marca, ipse pariter cum filiis suis videlicet Wigando et Gerhardo actionem suam, que vulgo dicitur ansprake, coram nobis in facie ecclesie nostre funditus resignavit, primo inquam Osnabrug cum filio maiore, postmodo vero Widenbrug cum filio iuniore, anno gracie M°.CC°.XXXIII°. Testes autem sunt: Wilhelmus maior prepositus, Bruno canonicus, Johannes de Kelveren, Thomas de Holtseten, Hermannus de Glosinchem, Gerhardus Sasse, Everhardus de Westerhusen et alii quam plures tam clerici quam laici boni testimonii, Osnabrug in domo nostra et Widenbrug in atrio ecclesie tunc astantes.

## 312.

* *Dem Kloster Marienfeld werden gewisse früher freie Güter als Lehen übergeben.* (1233—1265 [1]). — *Or. Kl. Marienfeld U.* 72.

In nomine Domini. Amen etc. Sciant igitur presentes ac posteri, quod ego Hermannus cognomento Michael proprietatem quorundam agrorum, partim sacionalium, partim pascualium, quos videlicet ex paterna successione iure proprietatis quiete semper et libere usque ad finem vite possederam, consentiente uxore mea et liberis, contuli cenobio campi sancte Marie, hac scilicet condicione, ut eandem proprietatem heredes mei feodali iure ab ecclesia percipiant memorata. Sunt autem hec agrorum nomina, uti vulgariter appellantur: Ostesch VI agri, Overwaterinc VI agri, Givetenroth longus ager, I brede, III agri, iuxta tiliam I ager, item iuxta domum meam magnus ager, Huttinchus V agri, Westvelt I brede, Stercamp II agri, Brincbrede, Ostenhaseleith II agri, inter domum meam et rivum XI agri, Crucewisch, Ostbroc et pratum quod adiacet claustro. Testes sunt: Rodolfus abbas predicti cenobii, in cuius manus hanc proprietatem resignavi, Lutbertus monachus, Hermannus sacerdos filius noster, Gerhardus Duvellescop sororius noster, Hermannus famulus abbatis et alii plures. Ad confirmationem huius rei, quia sigillum non habeo, sum contentus alieno.

**Das Siegel der Abtei Marienfeld hängt an einem Pergamentstreifen.**

[1] Nach der Regierungszeit Abt Rudolfs datirt.

## 313.

*1234 Februar 6. Franckenvort. Bischof Ludolf Zeuge einer Urkunde König Heinrichs (VII.). — Nach dem bisher nicht gedruckten Originale regestirt bei Bœhmer Reg. Imp. 1198—1254 p. 246.*

## 314.

*Bernhard von Lippe leistet zu Gunsten des Kl. Marienfeld Verzicht auf einen von Eberhard von Velleren resignirten Zehnten. (1234 [1]). — Or. Kl. Marienfeld U. 79; Abschr. Msc. I, 106. f. 49; II, 43. p. 161; gedr. in den Mittheilungen des hist. Vereins zu Osnabrück V. p. 109.*

Venerabili domino suo Monasteriensis ecclesie episcopo B. de Lippia paratum et voluntarium in omnibus sue possibilitatis obsequium. Vestre significamus honestati, quod dominus Everhardus de Velleren decimam in Belen, quam de manu nostra tenuit, de consensu et voluntate uxoris ac heredum suorum in manus nostras libere resignavit, et nos eandem, cum eam de manu vestra teneamus in pheodo, in manus vestras libere resignamus, dictam resignationem presentibus protestantes. Vestram igitur honestatem affectuose rogamus, quatinus memoratam decimam in Belen ecclesie de campo sancte Marie divine remunerationis intuitu conferatis.

Das Siegel ist abgefallen.

## 315.

*B. Ludolf überträgt dem Kloster Marienfeld den obengenannten Zehnten. 1234 [2]). Februar 24. Münster. — Or. Kl. Marienfeld U. 80; Abschr. Msc. I, 106. f. 48'; gedr. in den Mittheilungen des hist. Vereins zu Osnabrück V. p. 108.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Nobilis vir dominus Bernardus de Lippia de consensu uxoris et heredum suorum decimam in Belen, quam de manu nostra tenuit in pheodo, in manus nostras libere resignavit. Nos autem ad instantiam proborum et honestorum virorum, de consensu prepositi, decani et capituli nostri, memoratam decimam in Belen ecclesie de campo sancte Marie contulimus possidendam in perpetuum et habendam. Ne igitur hec nostra donatio rite facta possit in posterum aliquatenus infirmari, presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro fecimus communiri. Acta sunt hec Monasterii anno dominice incarnationis M°. CC°. XXXIIII°, pontificatus nostri anno VIII°, VI° kalendas Marcii, coram honestis et probate fidei viris tam clericis quam laicis, quorum nomina sunt hec: Godefridus prepositus sancti Martini, Gerlagus, Albertus, magister Richardus, Frithericus, canonici maioris ecclesie; laici: Wenemarus, Godefridus villicus, Godescalcus iudex, Johannes camerarius et alii quam plures.

Das Siegel des Bischofs ist fast ganz zerstört.

---

[1]) Dieses Jahr ergiebt sich aus der folgenden Urkunde.

[2]) Der Umstand, dass hier der 24. Februar 1234 als noch in das achte Pontificatsjahr Ludolfs fallend gesetzt wird, bedingt die Annahme, dass der Schreiber der Urkunde das Jahr nicht mit dem 25 März, wie sonst in dieser Zeit gewöhnlich, sondern mit dem 1. Januar beginnt, wie dies später für das Bisthum Münster durch ein Statut vom 26. März 1313 (Fr. Münster U. 302, gedr. Niesert U.-S. IV. p. 4.) festgesetzt wurde.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 316.

Anno MCCXXXIV — — — quasi divinitus timor et tremor cecidit super Fivilgones propter coniurationem, quam fecerunt instigante Excello (et) quibusdam aliis contra episcopum super rescriptis que impetrabat clerus, et contra interdictum ecclesiarum et contra bannos immoderatos et contra satisfactionem pecuniariam, quam statuerat episcopus pro sacerdotibus occisis iam ante annos quinque, conspirantes et coniurantes, compositionem sacerdotis occisi non excedere 400 marcas et alia quedam coniuratione firmarant in preiudicium canonicarum sanctionum — — —. Ludolfus episcopus Monasteriensis recto utens ordine a domino papa [1]) iudices obtinuit, S. Petri et S. Johannis decanos et custodem Osnaburgensis ecclesie, per quos frequenter commoniti et interdicto ecclesiarum puniti non resipuerunt, sed iustam quandam querelam sibi habere videbantur adversus sacerdotes fornicarios et tabernarios, quos ante humiliationem laicorum corrigere dissimulavit episcopus. — — Anno igitur prefato kalendis Martii *(März 1.)* de beneplacito episcopi soluta est constitutio stulta laicorum renunciantium eidem, precipiente episcopo, ut penitentiam agerent et ex gratia de expensis, quas fecerat, liberi essent. — *Emonis chron. ap Matth. II,* 96. *sq.*

## 317.

* *Johann von Billerbeck resignirt zu Gunsten des St. Ägidii-Klosters, in das zwei seiner Töchter eingeireten sind, auf ein Grundstück.* 1234. — *Or. Kl. Ägidii U.* 22; *Abschr. Msc. I,* 81. *p.* 9.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolphus miseratione divina Monasteriensis episcopus cenobio sancti Egidii in Monasterio inperpetuum. Quia nonnunquam facta presentium dissolvere nititur calumpnia futurorum, fidelibus iuvanda sunt litterarum testimoniis ea precipue que ad subsidium pertinent conservande religionis. Ynde nosse cupimus universos tam futuri quam presentis evi fideles, quod Johannes miles de Billerbeke, ministerialis ecclesie nostre, cum duas filias suas religioni magis quam seculo deservire cupientes collegio sponsarum Christi apud cenobium sancti Egidii in Monasterio cum ea, qua decuit, sollempnitate devotionis aggregasset, ne appareret in conspectu Domini vacuus, mansum in Kanen [2]), quem de manu nostra tenebat in feodo, cum omnibus suis attinentiis, mancipiis videlicet agris silvis et pascuis uxoris et heredum suorum unanimi consensu, in manu nostra tradidit, predicto cenobio iure proprietatis perpetualiter assignandum. Nos vero mansum eundem per consensum ecclesie et sententiam ministerialium in manu domne Siradis venerabilis abbatisse ac sui conventus, quemadmodum dictum est, assignatum scripto presenti et appensione sigilli nostri cenobio sepe dicto duximus confirmandum, Dei omnipotentis auctoritate nec non et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius et nostra excommunicantes omnem, qui ausu temerario in gravamen et iniuriam iam dicti conventus mansi prenominati invasor aut exactor violentus exstiterit. Actum anno gratie M°.CC°.XXXIIII°, pontificatus nostri anno VIII°. Testes huius donationis et nostre confirmationis sunt: Willehelmus prepositus Osnaburgensis frater episcopi, Gerlagus prepositus Oldensilensis, Olricus decanus sancti Martini, magister Richardus, Bruningus sacerdos, Arnoldus plebanus; Johannes de Billerbeke, Brunstenus de Suthwic, Amelungus de Gore, Wenemarus cocus episcopi, Hermannus de Keppelen, Hinricus de Gemene, Gerhardus de Rammesberg, Johannes de Borchorst et alii quam plures.

Das wohlerhaltene Siegel hängt an rothen seidenen Schnüren.

---

[1]) Gregor IX.

[2]) Auf der Rückseite der Urkunde steht: „De manso Canen, nunc Eschus", dem später hinzugefügt ist: „Eschmann zu Amelenburen".

## 318.

*B. Ludolf verleiht der Stadt Coesfeld das Recht, dass keiner ihrer Bürger ohne seine Bewilligung vor ein anderes Gericht evocirt werden dürfe. 1234. — Orig. im Stadtarchiv zu Coesfeld, hieraus der hier wiederholte Druck bei Niesert U.-B. I. II, p. 480.*

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum, Quoniam imminute sunt veritates a filiis hominum et posteritas quandoque venire voluit contra facta suorum antecessorum, cautum est salubriter et provisum, ut quicquid inter homines memoria dignum geritur, ad noticiam posterorum voce testium vel literarum testimonio transferatur. Eapropter cum sumopere sit agendum, ut unicuique suo iuri uti liceat et nullus in aliena manus extendere presumat, notum esse volumus universis hanc paginam inspectantibus vel audientibus, nos civibus nostris de Cosvelde perpetua traditione ac voluntaria contulisse, quod per aliquam proclamationem nullus ipsos poterit evocare, nisi prius fuerimus requisiti, vel ibi fuerit delicti evidentia perpetrati. Ut igitur hec libera traditio nostra stabilis in evum permaneat et per succedentium calumpniam infirmari non possit, presentem paginam exinde conscribi fecimus et sigilli nostri munimine roborari. Acta sunt hec anno gratie M°. CC°. XXXIIII°. pontificatus nostri anno VIII°, coram testibus subnotatis: Alberto dapifero, Bernardo de Wetherten, Lughardo de Damhusen, Machario, Lamberto iudice et aliis quam pluribus.

## 319.

* *Bernard von Lippe bestätigt die von seinem Vater Hermahn ausgesprochene Befreiung eines von dem Edlen von Hulevelde dem Kl. Freckenhorst verkauften Guts von der Schirmvogtei. 1234. Juli 31. Münster. — Orig. Kl. Freckenhorst. Nr. 10a.*

Bernardus de Lippia universis in perpetuum. Ne ea que geruntur in tempore labantur cum processu temporis, poni solent in lingua testium et scripturarum testimonio commendari. Eapropter ad noticiam omnium Christi fidelium tam futurorum quam presencium volumus pervenire, quod cum bone memorie pater noster dominus Hermannus de Lippia curtim Dodeslo, quam nobilis vir dominus Godefridus de Hulevelde vendidit ecclesie in Vrekenhorst, in perpetuum libertarit cum omnibus attinenciis suis ab omni iure, quod sibi ex ea, ratione advocatie, competebat sive competere videbatur, nos in hac parte vestigia ipsius sequentes, libertatem factam de predicta curti Dodeslo et eius attinenciis ratam habemus, et ob reverentiam Dei et sancte crucis nec non et pro salute anime dicti patris nostri memoratam curtim cum omnibus attinentiis suis ab omni exactione liberam esse volumus in perpetuum et solutam. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant nec in posterum valeant infirmari, presentem paginam exinde conscriptam domini L. Monasteriensis episcopi et nostro sigillis fecimus communiri. Acta sunt hec Monasterii anno gratie M°. CC°. XXXIIII°. pridie kalendas Augusti, coram honestis et probate fidei viris tam clericis quam laicis, quorum nomina sunt hec: Ludolfus de Beveren, Johannes Werenze, Cesarius, magister Richardus, Frethericus de Vrekenhorst, Themarus, Henricus de Rethe, canonici Monasterienses; Hermannus de Lon, Conradus burcgravius de Stromberg, nobiles viri; Lambertus dapifer noster et alii quam plures.

An Schnüren von grünseidenen Fäden hängen die Siegel Ludolf's und Bernard's, von denen das erstere sehr gelitten hat; das andere, etwas besser erhalten, entspricht dem z. J. 1231 beschriebenen.

## 320.

** B. Ludolf bekundet die Ablösung eines Zehnten von dem Dompropsteilichen Hofe Broke.* 1234. — *Abschr. Msc. I, 1. p.* 445.

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Ea propter notum esse volumus universis hanc paginam inspecturis vel audituris, quod questio que super maiori decima vertebatur inter Everhardum militem de Wernen et homines ad cũrtem Brokė maioris prepositure [1]) pertinentes, de consensu Remboldi maioris ecclėsie prepositi pro amicabili compositione in hunc modum est sopita, videlicet quod predicte domus pro perpetua redemptione maioris decime in assumptione domine nostre dabunt quatuor solidos militi supradicto, Remigii vero triticum solvent cum minuta decima, ita quod domus Hermanni XXIIII$^{or}$ cratheras et domus Hildegardis XVIII$^{o}$ cratheras tritici memorato militi solvent annuatim. Quibus suo termino solutis super omni questione, que ipsis et suis heredibus in hac parte moveri posset, liberi manebunt et inperpetuum absoluti. Nos igitur ad maiorem huius redemptionis declarationem habendam, presentem paginam exinde conscribi fecimus sigilli nostri munimine roboratam. Acta sunt hec anno gratie M$^{o}$.CC$^{o}$.XXXIIII$^{o}$. pontificatus nostri anno nono, coram viris honestis: Remboldo maiore preposito, Bernhardo celerario et cet. et aliis quam pluribus.

## 321.

** B. Ludolf's Urkunde, dass dem Pfarrer zu Freckenhorst der Zehnte von den Neubruchländereien des Kirchenguts zustehe.* 1234. *December* 10. *Münster. — Or. Kl. Freckenhorst U.* 11.

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. . . . ad noticiam omnium . . . volumus pervenire, quod cum Henrico plebano de Vrekenhorst questionem movissemus et ipsum traxissemus in causam super decima novalium pertinencium sue doti sitorum in parrochia Vrekenhorst, que in vulgo appellantur marke, idem H. plebanus de Vrekenhorst per sentenciam coram nobis evicit in iure, quod decima dictorum novalium ad dotem suam pertineret et supradicta novalia omnino eodem iure censeri deberent quoad decimam dandam et privilegio gaudere, quo veteres agri pertinentes doti sue. Nos igitur prefatam decimam novalium doti ipsius H. plebani de Vrekenhorst recognoscimus pertinere, sub anathematis vinculo districtius prohibentes, nequis ipsum H. plebanum de Vrekenhorst vel suos successores occasione dicte decime aliquatenus gravare vel molestare presumat. Ad huius itaque recognitionis et facti nostri evidentiam et firmitatem in posterum habendam, presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro fecimus communiri. Acta sunt hec Monasterii anno dominice incarnationis M$^{o}$.CC$^{o}$.XXXIIII$^{o}$., pontificatus nostri anno VIIII$^{o}$., IIII. Idus Decembris coram honestis et probate fidei viris, quorum nomina sunt hec: Godefridus decanus Monasteriensis, Wilhelmus prepositus Osnabrugensis, Frethericus de Frekenhorst, magister Richardus, canonici Monasterienses, Arnoldus custos sancti Lutgeri; Adolfus et Wicboldus de Holte fratres nostri, Albertus dapifer et alii quam plures.

Das Siegel des Bischofs hat sehr gelitten.

---

[1]) Das Copiar schreibt: „homines curtem Br. maiori prepositure"

## 322.

* *Herzog Otto von Braunschweig überträgt dem Kl. Marienfeld ein von ihm lehnrühriges, und vom Ritter Arnold von Stemwede angekauftes Gut in Merle. 1234. October 31 Holzminden. — Or. Kl. Marienfeld U. 81.*

Dei gratia O. dux de Bruneswic[1]) omnibus quibus exhibitum fuerit istud scriptum salutem et dilectionem. Que ecclesiis et viris religiosis inpenduntur ad commodum et profectum, nullum est dubium nisi fiant ipsi Deo[2]), qui dantis devotionem pie remunerat et affectum. Notum igitur facimus universis presentibus et futuris, quod cum Arnoldus miles de Stemwede, accedente consensu domine Gisele relicte fratris sui et puerorum eius, mansum unum in Merle, quem a nobis tenebat in pheodo, ecclesie de campo beate Marie vendiderit precio competenti, nos pro remedio anime nostre proprietatem eiusdem mansi predicte ecclesie dedimus et assignavimus quiete semper et libere possidendam. Ut autem hoc factum nulla in posterum calumpnia disturbetur, litteram hanc patentem conscribi et sigilli nostri fecimus munimine roborari. Actum est hoc apud Holtisminne anno dominice incarnationis M°. CC°. XXXIIII°. in vigilia omnium sanctorum. Testes sunt: Bernardus de Dorstat, Jordanus dapifer noster, Baldewinus marscalcus, Wernerus prior eiusdem loci et frater Albertus et Crachto prepositus.

Das Siegel war ursprünglich an einem von dem Pergament der Urkunde abgeschnittenen Streifen befestigt, ist aber jetzt abgerissen.

## 323.

*Graf Ludwig von Ravensberg bekundet die Verpfändung des Hofes Thusterbeke seitens Gerhard's von Quernheim an das Kl. Marienfeld. 1234. — Abschr. ex cop. sæc. XIV. Msc. II, 77. p. 210; hieraus gedruckt v. Ledebur Archiv IV. p. 304.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Lodewicus comes Ravensbergensis etc. Igitur ex affatu presentium protestamur, quod Gerhardus de Quernhem curiam Thusterbeke, quam a nobis in feodo tenet, ecclesie campi beate Marie pro XXII marcis integraliter et cum omni proventu coram nobis impignoravit, ita videlicet ut maneat obligata, donec prescripta pecunie quantitas restauretur. Quodsi prefatum G., priusquam redeat pecunia, defungi contigerit, vacat nobis hec ipsa curia, quam redimere, si placet, de manu cenobii vice Gerhardi vel relinquere cenobio, donec pecunia persoluta fuerit, liberam habemus facultatem. Hoc autem pignus ad manum ecclesie susceperunt dominus Rodolfus abbas et Arnoldus monachus eius, Lubertus de Thehem, Brunstenus, Wichmannus de Aska, Gerhardus de Buske et Albertus Scone milites nostri, astantibus domino Hermanno capellano, Thetmaro Cinke et aliis. Actum anno gratie M°. CC°. XXXIIII°.

## 324.

* *B. Ludolf überweist dem St. Aegidii-Kloster ein von diesem angekauftes, von ihm lehnrühriges Gehölz. 1235. — Or. Kl. Aegidii U. 23, Abschr. Msc. I, 81. p. 10.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolphus miseratione divina Monasteriensis episcopus cenobio sancti Egidii in Monasterio in perpetuum. Presentis scripti tenore notum facimus Christi fidelibus universis,

[1]) Ich verkenne den Widerspruch nicht, der hierin mit der geschichtlich feststehenden Thatsache liegt, dass Braunschweig erst am 21. August 1235 zum Herzogthum erhoben wurde. Die Urkunde Nr. 327 bringt das Weitere über diese Schenkung.

[2]) So die Urkunde.

quod silvulam quandam domui Hethornen[1]) contiguam, quam Themo miles de Berle ecclesie nostre ministerialis de manu nostra tenebat in feodo, quam etiam frater eiusdem Bernhardus ab ipso iure feodali receperat, idem fratres de familiarium et propinquorum suorum consilio atque unanimi heredum suorum consensu cenobio sancti Egidii in Monasterio XXXV marcis venditam, et cum omni qua oportuit sollempnitate a Bernhardo videlicet in manu Themonis, a Themone vero in manu nostra resignatam, nos per sententiam cleri et ministerialium ecclesie prefato cenobio assignavimus iure proprietatis perpetuo possidendam. Hoc igitur nostre auctoritatis factum ne posterorum quisquam modo quolibet irritare presumat, presenti scripto et sigilli nostri appensione duximus confirmandum, Dei omnipotentis auctoritate ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius et nostra excommunicantes omnem, qui in gravamen cenobii sepe dicti silve memorate dissipator temerarius aut invasor violentus extiterit. Actum a. ab i. D. M°. CC°. XXXV°. pontificatus nostri anno nono. Huius contractus et nostre confirmationis testes sunt: Godefridus prepositus, Ludolfus sancti Mauritii prepositus, Olricus vicedomnus, Nicolaus, Hermannus canonici, Arnoldus plebanus; Otto de Horstmaria, Conradus de Ludinchusen, Albertus dapifer, Godefridus gogravius de Telget, Crahto, Wezelus, Bernhardus fratres de Suthbeke, Hinricus Alabrant, Tidericus Vuretho, Tidericus de Lecden et alii quam plures.

An einer Schnur von rothseidenen Fäden hängt das gut erhaltene Siegel des Bischofs.

## 325.

*B. Ludolf unterschreibt als Zeuge die Urkunde Kaiser Friedrichs II., durch welche dieser zu Mainz am 21. Aug. 1235 Braunschweig zum Herzogthum erhebt. — Vgl. Böhmer R. J. 1198—1254. p. 162.*

## 326.

** Das Dom-Capitel zu Münster überträgt dem Aegidii-Kloster eine Mühle gegen eine bestimmte jährliche Abgabe. 1235. — Orig. Kl. Aegidii U. 24.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Remboldus Dei gratia Monasteriensis ecclesie maior prepositus cenobio sancti Egidii in perpetuum. Nosse cupimus universos tam futuri quam presentis evi fideles, quod Everhardus de Sunneborne, preposíture nostre ministerialis, acceptis a cenobio sancti Egidii in Monasterio viginti tribus marcis, molendinum in Sunneborne[2]) piscine nostre adiacens, quod a nobis tenebat in feodo, cum uxoris et heredum suorum consensu in manu nostra cum omnibus suis appertinentiis voluntarie resignavit. Nos vero ad preces eiusdem, de consilio et voluntate domini Ludolfi Monasteriensis ecclesie venerabilis episcopi, assensu quoque Godefridi maioris decani et tocius capituli nostri, molendinum ipsum cenobio memorato in subsidium abbatisse ac sanctimonialium ibidem in Christo collectarum divine remunerationis intuitu concessimus, sub annua videlicet pensione trium moltiorum tritici per nostram mensuram nobis sive successoribus nostris perpetuo solvenda. Ne autem hoc nostri temporis factum ulla valeat retractare calumpnia futurorum, presentem paginam in eius testimonium conscribi et sigillis presentibus domini L. episcopi et maioris ecclesie, nostro quoque fecimus roborari. Actum a. gr. M°. CC°. XXXV^to^. Testes huius rei sunt: Wilhelmus, Godefridus, Ludolfus prepositi, Olricus vicedominus, Bernhardus cellerarius, Everhardus canonicus, Arnoldus plebanus; laici: Wicboldus de Holte, Albertus dapifer, Bernhardus de Sutbeke, Rodolfus de Asbeke, Bernhardus de Sunneborne, Lutbertus de Dike, Lutbertus kamerarius,

[1]) Nach einer Notiz auf der Rückseite in „Amelbüren„

[2]) Nach dem Archivinventar des Aegidii-Kl. Msc. III, 39. Nr. 74 zu Hiltrup gelegen.

Lutbertus de Sunneborne, Everhardus cum uxore sua Berterade et filio suo Godescalco, Engelbertus Helpradinc, Crachto et alii quam plures.

An Schnüren von rothseidenen Fäden hängen die wohlerhaltenen Siegel des Bischofs, des Domcapitels und des Dompropstes. Letzteres stellt einen Geistlichen in ganzer Figur dar, der in der Linken ein Buch, in der aufgehobenen Rechten einen nicht mehr zu erkennenden Gegenstand hält. Von der Umschrift lässt sich noch lesen: R...OLDUS DEI GRATIA ...POSITUS MONASTERIENSIS.

## 327.

* *Graf Ludwig von Ravensberg bekundet, dass auch der Edle Conrad Graf von Wunstorf das Recht, was er als zweiter Lehnsherr an dem Gute Merle besessen, in seiner Burg dem Kl. Marienfeld übertragen habe* [1]. 1235. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 82; *Abschr. Msc. II,* 77. *p.* 210.

In nomine Domini. Lodewicus comes Ravensbergensis. Testimonium et vivax littera vivere ac stare fatiunt negotia. Cognoscant itaque tam futuri quam presentes, quod vir nobilis Conradus comes de Vunnesdorp, Hildeboldi filius, spiritu consilii salubriter instructus nostroque preventus hortamento, beneficium suum in Merle, quod iure feodali de manu ducis in Brunswic tenuerat, ipsoque dominum Arnoldum de Stemwide ac fratres ipsius infeodarat, ecclesie campi beate Marie prompta devotione contradidit et pro sua suorumque parentum salute ad altare sancte Marie Magdalene in castro nostro, presentibus domino Rodolfo abbate simul et castellanis, iam dicto cenobio proprium assignavit; ubi videlicet facta resignatione in manus abbatis et ipso abbate una nobiscum hanc oblationem ad manum claustri suscipiente, prefatus comes nostro postulavit humiliter instinctu, sibi suisque parentibus necnon et uxori sue sancte societatis donum impendi, id est fraternitatem, quod est boni totius quod in prefata geritur ecclesia participatio tam in vita quam in morte. Actum anno gratie M°.CC°.XXXV°, coram testibus qui sunt: Gerhardus de Buske, Wigmannus de Aske et Widekindus frater eius, Hildebrandus de Turri, Johannes de Cluvelincdorp, Winemarus Luscus, Reinfridus et frater eius Hardmannus, necnon et dapifer Conradi comitis.

Das an einem Pergamentstreifen hängende herzförmige Siegel des Grafen mit den Sparren hat sehr gelitten.

## 328.

* *B. Conrad von Osnabrück erlässt dem Kl. Marienfeld unter gewissen Bedingungen die Zehntabgabe aus dessen Hause in Specksart* [2]. 1235. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 83.

Conradus miseratione divina Osnabruggensis ecclesie episcopus universis huius pagine inspectoribus salutem in vero salutari. Quoniam omnium prestationes decimarum et proventus earundem in ordinatione episcopi sue diocesis consistunt, presentis pagine attestacione tam futuris quam modernis notificamus, quod nos fratribus cenobii Cisterciensis ordinis de campo sancte Marie, inibi Deo eiusque genitrici et semper virgini Marie deservientibus, decimalis manipuli collectionem domus ipsorum Spechteshart site in parrochia Guterslo relaxamus, ea videlicet condicione ut pro manipulo molcium siliginis per mensuram Widebruggensem et minor decima de eadem domo Spechteshart annuatim ante festum sancti Andree apostoli persolvatur Hermanno Hornete et uxori eius Margarete eorundemque heredibus Ermegardi et Margarete de Widenbruggen qui de manu nostra tenent in feodo decimam pretaxatam. Cum igitur dicti Hermannus et Margareta ipsorumque heredes ab omni actione, quam poterant contra prenominatos fratres de

---

[1]) Vergleiche die Marienfelder U. Nro. 81 v. 1234, oben Nro. 322.

[2]) Bauerschaft zwischen Wiedenbrück und Gütersloh.

campo sancte Marie auctoritate nostra super manipuli collectione domus sue Spechteshart intentare, benigno et liberali animo renunciarunt, iidem fratres sepius nominatos Hermannum et Margaretam eorumque pueros Ermegardim et Margaretam, necnon Margarete parentes premortuos Ecbertum et Ermegardim, in plenariam receperunt ipsorum fraternitatem, orationum suarum et laborum eisdem participium conferendo. Ut autem prefati fratres deinceps super collectione manipuli domus sue Spechteshart non a quoquam impetantur nec etiam ad ulteriorem decime solutionem compellantur, sed ut acta rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam fecimus annotari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo quinto, presentibus: Arnoldo cantore, Sibodone, Gerhardo de Foro, Conrado de Hastorpe, Gysone thesaurario, Godefrido canonicis maioris ecclesie nostre, Thiderico sacerdote de Guterslo; laicis vero: Lutberto de Norththorpe, Hermanno de Glosinchem et aliis quam pluribus.

An einem Pergamentstreifen hängt das wohlerhaltene Siegel Bischof Conrads von Osnabrück.

## 329.

** B. Bernhard IV. von Paderborn bekundet die Beilegung eines Streits wegen gewisser Zehnten in Bilinggessen.* 1235. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 84; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 136; *II,* 48. *p.* 221.

Bernhardus quartus Dei gratia episcopus, V. prepositus et capitulum ecclesie Patherburnensis omnibus presens scriptum visuris notum esse cupimus, quod cum lis inter conversos in Bilinggessen et A. sacerdotem in Horlinchosen super decima unius mansi in Bilincgessen ecclesie Horlinchosen pertinente verteretur, domino C. custode mediante, tandem in hunc modum conquievit, quod prefati conversi XII solidos predicto sacerdoti dederunt in recompensationem exspensarum, quas fecerat idem sacerdos, et de cetero annuatim iam dicte ecclesie in Horlinchosen in usus sacerdotis, qui ibi pro tempore deservit, II malt annone, videlicet VI modios siliginis, VI ordei, unum malt avene, dabunt et ipse nichil amplius occasione decime requiret. Ne igitur per calumpniam alicuius hoc factum in posterum possit revocari, fecimus conscribi et sigillorum nostrorum munimine roborari. Actum est hoc anno dominice incarnationis M°.CC°.XXX° quinto, indictione octava. Huic rei dum fieret testes aderant: Herman camerarius, Hugo, Conrat custos, Rabodo, Henric de Lipsprinke canonici maioris ecclesie; Gerhart custos, Hildebolt, Conrat canonici sanctorum apostolorum Petri et Andree, Bertolt vicarius, Johan et Ludolf clerici et alii quam plures.

An Pergamentstreifen hängen die ziemlich gut erhaltenen Siegel B. Bernhards IV. und das ältere Siegel des Paderborner Domcapitels, von denen das erstere künstlerisch sehr schön ausgeführt ist.

## 330.

*Die Klosterfrauen zu Marienborn werden dem Cistercienser-Orden einverleibt.* 1235. — *Aus dem Copiar des Klosters im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive fol.* 1'; *eben daraus schon früher gedruckt Niesert Marienborn p.* 41.

Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis frater G. dictus abbas Cistertii salutem in Domino. Universitati vestre notum facimus, quod nos ad speciale mandatum domini pape, quod super hoc recepimus, virgines religiosas de fonte sancte Marie in episcopatu Monasteriensi ordini nostro incorporavimus auctoritate capituli generalis [1]) . . . . . . . . . . . .
In cuius rei testimonium presenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum. Actum a. D. M°.CC°.XXXV°.

---

[1]) Die folgende Linie des Textes war im Copiar ausradirt, und von neuerer Hand darüber geschrieben: „et recepimus in domus Cistercii filiam specialiter, sicut in litera domini pape vidimus contineri".

## 331.

** B. Ludolf überträgt gewisse von Conrad von Lüdinghausen resignirte Zehnten dem Kl. Marienborn.* 1235. *— Aus dem Copiar des Klosters Marienborn im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive p. 2.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus in perpetuum . . . . . Notum esse volumus universis pagine presentis inspectoribus, quod Conradus miles de Ludinchusen ministerialis ecclesie nostre, felici mercimonio temporalia pro eternis commutando, quasdam decimas, quibus a nobis inbeneficiatus extitit, in manus nostras legitime resignavit, petens humiliter et devote ut Deo et virginibus ad fontem beate Marie Deo dicatis dictas decimas dignaremur conferre. Nos igitur devotioni sue satis fervide grato concurrere volentes assensu, memoratas decimas prefato loco possidendas in perpetuum contulimus et habendas . . . . . Verum quia sepe dicte sunt decime dispartite et in plurimis locis colligende, ad maiorem cautelam de ipsis habendam loca fecimus subnotari. Decima curtis Seperode solvit annuatim V solidos festo Jacobi et IIII modios tritici Martini; Daldorpe una domus duos solidos Alexandri et II modios tritici Martini cum minuta decima; Elverthe [1]) domus Suederi XXX denarios Alexandri, unum moltium siliginis Martini cum minuta decima; item in eadem villa domus Sigeberti XXIII denarios Alexandri; item in villa Godinge [2]) una domus II modios tritici Martini; item Vridincthorpe [3]) XXIX denarios Alexandri; item Assceberge II modios tritici et VIII modios ordei. Idem etiam C. proprietatem domus Horstthorpe cum hominibus, pascuis, silvis, agris cultis et incultis et omnibus attinentiis eidem loco in nostra presentia in perpetuum contulit habendam, que solvit annuatim X denarios, II modios tritici, III modios siliginis, XVIII modios ordei et I moltium avene. Ut autem hec resignatio de consensu et compromissione heredum C. militis facta et tam pia nostre devotionis largitio semper robur habeant et infirmari non possint, presentem paginam exinde conscribi fecimus sigilli nostri appensione roboratam. Acta sunt hec a. gr. M°. CC°. XXXV°, pontificatus anno X, coram testibus subnotatis: Godefrido burcgravio de Recgede, Alberto dapifero nostro, Adolfo de Lembeke, Gerhardo Bonen, Wilhelmo Rucen, Johanne pincerna, Johanne Norendini et fratre suo Bertoldo et aliis quam pluribus.

## 332.

** Graf Otto von Tecklenburg schreibt der Stadt Beckum, dass dem Ritter von Westerwinkel kein Recht an den Gütern des Klosters Liesborn zu Walewic zustehe.* 1336 *April* 28. *Lippstadt. — Or. Kl. Liesborn U. 47; Abschr. Msc. IV, 10. p. 8.*

Otto Dei gratia comes de Tekeneburg iudici, consulibus, necnon viris omnibus in Bekehem constitutis salutem et dilectionis cuiuslibet plenitudinem. Universitatem vestram scire volumus, ad audientiam nostram pervenisse, quod Rabodo miles de Westerwinkele dominum abbatem Lesbernensem et eiusdem ecclesie conventum in bonis quibusdam Walewic impediat et impulset non aliqua iusticia concedente. Unde cum istius rei nos contingat ratio veritatis, vobis intimandum duximus, quod prefato R. in predictis bonis nullam prestamus penitus warandiam, cum nichil iuris in eis nec possit nec debeat obtinere. Item noveritis, quod de bonis iam sepe dictis memorato capitulo plenam prestamus presentibus litteris warandiam; quicunque etiam se per consensum et licentiam abbatis et capituli de sepe dictis bonis intromiserit, siquid super eo gravaminis incurrerit, solutum reddemus penitus et indempnem. Datum Lippie anno Domini M°. CC°. XXXVI° secunda feria ante Walburgis.

Das Siegel ist nicht erhalten.

---

Uebergeschrieben: [1]) „Ludin(chusen)". — [2]) „Sendene". — [3]) „Ludinchusen".

## 333.

* *Graf Otto von Geldern macht die Bedingungen eines mit Heinrich von Borkelo abgeschlossenen Kaufvertrags bekannt.* 1236 *Mai* 26. — *Or. Herrsch. Borkelo U.* 1.

Otto comes Gelrensis universis hoc scriptum inspecturis in Domino salutem. Notum esse volumus universis, quod si forma emptionis inter nos et dominum Henricum de Burclo secundum consilium proborum virorum, qui ad hoc deputati sunt, fuerit consummata et denarii plene sibi fuerint a nobis persoluti, rata et firma manebunt omnia que in nostro privilegio continentur. Si vero forma inter nos et eum processum non habuerit et denarii sibi soluti non fuerint, bona in dicto privilegio contenta, quousque dictus H. nobis persolverit quinquaginta libras, debemus in pignore totaliter detinere. Datum anno Domini M°. CC°. XXXVI°, septimo kalendas Junii.

Das Siegel ist verloren.

## 334.

* *Das Münstersche Domcapitel bekundet die Beilegung eines Streits zwischen einem Dom-Altaristen und Heinrich von Windeslere.* 1236 *Juli* 21. — *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 269.

R. Dei gratia maior prepositus, G. decanus totumque Monasteriense capitulum etc. ad noticiam tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod cum Johannes sacerdos primi altaris ecclesie nostre et Henricus de Windeslere super manso et suis attinentiis, qui situs est in parrochia Aldenberghe prope Claholte, qui vulgariter dicitur Eghen ther hilghen guth, litigarent, tandem [1]) mediante bonorum virorum consilio talis forma compositionis utraque parte consentiente et approbante intervenit, quod Henricus dedit XII marcas Monasterienses pro iam dictis bonis titulo emptionis sub tali forma, quod ipse sive fratres sui et eorum legitimi heredes recipient a decano maiore presente et suis successoribus iure feodali; hoc etiam adiecto, si ipse sive fratres sui et eorum legitimi successores sine liberis decesserint, bona sepe iam dicta redibunt ad primum altare ecclesie nostre in omnimoda libertate; preterea liberi post mortem parentum non dabunt partem hereditariam decano, que in vulgari dicitur herwede, sed libere recipient a decano dicta bona nomine feodali etc. Acta sunt hec coram delegatis episcopi nostri domini Ludolfi, videlicet Alberto maioris ecclesie et Luberto sancti Pauli canonicis Monasteriensibus, anno gratie M°.CC°.XXXVI°, XII kal. Augusti coram testibus subnotatis: Henrico preposito de Lon, Johanne Werence, Ricberto de Swerte, Arnoldo decano sancti Pauli canonicis Monasteriensibus; nobili de Horstmaria Ottone; Bernhardo de Meynhůvele, Francone de Sconenbeke, Godefrido de Wydelinchove, Henrico de Nutlon, Adolfo de Wych militibus et aliis quam pluribus.

## 335.

* *B. Ludolf von Münster bestätigt dem Kl. Nottuln gewisse Zehnten, die der bischöfliche Richter zu Münster demselben bei Aufnahme seiner Tochter übertragen hatte.* 1236. — *Orig. Kl. Nottuln U.* 13. *Abschr. Msc. IV,* 1. *p.* 213.

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam facta mortalium temporalem secuntur motum et ea que geruntur in tempore cito transeunt in ob-

[1]) „et tandem" das Copiar.

livionem, cautum est salubriter et provisum, ut quicquid inter homines memoria dignum geritur, ad noticiam posterorum vivaci litterarum testimonio transferatur. Eapropter notum esse volumus universis pagine presentis inspectoribus, quod cum ecclesia Nutlon ad preces Godeschalci Hasenbalt, Monasterii eo tempore nostri iudicis, inclinata filiam suam in concanonicam recepisset et sororem, idem postmodum quia memoratam ecclesiam ampliori diligebat affectione, decimas duarum domorum, quibus a nobis inbeneficiatus extitit, in manus nostras de consensu et compromissione suorum heredum legitime resignavit, petens humiliter et devote, ut eas ecclesie Nutlon in perpetuum dignaremur conferre. Una enim earum videlicet curtis de Slethenrothe [1]) tantummodo solvit duos solidos, alia vero domus Overbeke prope Varlarensem [2]) ecclesiam sita solvit annuatim duos modios tritici et XVIII modios ordei et XII denarios, minuta decima nichilominus sine qualibet diminutione persolvenda. Nos igitur petitioni nostri iudicis satis commendabili grato concurrere volentes assensu, prefatas decimas ecclesie prelibate benigna largitione possidendas in perpetuum contulimus et habendas. Ut autem hec donatio rata permaneat et per succedentium calumpniam infirmari non possit, presentem paginam nostri rationabilis facti testimonialem exinde conscribi fecimus et sigilli nostri appensione communiri. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XXXVI°., pontificatus nostri anno XI°., presentibus abbatissa de Nutlon sorore nostra et eius conventu, Godefrido eiusdem ecclesie decano, Wicboldo de Lesbern tunc operis provisori [3]), Everhardo sancti Pauli canonico, Arnoldo et Bernardo capellanis nostris, Winemaro magistro coquine nostre, Thidthardo milite, Wernero cive Monasteriensi, Johanne camerario nostro et aliis quam pluribus.

Das an einem Pergamentstreifen hängende Siegel des Bischofs hat gelitten.

## 336.

* *Bischof Ludolf überträgt dem Kloster Honholte ein von Hermann von Laer angekauftes Gut in Poppenbeck und bestätigt demselben alle unter seiner Regierung gemachten Erwerbungen.* 1237. — *Or. Kl. Hohenholte U* 8.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus divina favente clementia Monasteriensis ecclesie episcopus. etc. [4]) Noverit igitur et presens etas et secutura fidelium Christi posteritas, qualiter Alferna priorissa de Honholte et conventus ancillarum Christi eiusdem loci, sibi et posteris suis secundum necessitatem animalis hominis sine qua spiritualis ministerium suum nequit explere cupientes providere, predium quoddam in Poppenbeke [5]) partim emptione partim commutatione a Hermanno de Lare et eius uxore Margareta utrorumque iustis heredibus, Herimanno et Godefrido, pro octoginta marcis emerunt, duo molcia siliginis, unum molcium tritici, unum molcium candide pise, VII moltia ordei, VIII° moltia avene, tres solidos denariorum Monasteriensis monete, porcos IIII°r, anseres IIII°r, pullos VI annuatim persolvens, presentibus et collaudantibus ipsorum liberis et consanguineis. Et hoc predium ab hiis iam prenominatis coram nobis in palatio nostro Monasterii in manus nostras resignatum ecclesie in Honholte delegavimus et tradidimus cum omnibus suis attinentiis et cum omni utilitate sua, videlicet cultis et incultis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus montibus et convallibus silvis et campestribus viis et inviis exitibus et reditibus, stabili iure possidendum perpetuo, tali interposita condicione, ut nulla persona, alta vel humilis, aliquod ius advocatie hereditarium vel feodale in predicto predio vel in cunctis possessionibus eiusdem ecclesie se putet obtinere. Nos vero cum sepedictam ecclesiam pro reverentia beate virginis Marie speciali quadam dilectione honorare, fovere, promovere, prout expedit, optimam ac singularem habeamus voluntatem, ad habundantem cautelam idem predium, mansos sive decimas, que eidem ecclesie tempore nostri episcopatus collate sunt sive per emptionem vel commutationem vel donationem, pagine presenti mandavimus intitulari: domus

---

[1]) „Sletrothe" bemerkt eine jüngere Hand auf der Rückseite. — [2]) „Varrarensem" die U. — [3]) Ob Werkmeister an dem damals im Bau begriffenen Dom zu Münster? — [4]) Der Eingang wie oben U. 236. — [5]) Bauersch. im K. Havixbeck.

Bertoldi ultra rivum que solvit unam marcam; domus prope Bulleren que solvit tercium manipulum et duos porcos pascuales; domus Franconis que solvit quinque moltia ordei, tria moltia avene, sex modios pise, sex modios fabe, duos anseres, sex pullos et altera domus Frankonis, que Smerkoten vocatur, equo comparata valente octo marcas, que solvit duo maltia ordei et duo moltia avene; decima in Sendenhorst XXVII marcis comparata, que solvit XII modios tritici et XI solidos; decima in Lare, quam habet ecclesia inpignoratam a Wigboldo que solvit XII modios tritici et XII nummos. Ut autem hee emptiones et traditiones nostris futurisque temporibus rate et inconvulse valeant permanere, banni nostri districtione et sigilli nostri appensione munivimus coram testibus, quorum nomina sunt hec: Remboldus maior prepositus Monasteriensis, Wilhelmus prepositus Osnaburgensis, Liudolfus prepositus sancti Mauricii, Bernhardus cellerarius, Arnoldus capellanus, Bernhardus notarius; Otto de Horstmare, Wigboldus de Holto, Wilhelmus Rusce, Franko de Sconenbeke, Herimannus Werenzo, Bernhardus, Fridericus, Herimannus de Menhovele, Bernhardus de Dheten, Godefridus de Billerbeke et alii quam plures tam laici quam clerici. Acta sunt hec a. d. i. M°.CC°.XXXVII°., epacta IIIa concurrente IIIIa indictione Xa, pontificatus nostri anno XI°., Romane sedi presidente papa Gregorio, Romanorum imperatore glorioso Friderico secundo. Testis est et horum Bertoldus decimator cum suis iustis heredibus Bernhardo et Bertholdo, Johannes camerarius et Gerlacus de Rumpesthort et alii quam plures.

Das anhängende Siegel des Bischofs hat gelitten.

## 337.

*B. Ludolf bekundet, dass gewisse Ministerialen des Kl. Vreden die Vogtei über dessen Güter in Linen demselben verpfändet haben. 1237. Sept. 9. — Hier nach dem Abdruck bei Niesert U.-S. IV, 438.* [1]

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. L. Dei gratia Monasteriensis episcopus universis Christi fidelibus presentem kartulam inspecturis salutem in eo qui salutem in omnibus operatur etc. Notum sit omnibus hoc presens scriptum intuentibus, quod Everhardus de Gukeslo et Engelbertus Nunninc Vrethenensis ecclesie ministeriales in nostra presencia constituti advocatiam in Linen super bonis ecclesie antedicte, quam a domino G. de Gemene in feodo receperunt eidem propter huiusmodi omagium facientes, pro LX marcis iam dicte Vrethenensi ecclesie pignori obligarunt, prefati G. de Gemene consensu plenario accedente. Famuli preterea iam sepius nominati eandem advocatiam, eo tenore quo diximus ecclesie obligatam, non ad propriam, sed ad manum ipsius ecclesie receperunt. Cuius facti seriem ea qua potuimus diligentia fideliter annotatam, ne perversa in posterum alicuius temeritas immutaret, quod omnino sub pena excommunicationis fieri prohibemus, sigilli nostri appensione decrevimus roborandam. Acta sunt hec anno incarnationis dominice M°.CC°.XXXVII°. V. Idus Septembris, pontificatus nostri anno XI°, in loco qui dicitur Rinderbruken (?), presentibus viris nobilibus videlicet: Clevensi comite iuniore Th., L. de Stenvorde, O. de Horstmare, H. de Monte, G. de Helen, G. et S. de Gemene, A. Sticke, R. de Luderinchove; et ministerialibus A. dapifero, Jo. pincerna, burgravio de Reghete et fratre suo, H. de Dulmene, G. Brunne (?), fratribus de Menhuvele, F. de Sconenbeke et aliis quam pluribus tam clericis quam laicis.

## 338.

*Das Stift Borghorst schenkt dem Kloster St. Ägidii zu Münster 12 Pfenninge aus dem Hause Hageböcke zu Borghorst. 1237. — Nach dem im J. 1809 aufgenommenen Archivinventar des Kl. S. Ägidii Msc. III, 39. Nr. 41; die Urkunde selbst ist weder im Original noch im Copiar erhalten.*

---

[1]) Nach dessen Angabe „ex autographo tabularii coenobii Vredensis" entnommen. Ob und wo das Kl. Vredensche Archiv noch jetzt vorhanden, ist mir bisher zu ermitteln nicht möglich gewesen.

## 339.

*Das Kloster Flechtdorf (im Fürstenthum Waldeck) verkauft dem Grafen Otto von Ravensberg seine in der Nähe der Burg Vechta belegenen Güter Langförden und Oythe.* 1237. — *Or. Fr. Münster U.* 56; *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 11; *II,* 2. *p.* 14; *gedr. Niesert U.-B. I, II. p.* 5.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia abbas, Rodolfus prior, Godescalcus custos totumque cenobii in Vlegthorpe capitulum etc. declaramus, quod nos communi cenobii nostri consensu vendidimus comiti Ottoni de Ravenesberche quoddam predium ecclesie nostre suo castro Vecthe adiacens, videlicet ecclesiam et curtem in Lankenvorde et curtem in Oythe cum mansis et mancipiis et omnibus eisdem attinentiis, que plus oneri quam fructui cenobio nostro videbantur, relaxantes omne delictum quod avus vel pater eiusdem comitis vel ipse comes vel aliquis de genere suo vel ex parte sua in eisdem bonis per violentiam vel quamcunque iniustitiam sibi contraxerunt, et a vinculo excommunicationis eos absolvimus et absolvi licentiamus. Pro hoc contractu LXVI marcas recepimus. Sed ut memoriarum fragilitatem et hominum preveniamus malitiam qui bene gesta sepe nituntur convellere, placuit huic presenti pagine inserere et sigillorum nostrorum appensione confirmare. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XXXVII°, presidente Romane sedi Gregorio, gubernante Romanorum imperium Frederico, regente Coloniensem cathedram Heinrico et Osnaburgensem Conrado. Interfuerunt autem: Ambrosius, Winandus, Lothewicus, Conradus, Herbordus de Spredowe, Bertrammus Spirc, Fredericus Snyphar, Allexander Hoyvet, Bertrammus de Thinclage, Hermannus et Otto fratres de Brochowe, Hermannus de Oythe, Johannes de Lon et alii quamplures.

Von den früher vorhandenen Siegeln ist nur ein Bruchstück vom Siegel des Abts erhalten.

## 340.

* *Erzbischof Heinrich von Cöln erneuert die Excommunication gegen die, welche das Kloster Liesborn im Besitz des Hofes zu Waltrop* [1] *stören würden.* 1237 *December* 1. — *Or. Kl. Liesborn U.* 48; *Msc. I,* 99. *f.* 30'; *IV,* 10. *p.* 38.

H(enricus) Dei gratia sanctę Coloniensis ecclesie archiepiscopus dilectis in Christo . . preposito et . . . camerario Lippensi salutem in vero salutari. Cum venerabilis in Christo frater noster bone memorie Lodewicus quondam Monasteriensis episcopus curtem in Waltorpe cum suis attinentiis abbati et conventui monasterii in Lesbern pia contulerit liberalitate et omnes turbatores et invasores eiusdem curtis cum suis attinentiis vinculo astrinxerit excommunicationis: nos quod ab eodem ępiscopo provide factum est super predictis, prout in litteris ipsius super hoc confectis plenius continetur, auctoritate metropolica qua fungimur confirmamus, et dictam excommunicationis sententiam innovando omnes turbatores et invasores dictę curtis cum suis attinentiis excommunicamus. Vobis itaque in virtute obedientię mandamus et sub pęna suspensionis districte precipimus, quatinus singulis dominicis et festivis diebus et quotiescunque requisiti fueritis, omnes qui in silvis, pratis, rivis, pascuis, agris, cultis et incultis et in ceteris pertinentiis dictę curtis ecclesiam Lesbernensem impediverint aut molestaverint aut quoquomodo de ipsis se intromiserint preter consensum abbatis et conventus dicti cenobii, publice et sollempniter usque ad condignam satisfactionem excommunicatos denuncietis. Actum anno gratię M°.CC°.XXXVII°, kalendis Decembris.

Das Siegel ist verloren.

---

[1] Im Kreise Recklinghausen.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 341.

* *Der Lippesche Droste Alrad verzichtet zu Gunsten des Kl. Marienfeld auf gewisse Abgaben von dessen Hause in Drop.* 1237. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 85; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 11.

Bernardus nobilis de Lippia. Noverint universi, quod Alradus dapifer noster, qui de agris sub domo in Drop exactionis sibi ius usurpaverat, acceptis a cenobio campi sancte Marie marcis duabus promisit, quia neque per se neque per aliquem successorum suorum exactio fiat inperpetuum propter agros eosdem. Quod similiter et nos de nostris quoque successoribus ratum fore decernimus presentium intersigno. Actum anno gratie M°. CC°. XXXVII°, in presentia testium, qui sunt: Alradus dapifer, Herimannus de Ervete, Herimannus de Lippia, Helengerus, Sifridus marscalcus, Heinricus de Wolde, Giselbertus de Horst ministerialis in Osnaburg, Ekbertus de Batenhorst, Rodolfus de Boclo et alii quam plures.

Vom Reitersiegel Bernhard's ist nur ein Bruchstück erhalten.

## 342.

* *E. Pröpstin zu Essen erklärt ihre Zustimmung zu der von der Äbtissin E(lisabeth) vorgenommenen Schenkung Dodikos eines Hörigen der* curtis Sutherwic *an das Kloster Kappenberg und verzichtet auf denselben zu Händen des Propstes Hugo und des Kellners Bernhard.* 1237. — *Abschrift aus dem Orig. Msc. II,* 45. *p.* 91.

## 343.

* *Das Capitel zum h. Kreuze in Nordhausen sichert dem Gerlach für seinen Sohn die Nachfolge auf dem Gute bei Bocholt zu.* 1237 *April* 21. *Nordhausen.* — *Or. Fr. Münster U.* 51; *Abschr. Msc. II,* 7. *p.* 57.

Theodericus Dei gratia prepositus, Marsilius decanus, totumque capitulum ecclesie sancte crucis in Northusen. Omnibus hanc paginam inspecturis. Cum villicationem in Bucholt dilecto nostro Gerlaco contulerimus in hunc modum, ut in ea diebus vite sue serviat quamdiu erga nos et ecclesiam nostram se dignum exhibeat et devotum, nolentes eidem in aliquo graves existere seu molesti, petitioni sue, quam pro Theoderico filio suo fecit, taliter duximus annuendum, ut idem patri suo G. tamquam devotus filius in cunctis que sibi et ecclesie noverit expedire, adesse studeat et prodesse; ita ut, si predictum G. migrare contigerit de hoc mundo, idem Theodericus sibi succedat in officio villicationis serviens nobis et ecclesie debita devotione. Quod si aliter se habuerit in amministratione sui officii, liberum erit nobis et ecclesie alium instituere, qui possit et velit ut iustum est in hoc officio deservire. Datum Northusen anno i. d. M°. CC°. XXXVII°. XI. kal. Maii. Huius rei testes sunt: Marsilius decanus, Frideboldus scolasticus, Paulus custos, canonici Northusenses; laici vero: Johannes, Henricus de Ghimmehusen et alii quam plures.

## 344.

* *B. Bernhard IV. von Paderborn gestattet dem Kl. Marienfeld die Ausrodung eines Waldes gegen eine jährliche Abgabe von Wachs an den Dom zu Paderborn.* 1237 *Januar* 13. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 86 [1]; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 118.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus quartus Dei gratia Patherburnensis episcopus universis Christi fidelibus huius pagine inspectoribus in perpetuum etc. notum esse cupimus, quod ad fre-

[1]) Eine andere Ausfertigung beruht unter den Urkunden des Fürst. Paderborn.

quentem instantiam abbatis et conventus de campo sancte Marie et maxime propter Deum et etiam temporale subsidium benigne annuimus et licentiamus, quod silva sterilis et inutilis pertinens predio curie in Stapelhagen, que dicitur Elmenebroc, ad usus predicti conventus extirpetur hac conditione, quod pro decima, que exinde provenire possit, quatuor libre ceree annuatim in festo Galli custodi maioris ecclesie presententur ad supplementum cereorum qui ponuntur in anniversariis episcoporum nostrorum predecessorum ad eorum tumbas. Ne quis igitur factum nostrum per aliquam calumpniam possit in irritum revocare, presentem paginam huius rei seriem continentem in memoriale sempiternum fecimus communiri. Huius rei testes sunt: Volrat prepositus, Rabodo decanus, Thetmarus scolasticus, Volbracht de Elsen, Herman camerarius, Conrat custos, magister Johan, Johan de Elsen, Bertolt vicarius, Conrat notarius et alii quam plures. Actum est hoc anno Domini M°.CC°.XXXVII°, indictione decima, anno pontificatus nostri nono, idus Januarii.

Das schön ausgeführte Siegel des Bischofs ist wohl erhalten.

## 345.

** Bischof Bernhard IV. von Paderborn bekundet, dass kein Mitglied seines Domcapitels in einer Streitsache gegen das seit Alters her mit Paderborn im brüderlichen Verbande stehende Kloster Liesborn auftreten dürfe.* 1238 *Mai* 28. *Paderborn. — Or. Kl. Liesborn U.* 49; *Abschr. Msc. II,* 203. *p.* 37.

B. Dei gratia Paderbornensis episcopus universis litteram presentem inspecturis salutem in eo, a quo est salus omnium. Constitutus coram nobis et senioribus capituli nostri H. prior ecclesie Lesbernensis cum litteris abbatis et conventus sui, sententia capituli nostri petivit certificari, utrum aliquis canonicorum ecclesie nostre maioris in causis laicorum aut alienis contra ecclesiam Lesbernensem valeat advocare, ex quo ex antiquo confratres fuerint et sint, sicut ex utraque parte confitentur. Quod cum per sententiam et consensum presentium declaratum esset coram nobis, hoc nullatenus fieri posse, nos sententiam eandem iuste et rationabiliter latam auctoritate ordinaria prout ad nos pertinet confirmantes, contradictores quoscunque et rebelles excommunicamus. Actum Paderborne anno gratie M°.CC°.XXX° octavo, V°. kalendas Junii.

Das Siegel fehlt.

## 346.

** Ludolph, Bischof von Münster, bekundet den Abschluss eines Vergleichs zwischen dem Ritter Ludolph von Werne und Helmicus von Lindern wegen des Zehnten aus einem Hause in Edrinchusen dahin, dass Helmich jährlich* 4 *Solidi entrichte, nämlich* 15 *Denare an den Ritter Ludolph,* 6 *Den. an einen Sifrid und* 27 *D. an Sophie von Bekedhorpe.* — Datum Kapenberg, anno gratie MCCXXXVIII, testibus subnotatis: Hugone preposito, Johanne priore, Bernhardo cellerario Kapenbergensibus; Adolpho comite de Altena, Heriboldo de Brunsberg, Alberto dapifero, Alexandro, Everhardo, Ludolpho, item Ludolpho, Theoderico militibus de Werne, Adolpho, Sifrido, et aliis quam pluribus viris sinodalibus. — *Abschr. Msc. II,* 45. *p.* 49.

## 347.

*B. Ludolf tauscht von den Brüdern des deutschen Hauses zu Münster gewisse Zehnten gegen andere ein.* 1238. — *Transsumirt in einer weitern Urkunde Ludolf's für die St. Georgs-Commende v. J.* 1247 *U.* 3; *Abschrift Msc. I,* 75. *p.* 299; *vgl. I,* 74. *p.* 11; *gedruckt Wilkens Gesch. v. Münster p.* 114 *u. Niesert U.-B. I, I p.* 338.

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum etc. Sciant ergo presentes et posteri non ignorent, quod cum Hugo miles de Amelingburen deci-

mam quatuor domorum Witelere sitarum, unius domus Bricthorpe cum campo ibidem sito et unius domus prope Wich que vocatur Selebing, Suethero militi de Dingethe, a quo tenebat eam in feodo, de consensu et compromissione suorum heredum omnium libere resignasset et absolute, predictus Suetherus harum decimam domorum, qua a nobis inbeneficiatus extitit, in manibus nostris heredibus suis assensum prebentibus libere resignavit. Pro qua fratres domus Theutonice infra muros Monasterii nunc manentes, qui eamdem decimam a dicto Hugone consecuti fuerant emptionis titulo, devote supplicarunt nobis, ut proprietatem huius decime ipsorum domui vellemus inperpetuum assignare. Nos vero, quia predicti fratres ob sinceritatem dilectionis quam gerebant nobis, decimam quatuor solidorum, que fuit eorum in curti Wilbrandinghove, nobis et ecclesie nostre liberam perpetuo dimiserunt et absolutam, ipsis et ipsorum domui sepedictam decimam iure proprietatis in evum contulimus possidendam. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. XXXVIII°.

Eisdem etiam fratribus locum non habentibus, in quo infra muros civitatis Monasteriensis ponerent fundamentum ecclesie in laudem et honorem beate virginis favente Domino consummande, nos ob reverentiam beate virginis in concambium dedimus ipsis partem fundi prope molandinnm nostrum Bischopinghove qui attinebat curti. Pro cuius concambio assignaverunt nobis agrum de manso suo Mikelenbeke iacentem prope Cumpe, in quo seminari possunt sex modii, nobis et successoribus nostris perpetuo proprietatis iure pertinenti. Igitur ut premissa semper permaneant inconvulsa, presentem paginam exinde conscribi voluimus sigillo nostro communitam. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XLVII°, cum presentes erant: Wilhelmus maior prepositus, Godefridus decanus, Hermannus scolasticus, Franco de Horne et magister Fredericus, canonici maioris ecclesie; nobiles vero: comes Conradus de Redberge, dominus Otto de Marca, Wilhelmus Ruze; ministeriales: Godefridus burgravius de Rechethe, Franko de Sconenbeke, Fredericus de Menhuvele, Fredericus advocatus de Warenthorpe, Albertus dapifer et Bernardus filius suus, Henricus et Lambertus de Vreckenorst, Arnoldus Clericus, fratres Norendini, Gerhardus Brune gogravius de Telget et fratres sui, Florekinus de Specke, Otto de Sendene, Hugo de Walshem, Johannes de Gisenberge et alii quamplures fide digni.

Das Siegel des Bischofs, das mit grünen und rothen seidenen Fäden befestigt war, ist jetzt verloren.

## 348.

*Ludolfs, Bischofs zu Münster, Urkunde über die Vertheilung des bischöflichen Haupthofes zu Beckum und des Gutes Modewic.* 1238 *November* 1. — *Hier nach Erhard's Abschrift des Orig. in dem Archive der Stadt Beckum; Copie Msc. II,* 23. *p.* 69; *gedruckt Niesert U.-S. II,* 402.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus etc. declaramus, quod cum nos provida deliberatione perspexissemus, redditus episcopalis mense plurimum ex distractione curtis nostre in Bekehem augmentare posse, agros predicte curtis civibus ibidem ad excolendum duximus locandos. De consilio igitur maturo et assensu priorum capituli et ministerialium ecclesie nostre Monasteriensis, cum villico Johanne ac uxore sua Elizabet, cum pueris eiusdem E. tam ex priore viro quam ex secundo susceptis, ut a curte cum suis attinentiis cederent, convenimus in hanc formam. Idem Jo. villicus et uxor sua cum pueris predictis, curtem, iudicium, molendinum Bekehem et mansum Modewic in manibus nostris spontanee resignabant. In cuius rei conpensationem data ipsis quadam pecunie summa, tam ipsos quam pueros libertati condonavimus, et extunc cum fidelitatis iuramento in ministeriales Monasteriensis ecclesie recepimus, excepta Hadewige filia prioris viri, que libera mansit, in cuius ocum subiit Gerthrudis filia Wicboldi, ius ministerialis habitura. Concessimus insuper villico et uxori sue, in titulum iuris quod wicbilethereth dicitur, de agris curti attinentibus duodecim iugera, quod vulgo morgen sonat, pro libitu villici eligenda, de quibus annuatim duodecim denarii Monasteriensis monete episcopo

in signum dominii solventur. Hii agri post mortem villici et uxoris sue pueros hereditario iure contingent, et medietas agrorum tunc cedet pueris viri prioris, reliqua duobus pueris villici Johannis, qui si sine prole decedant, illa medietas redibit ad pueros priores, et de illis versa vice, nec vacare poterunt agri predicti aliquo de prefatis pueris superstite vel eorum herede. Item assignavimus villice [1]) et filio eius Ecberto, quem villicatio contingere debuerat, duodecim alios agros pro usufructu, quoad vixerit uterque vel alter eorum, retinendos, qui eis mortuis episcopo tunc vacabunt. Donavimus preterea villico et villice duas areas cum omnibus edificiis in fundo curtis, unam ubi domus ipsa stetit, et aliam ad plateam que ab occidente ad forum tendit, quas cum edificiis pueri Johannis habebunt, et si eos sine prole mori contigerit, ad alios pueros devolventur, quatuor denariis annuatim episcopo pro unaquaque area solvendis. Ut autem hec eis et eorum heredibus firma permaneant et inconvulsa, presentem paginam conscribi fecimus et sigillo nostro insigniri. Testium nomina sunt hec: Wilehelmus Monasteriensis prepositus, Godefridus decanus, Bernhardus vicedominus, Hermannus de Didinghoven canonicus, Arnoldus noster capellanus, Bernhardus notarius, Volquinus notarius, Hinricus viceplebanus in Bekehem, Volquinus plebanus in Velheren; Wicboldus de Holte, Otto de Horstmare, Conradus burgravius de Stromberg, Godefridus burgravius de Regchethe, Herimannus de Mervelde, Bernhardus et Fridericus fratres de Menhuvele, Albertus dapifer, Johannes camerarius, Rotgerus de Bekehem, Everhardus de Werne, Albertus de Holnhorst, Hermannus et Bertrammus fratres de Hakenez, Lambertus de Vrekenhorst, et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XXXVIII°. kalend. Novembr., presidente Romane sedi papa Gregorio VIIII°, regnante Friderico imperatore augusto, indictione XIIa, pontificatus nostri anno XIII°.

**Das Siegel ist in einen leinenen Ueberzug eingenäht und ganz zerbröckelt.**

## 349.

*B. Ludolf gründet, indem er die Äcker des bischöflichen Hofes Telgte nach Weichbildsrecht unter die daselbst wohnenden Ministerialen und Bürger vertheilt, die dortige Burg. 1238 — Abschr. Msc. II, 23. p. 57; hieraus [2]) gedr. Niesert U.-S. II. p. 411.*

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum etc. notum esse volumus universis hanc paginam inspecturis vel audituris, quod propter bonum et commodum ecclesie nostre, cuius utilitati non negligende debita sollicitudine semper debemus insistere, de consilio prelatorum ac totius capituli nec non et ministerialium ecclesie nostre, agros curtis nostre Telgeth eo iure, quod dicitur wicbilethe, distribuimus inter ministeriales ecclesie nostre ibidem degentes et eiusdem opidi cives, ut novelle munitionis locus sic circa initium sui aliquo modo incrementum sumeret, et inposterum utili propagatione rerum et civium eo facilius dilatari posset, reditibus episcopalibus ex huiusmodi distributione non diminutis in aliqua parte sed potius ampliatis, cum de unoquoque iugere sub debito pensionis annue duo modii dimidie mensure [3]), videlicet siliginis et ordei, successoribus nostris et nobis perpetuo sint solvendi. Areas vero nostras ibidem sitas, quas memorati ministeriales et cives eodem iure tenebunt a nobis, ita locavimus, quod eorum quilibet III pullos et quatuor . . . . . . . . . . . . . . . . . . subservire debet. Insuper eisdem civibus idem ius, quod opidis nostris Alen et Bekehem est indultum, sine diminutione qualibet indulgemus. De consensu etiam nostro et maioris nostri capituli et voluntate maioris prepositi est (indultum), quod iisdem ministerialibus et civibus archidiaconus in Telgeth, tunc rector ecclesie, omnes areas quas infra idem opidum de predicta tenebant ecclesia, sub ea, qua nostre

[1]) So Erhard's und Kindlinger's Abschriften; „villico“ Niesert.

[2]) Und nicht, wie Niesert will, „ex copia antiqua arch. oppidi Telget“.

[3]) Niederdeutsch „halfspel“; halb Roggen, halb Gerste.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

posite sunt, pensione posuerit in perpetuum eodum iure. Igitur ad obviandum calumpnie succedentium et ad maiorem nostri facti firmitatem habendam, presentem paginam exinde conscribi fecimus et nostra et maioris prepositi et decani et ecclesie impressionibus communiri. Acta sunt hec anno gratie M°. CC°. XXXVIII°, pontificatus nostri anno tertio decimo, presentibus hiis: Wilhelmo fratre nostro maiore preposito, Godefrido decano, Godefrido S . . . . . . co Zutphaniensi prepositis, Gerlaco de Oldensele et Ludolpho sancti Mauritii prepositis, Wilhelmo vicedomino, Nicolao, Bernardo cellerario, Johanne Werencen, Stephano cantore, Hermanno de Oydinchove, Francone de Hornen, magistro Alberto, Johanne de Huvele et aliis multis de capitulo; laicis vero: Wicboldo fratre nostro, Bernardo de Menhuvele, Hermanno de Monasterio, Hermanno iudice de Warenthorpe, Bertramo iudice Monasteriensi, Bernardode Sudbeke gogravio de Telghet et aliis quam pluribus.

## 350.

*B. Ludolf verleiht dem Kl. Hohenholte das Recht sich unter den Münsterschen Ministerialen einen absetzbaren und nicht erblichen Vogt zu wählen.* 1238. — *Or. Kl. Hohenholte* 9; *Abschr. Msc. II,* 23. *p.* 39; *gedr. Niesert U.-S. II,* 399.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolphus Dei gratia Monasteriensis episcopus universis — — — duximus declarandum, videlicet quod cum advocatia ecclesie in Honholte vacaret, et ius de instituendo advocato ad nos foret devolutum, accedens ad presentiam nostram Holoferna priorissa eiusdem monasterii in Honholte de consensu conventus sui nobis humiliter supplicavit, ut super eligendo advocato, qui vulgo swerevoget dicitur, sibi et suo conventui liberam et perpetuam daremus potestatem. Cuius petitioni de consilio prelatorum et capituli Monasteriensis prestitimus assensum, sub ea tamen forma, quod priorissa et dictus conventus de consilio nostro advocatum eligant, sed oportet quod persona que eligitur sit ministerialis ecclesie Monasteriensis. Electione autem facta, electus nobis presentari debet, per nos videlicet instituendus et confirmandus, si prospiciatur utilis ecclesie futurus. Qui etiam licet institutione de nobis adepta, si postea negligens et inutilis inveniatur, est statim amovendus, et cedet sine ulla contradictione, eo quod arbitraliter electus neque ius feodale neque ius hereditarium in predicta advocatia habeat vendicare, et extunc priorissa et domine iterum utantur sua electione. Ut autem hoc factum nostrum tam ex parte nostra quam successorum nostrorum memorato conventui firmum maneat et perpetuum, de consensu prepositi, decani et totius capituli Monasteriensis presentem paginam dominabus eiusdem claustri in Honholte tradi fecimus, et nostro sigillo et Monasteriensis ecclesie communitam. Testes huius rei sunt: Hermannus abbas Corbegensis, Wilhelmus maior prepositus, Godefridus decanus, Engelbertus Verdensis prepositus, Godefridus scholasticus, Hinricus de Lon prepositus, Ludolfus prepositus, Stephanus cantor, Bernhardus cellerarius, Johannes Werenzo; laici: Wicboldus de Holte, Franco de Sconenbeke Albertus dapifer, Andreas de Benetlâge, Bertrammus Sceding, Godefridus de Billerbeke, Hermannus de Lare et alii plures. Actum anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo octavo, pontificatus nostri anno XIII.

Die beiden Siegel sind noch ziemlich gut erhalten.

## 351.

*Otto, Graf von Tecklenburg, bekundet mit seiner Gemahlin die Eheberedung zwischen ihrem Sohne Heinrich und Jutta, der Tochter des Grafen Otto von Ravensberg.* 1238. — *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 13; *II,* 2. *p.* 15; *gedr. Niesert U.-B. I. II, p.* 7.

Universis huius scripti inspectoribus Otto Dei gratia comes de Tekeneburgh et M(echtyldis) uxor sua dilecta salutem et eterne vite felicitatem. Cum omnia que sunt in tempore moveantur cum tempore

transeant, necesse est, ut malorum prava contentio destruatur, acta hominum scripture munimine roborari. Noverint ergo universi, quod nos ex consensu et consilio uxoris nostre et cognatorum et hominum nostrorum et ministerialium promisimus, quod filius noster Hinricus, qui solus erit dominus in Tekeneburgh, filiam comitis O. de Ravensberghe, Juttam scilicet, ducturus est in uxorem sub tali forma: Quod dictus O. comes de Ravensberghe assignabit filie sue comitisse Jutten curiam Cappele cum omnibus bonis attinentibus et cum ministerialibus de Cappele infra Osenbrugghe et Thekeneburgh et Wittevelt manentibus, ita tamen ut dicti ministeriales comitis O. de Ravensbergh sint quamdiu vixerit, nisi forte filium generaret; tunc vero iam dicti ministeriales erunt filie sue et eius mariti. Si vero dictus filius moritur, tunc bona sequuntur filiam suam quousque alium comes O. heredem habeat, qui in vulgari dicitur leverve. Igitur nos assignabimus filio nostro comiti H. curiam Oythe cum omni proventu et utilitate, et illam dictus comes assignabit comitisse J. quando thorum eius introierit, quod in vulgari appellatur morgengave. Preterea ministeriales Oythe manentes dabimus nos filio nostro comiti H., ut ipse eos dicte comitisse assignet ad morgengave. Item comitiam Sygeltra [1]) assignabit filius noster dictus domicelle dicte superius sub tali forma, ut si forte moriatur filius noster comes H. sine herede, quod dicta domicella comitissa J. possidebit sibi assignata pacifice; cum mortua vero fuerit, bona que sibi fuerant assignata redibunt Thekeneburgh et ad iustos heredes illos. Si forte moriatur comitissa J., quod dictus filius noster comes H. possidebit bona sibi assignata pacifice; post mortem vero suam, bona sibi assignata redeant Vlotowe et ad iustos heredes illos. Item si medio tempore moriatur dicta comitissa J. et comes O. de Ravensberghe aliam generaret, illam ducet comes H. filius noster, et sic de singulis quousque comes O. iustum heredem habeat qui in vulgari appellatur leverve. Igitur omnes filie, quas generat comes O. dictus, equaliter possidebunt hereditatem suam, nisi eas moniales faciat. Preterea dictus comes O. et nos habebimus liberum arbitrium faciendi de hereditate nostra quod nobis placitum fuerit. Igitur post mortem comitis O. de Ravensberghe, recipiet filia sua comitissa J. hereditatem suam Vlotowe et omnem hereditatem suam in superiore parte Wyttenvelde cum omnibus ministerialibus attinentibus; uxor [2]) vero sua possidebit Vechtam et Lunne et Vrysenbergh et Frysiam et omnia hiis attinentia cum ministerialibus [3]); item omnia bona, que iacent in inferiore parte Wyttenvelde, possidebit quiete; post mortem vero suam filia sua comitissa J. bona omnia enumerata pacifice possidebit, si comes O. de Ravensbergh iustum alium heredem non habeat. Mechtyldis vero comitissa de Tekeneburgh et uxor nostra curiam Berghe et curiam Damme, curiam Hesepe, curiam Werse cum omnibus attinentiis possidebit; cum vero mortua fuerit, dictas curias possidebit filius eius comes H. supradictus. Item dominus Ludolfus de Stenvorde vir nobilis et Jo. de Ahus vir nobilis promiserunt fide data, quod filius noster comes H. ducet filiam O. comitis de Ravensberghe comitissam Juttam; item dicti nobiles promiserunt fide data, quod comitissa S(ophia) possidebit bona sua que ipsi superius enumerata sunt pacifice. Igitur dicti nobiles promiserunt fide data, quod si comes H. moreretur antequam condormiret comitisse J., ipsa debet remitti virgo comiti O. de Ravensbergh et suis ministerialibus et hoc etiam promiserunt omnes ministeriales nostri et iuraverunt in reliquiis. Igitur comes H. non ducet comitissam Juttam ante XIII. annos, nisi ex voluntate comitis O. fuerit et uxoris sue et ex voluntate nostra et uxoris nostre. Super hiis omnibus, ut compleantur, iuraverunt et promiserunt fide data ministeriales omnes utriusque partis. Acta sunt hec anno domini M°.CC°. tricesimo octavo.

---

[1]) „Sögel", vgl. Diepenbrock, G. d. Amts Meppen p. 156. — [2]) Sophia. — [3]) Man vgl. die Urk. oben Nro. 229.

## 352.

*Vertrag der Edlen Hermann von Lon und Ludolf von Steinfurt in Betreff der Befestigung der ihnen gemeinschaftlich zugefallenen Burg Bredevoord. 1238. Varlar. — Hier gedruckt aus dem Original der Erneuerung von 1247. Fr. Münster U. 72* [1]*; Abschr. Msc. 1, 1. p. 40; gedr. Niesert U.-B. II. p. 379.*

H(ermannus) nobilis de Lon, universis presentem paginam inspecturis salutem in Domino etc. Innotescat igitur tam presentibus quam futuris, quod dominus L(udolfus) nobilis de Stenvorde et ego H. de Lon castrum Bredervorth, iure hereditario ad nos duos eque devolutum, et uterque alteri suam partem castri, ego suam versus aquilonem, ipse vero meam partem alteram inter cognatos et amicos professus et recognoscens manifeste, communi consilio et equis expensis structura muri firmare condiximus. Ad huius rei processum dimidietatem lapidum castri quondam in Lon, exceptis lapidibus turris, ad predicti muri structuram mecum inchoandam sibi benivolus contuli et assignavi. Preterea ne quis nostrorum alterum sine consilio vel consensu alterius in structura prevaleat prefata, suam partem augendo videlicet vel prefirmando, vicissim compromisimus. Item ne etiam alter nostrorum sine consilio vel consensu alterius aliquem sibi advocet amicitias secum contrahendo, qui suspicionem et timorem castri alteri possit generare, similiter compromisimus. Huius rei sunt testes: dominus Hinricus plebanus in Stenvorde, Godefridus de Elen, Symon de Gemene, Gotscalcus de Rene, Rodolfus advocatus de Synderen et A. frater suus, Gotscalcus de Burin, Thidericus et Gotscalcus fratres de Bekelo, Gerhardus Bulzinc, Thidericus de Mizthe, Arnoldus de Willen, Hinricus de Havekesbeke et Hinricus de Lecden milites et alii quam plures. Actum in gymnasio apud claustrum Varlare a. i. d. M°. CC°. XXXVIII°.

Insuper ut hec prehabita promissio inter dominum L. supradictum et me firmior et stabilior permaneret, in castro Stenvorde fide media vicissim adhibita ipsam iterato compromittendo stabilivimus, domino Arnoldo de Synderen, Johanne de Lecden, Waltero dapifero militibus et Johanne capellano presentibus. Ut autem id factum tam a posteris quam presentibus nulla perturbari possit calumpnia, presentem paginam uterque conscribi fecimus et alterius sigilli munimine roborari. A. D. M°. CC°. XLVII°.

Das anhängende Siegel Hermanns von Lon hat gelitten; in dem darin befindlichen Herzschilde sind die drei wagrechten Balken und die drei Vögel des Lon'schen Wappens indessen noch zu erkennen.

## 353.

* *Der Edle Bernhard von Lippe schlichtet einen Streit zwischen dem Kloster Liesborn und dessen Vasallen. 1238. — Or. Kl. Liesborn U. 50; Abschr. Msc. 1, 99. f. 35; I, 101. f. 22; II, 203. p. 38.*

✝ In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernardus de Lippia abbati et conventui Lesbernensi in perpetuum. Noverint universi tam futuri quam presentis evi fideles, quod sicut quamplurium veridica relatione didicimus, olim miles quidam Bertoldus nomine curtim in Adene cum duobus mansis, Ophusen videlicet et Vechtlere, de manu Lesbernensis abbatis tenuerat in feodo, quę postmodum eodum B. viam universe carnis ingresso, cum ea vacare contingeret, uxore sua Margareta usum fructum tantum in eis retinente, bonę memorie Wernherus tunc temporis Lesbernensis abbas stipendio et prebendę fratrum suorum pia contulit liberalitate. Deinde eadem Margareta cuidam Hinrico de Herevelde nubente, cum occasione falsi privilegii sub nomine iam dicti Wernheri abbatis eadem M. ius feodi in eisdem bonis sibi vendicaret, substantiam rerum una cum marito suo devastando, licet idem W. datum a se privilegium iureiurando diffiteretur testesque inscripti eidem privilegio manifeste contradicerent, Burchardo tandem abbate

[1]) ibidem 194 u. 73 liegen noch authentische Transsumpte dieser U. aus d. Jahren 1284 u. 1316 vor.

successore iam dicti W. cum suo conventu contra prefatos Hinricum et Margaretam sub iudicibus a sede apostolica delegatis diucius laborante, post diversas hinc inde apostolicę sedis commissiones Volrado maiore preposito et Volquino sancti Petri canonico Paderbornensi super eadem causa ad instantiam iam dicti monasterii a domino papa delegatis, cum iam dictus H. nichil aliud iuris in eisdem bonis nisi feodum uxoris suę sibi addiceret, lite super principali coram eis contestata, idem iudices, cognitis diligenter hinc inde causę meritis, sententiam pro iam dicto monasterio tulerunt diffinitivam, parti adversę perpetuum super eisdem bonis silentium imponentes, sicut per instrumenta super hoc confecta liquido comprobatur. Prefatis igitur abbate et conventu in corporalem possessionem rerum predictarum auctoritate iudicum suorum inductis et excommunicatis contradictoribus, sepedictis etiam H. et M. quia post inhibitionem iudicum ipsorum se de bonis eisdem intromiserant excommunicatis et publice denunciatis, nos super laboribus et vexatione utrarumque partium condescendentes, maxime cum idem cenobium a progenitoribus nostris iure advocatię nobis attineat, partes nostras ad bonum pacis interponere curavimus. Ad nostrę igitur ammonitionis et laboris instantiam, in Hartwicum plebanum Lesbernensis ecclesię, Achillem iudicem Lippensem, Renherum seniorem, Hermannum de Ulethe, Hinricum de Suelethe, Helmicum Amforam cives Lippenses et Hinricum de Silva militem utpote in arbitros partes utreque compromiserunt, translato in eos arbitrio ex parte monasterii in verbo veritatis, ex altera vero parte iurisiurandi religione et fide militari roborato. Qui prehabito diligenti tractatu nostra cooperante sollicitudine sunt arbitrati, quod iam dicti Hinricus et Margareta uxor eius a molestatione monasterii Lesbernensis super prefatis bonis penitus cessarent, quod de ipsis de cetero se non intromitterent, iureiurando una cum tribus filiis ipsorum et unica filia quos tantum habebant confirmarent, omnique iuri, quod iam dicta Margareta in predictis bonis ratione usus fructus vel alias habere videbatur, cum marito et heredibus ipsorum una cum privilegio supradicto in manus domini Burchardi Lesbernensis abbatis resignando totaliter renunciarent, instrumenta, siqua super sepe memoratis bonis contra prelibatum monasterium de cetero exhiberentur, invalida et nullius esse momenti decernentes, et versa vice abbas et conventus Lesbernensis pro tali resignatione ac recognitione XL[a] quinque marcas persolverent. Quod et factum est. Nam in crastino Egidii abbatis apud cęnobium Capellense arbitrio sollempniter publicato, datis ab abbate et conventu memorato pro summa prefatę pecunię fideiussoribus idoneis, iam dictis Hinrico et Margareta secundum formam pretaxati arbitrii per omnia procedentibus, in presentia nostri et conventus Lesbernensis et quamplurium honestorum virorum sepe dicta M. omni iuri quod in eisdem bonis ratione usus fructus vel alias habere videbatur una cum marito et tribus filiis supradictis in manus dicti abbatis Lesbernensis resignando totaliter et voluntarie renunciavit, quod de ipsis de cetero se nullatenus intromitterent tam matre quam filiis tactis sanctorum reliquiis iureiurando confirmantibus. Sequenti etiam die in presentia consulum et quamplurium civium oppidi Lippensis in domo concilii idem arbitrium, resignationem et bonorum eorundem abiurationem protestantes, privilegium supradictum in manus Lesbernensis abbatis resignarunt, unica ipsorum filia, quam habebant, bona sepius dicta cum resignatione in manus dicti abbatis facta similiter abiurante. Cum igitur de iure monasterii Lesbernensis tam per sententiam iudicum diffinitivam, quam per huiusmodi transactionem ac voluntariam bonorum resignationem, necnon et ipsorum abiurationem nobis constet legitime, volentes in hiis, que nostra cooperante sollicitudine in bono pacis sunt composita, insidiosis futurorum obviare calumpniis, paginam hanc inde conscriptam sigilli nostri et oppidi Lippensis impressione, una cum sigillis de Lippia et de Capellis prepositorum qui huic bonorum resignationi et abiurationi presentes affuerunt, cautum duximus roborari. Testes huius rei sunt: Engelbertus quondam Osnabrugensis electus, Godefridus prepositus sancti Martini in Monasterio frater eius, Hermannus de Thedinchove canonicus Monasteriensis, Lutfridus sacerdos camerarius Lippensis, Hinricus de Molendino sacerdos ibidem, Conradus sacerdos ordinis Premonstratensis cappellanus prepositi Cappellensis; milites: Alradus dapifer de Rethe, Achilles iudex Lippensis, Remfridus de Scorlemere, Hermannus de Bostorpe, Rolandus de Vrekenhorst, Fretherícus Boliko, Sifridus de Huffe; cives Lippenses: Johannes et Theodericus magistri consulum, Rotgerus de Grimelinchusen, Johannes mercator et

alii quam plures. Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis M°.CC°.XXX° octavo, presidente Romanę sedi domno Gregorio papa nono, anno pontificatus eius duodecimo.

Die an der Urkunde hängenden vier Siegel haben gelitten.

## 354.

*Graf Conrad von Rietberg, aus der Familie der Grafen von Arnsberg, bekundet dass Ecbert von Rokinhusen seinen Ansprüchen an Urincdorpe gegen eine Entschädigung entsagt habe.* 1238. — *Orig. Kl. Marienfeld U.* 87; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 133; *gedr. v. Ledebur Arch. VI,* 169.

In nomine Domini. Conradus Dei gratia comes Arnesbergensis. Noverint universi, quod Ecbertus de Rokinhusen cum Alberto filio suo suam quam contra cenobium campi sancte Marie habuit actionem, videlicet super manso Urincdorpe, in quo sibi ius quoddam iniuste vendicaverat, duabus marcis acceptis coram nobis nostro in castro Retberg funditus resignavit. Quo facto quesita et data est sententia, ut si iam dictum Ekbertum aut aliquem de suis contra prefatam ecclesiam insolescere contigerit, ipsa ecclesia potius quam pars adversa suam iusticiam probandi liberam habeat facultatem. Actum anno gratie M°.CC°.XXXVIII°. Testes autem sunt: Rodolfus de Bocholte et Hermannus frater ipsius, Otto de Odeslo, Otto de Sendene ministeriales nostri; item Rodolfus abbas, Arnoldus, Wernerus cellararius, Heinricus et Johannes sacerdotes et monachi eiusdem abbatis.

Das Siegel des Grafen ist fast ganz zerstört.

## 355.

* *Der Villicus von Essen verpachtet einem Coesfelder Bürger ein Gut in Hembrucgen.* 1238. — *Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p.* 11.

Thetmarus iudex et consules Cosveldie omnibus presentia visuris salutem. Presentibus protestamur, quod Hermannus miles de Ringelendorpe villicus in Essende contulit sub pensione XXXIII denariorum mansum in Hembrucgen Wilhelmo filio Liborii [1]) burgensis nostri, Methildi sue uxori et uni puero eorundem, presentibus istis: Gerhardo et Rotgero de Wulfen militibus, Antonio filio Ledersackes et aliis pertinentibus ad villicationem dicti Hermanni. Comparuit autem postea idem Her. coram iudicio Cosveldie et recognovit dictum mansum predictis, videlicet Wilhelmo concivi nostro, Methildi uxori sue et uni puero eorundem, coram nobis in figura iudicii contulisse. Sepe dictus vero W. dedit uxori patrui sui Hildegundi summam unam, ut cessaret ab usufructu, quem habuit in medietate dicti mansi. Acta sunt hec Cosvelde coram istis: Hermanno villico supradicto, Lamberto milite dicto Gretehase, Aszo Divite, Godefrido Spechenne, Thethardo Blesse, Conrado Benninc, patre suo Godefrido, Henrico Huninc, Johanne filio Yde, Johanne de pomerio et aliis, Godefrido Spechenne vicem Thetmari iudicis tunc gerente. Ad tale factum sigillum nostrum presentibus est appensum. A. M°. CC°. XXXVIII°.

## 356.

* *B. Ludolf bestätigt die Verpfändung eines Zehnten an das Ludgeri-Stift zu Münster.* 1239 *März* 14. — *Abschr. sæc. XIV. Msc. I,* 70. *p.* 8; *hieraus Copie Msc. II,* 13 *p.* 92 *u. IV,* 3. *p.* 165; *Transsumpt des J.* 1516 *St. Ludgeri U.* 2.

L(udolphus) Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Notum sit omnibus tam posteris quam presentibus, quod Hermannus miles de Monasterio noster ministerialis decimam in parrochia Stenvorde, quam in pheodo

[1]) „Tiborii" die Handschrift.

de manu nostra tenebat, pro quinquaginta marcarum Monasteriensium coram nobis et ex consensu et auctoritate nostra ecclesie beati Ludgeri in Monasterio pignori obligavit, astante uxore sua legitima et simul cum ipso prefatam decimam in nostris manibus resignante, cuius nos eidem ecclesie in offensam et prestamus et tunc prestitimus warandiam. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam sigilli nostri munimine roboratam ecclesie contulimus antedicte. Testium autem qui presentes fuerunt nomina sunt hec: prepositus Hinricus de Lon, vicedominus, decanus sancti Pauli, decanus et conventus sancti Ludgeri; Albertus dapifer, Brunstenus, Bertrammus iudex, Hinricus de Emesbroc, Hermannus Decanus, Hermannus de Mase milites; Johannes Nicinc [1]), Johannes Dangere, Lubertus Clericus, Egbertus Episcopus, Albertus scabini Monasterienses, camerarius et alii quam plures, tam clerici quam laici. Datum anno Domni M°. CC°. XXXIX°, secundo Ydus Marcii, pontificatus nostri anno tredecimo.

## 357.

*B. Ludolf bestätigt die von seinen Vorgängern der Pfarre zu Werne verliehenen Rechte und Freiheiten.* 1239 *März* 22. apud villam Wernen. — *Or. Fr. Münster U.* 57; *Abschr. Msc. II,* 45. *p.* 49; *gedr. Kindlinger Volmestein II,* 130.

Ludolphus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Quod Herimannus, Otto et Theodericus, Monasterienses episcopi beate memorie, ecclesiasticis Wernensis parrochie scripserunt et confirmaverunt, nos quoque eiusdem Wernensis ecclesie libertati consulentes scribimus et confirmamus, ut neque in transposita dote, neque in domo sacerdotis ullus umquam advocatus vel subadvocatus, seu alterius cuiuslibet dignitatis aut officii persona litem vel calumpniam audeat suscitare, seu aliquam temporalis incommodi exactionem imponere. Eiusdem libertatis esse volumus et sub anathemate precipimus areas eiusdem ecclesie doti specialiter attinentes, ut neque advocatus neque aliquis subadvocatus aut ulla cuiuslibet dignitatis aut officii persona prefatas areas et homines eas inhabitantes, similiter et cerocensuales iurisdictionis sue titulis aut exactionibus gravare presumat, quia non seculari sed ecclesiastico iuri mancipate esse dinoscuntur. Sive igitur sit indigena sive advena, quicumque in iam dictis areis defunctus fuerit, eius hereditas iudicio plebani subiacebit. Si contigerit aliquem de cerocensualibus mori absque herede, hereditatem eius ecclesiasticus accipiet. Idem esse volumus de advenis, qui sine herede moriuntur in cunctis domibus ecclesie Wernensi attinentibus, nichilque iuris advocato vel subadvocato recognoscet. Confirmamus etiam sacerdoti Wernensi duas agrorum nostrorum extremitates in prato ipsius concurrentes, sic tamen ut inde duos annuatim nummos persolvat, unum videlicet in curtim nostram, alterum in mansum nobis attinentem. De agris etiam, qui vulgo dicuntur hurlant, omnem prohibemus exactionem. Hanc itaque paginam sigillo nostro roborantes omnem eius temeratorem, nisi resipuerit, eterno anathemate obligamus. Testes sunt: Hugo prepositus Capenbergensis, Bernhardus cellerarius, Bernhardus ecclesiasticus, Herimannus sacerdos,

---

[1]) Ohne Zweifel derselbe, welchem ein Grundstück in der Nähe des Servatii-Kirchhofes gehörte, worüber uns im Msc. I, 69. f. 156. folgende undatirte Urkunde erhalten ist:

Henricus iudex, Swederus de Borchorst, Themarus de Rene, Ludovicus Juvenis aliique Monasteriensis civitatis consules et cives universis presentibus et future etatis fidelibus in Domino salutem. Vestram scire desideramus noticiam, quod area quedam proxima cimiterio sancti Servatii ab australi parte, integra et indivisa, ducentos et quadraginta habens pedes in longitudine et quinquaginta octo in latitudine, solvit annuatim duos solidos gravis monete sancto Mauritio suoque collegio in purificatione sancte Marie in memoriam Wicburgis et Lutmodis, quam aream tenet Johannes Nizonis, et ipse et quicunque eam tenuerit hoc tempore, hanc solvet pecuniam.

Das Kloster Niessing hat wohl von dieser Familie den Namen.

Albertus custos, Wilhelmus vicedomnus, Bernhardus notarius; Adolphus comes, Gerwinus de Rinkenrodhe, Bernhardus de Menhuvele cum duobus suis fratribus, Adolphus de Boyne cum suis fratribus, Johannes de Wikedhe et Heinricus de Asle sacerdotes, Everhardus iudex et filii sui Ludewicus et Everhardus, Ludolphus filius Alexandri, et alter Ludolphus de Wernen et alii quam plures. Actum anno gratie M°.CC°.XXXVIIII°; datum apud villam Wernen, XI° Kalendas Aprilis.

Das früher an grünen und rothen seidenen Schnüren befestigte Siegel ist verloren.

## 358.

** B. Ludolf nimmt die Besitzungen des Kl. Metelen in seinen Schutz.* 1239. — *Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive; Abschr. Msc. II,* 12. *p.* 53.

L(udolphus) Dei gratia Monasteriensis episcopus. Omnibus presens scriptum inspecturis utriusque vite beatitudinem et eterni luminis claritatem. Justis petentium desideriis facilem nos decet prebere consensum et vota que a rationis tramite non discrepant, effectu prosequente complere. Eapropter dilecte nobis in Christo ac devotissime filie nostre domne G(ertrudis) Methelensis ecclesie abbatisse devotis precibus inclinati, areas quascumque iusto titulo et bona fide ad usus necessarios ecclesie sue Methelensis comparavit aut alias conquisivit vel adhuc forte conquirere poterit, ipsi et suis successoribus scripto nostro confirmamus et sigilli nostri appensione roboramus sub pena excommunicationis districtius inhibentes, nequis hominum aliqua illarum edificando aut alio quocumque alienationis modo ab ecclesia Methelensi abstrahere presumat. Datum anno Domini M°. CC°.XXXIX°.

Das Siegel ist nicht erhalten.

## 359.

** B. Wilhelm von Minden belehnt Sophie, Gemahlin Otto's Grafen von Ravensberg, und deren Tochter Jutta mit allen Gütern, die dieser von der Mindenschen Kirche besitzt.* 1239. — *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 11.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Wilhelmus Dei gratia Myndensis episcopus ecclesie notum esse cupimus omnibus ad quos presens scriptum pervenerit, quod nos, pensata fidelitate et devoto affectu, quem comes Otto de Ravensbergh in negotiis et factis Myndensis ecclesie antecessoribus nostris et nobis constanter exhibuit, omnia bona que de manu nostra tenuit quocunque iure vel tytulo uxori sue Sophie, non eo iure quod vulgo dicitur esse lyftucht, sed in feodo perpetuo indissolubili concessione contulimus possidenda. Ut autem hec stabilia et illibata permaneant, presens scriptum inde datum sigilli nostri appensione robur habere fecimus firmitatis. Igitur noverint universi, quod nos omnia bona que comes O. dictus a nobis tenuit filie sue Jutten eo iure, quo matri eius Sophie prenominate, possidenda contulimus. Testes huius rei sunt: fidelis noster nobilis dominus Gotscalcus de Thyfholthe, dominus Gotscalcus de Loon, Conradus de Thyfhoolthe, Ludolfus Fortis, dominus Conradus de Hamelsprynghe, dominus Bruno de Spenthove, canonicus Myndensis maior, dominus Justatius de Vorneholte, dominus Thymmo et Hermannus fratres de Callenttorp, Arnoldus de Vorneholte, Ludgerus de Werle, Hinricus de Volmerinchusen. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. tricesimo nono.

## 360.

*B. Engelbert's von Osnabrück Urkunde über das Verhältniss der Hörigen des Kl. Marienfeld in seinen Landen. 1239 Sept. 4. Iburg. — Or. Kl. Marienfeld U. 90; Abschr. Msc. II, 11. p. 134; II, 77. p. 184; gedr. Kindlinger Hörigkeit p. 267.*

E. Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus omnibus hoc scriptum inspicientibus notum facimus, quod omnes attinentes claustro sancte Marie in Wadenhart taliter in nostra potestate vel civitatibus recipimus, quod dicta ecclesia iure suo in suis litonibus non privetur. Et hoc quod in posterum infringi non possit, sigilli nostri et civitatis nostre Widenbruc munimine roboramus. Datum Iburch anno Domini M°.CC°.XXXIX°, II Nonas Septembris, pontificatus nostri anno primo.

Nur von dem Siegel des Bischofs ist ein Bruchstück erhalten.

## 361.

** Der Prior und der Convent des Kl. Liesborn treffen nach dem Tode ihres Abts verschiedene Anordnungen in Bezug auf die Einkünfte des Klosters und beschwören deren treue Befolgung. (1239 bald nach dem 5. März.) — Or. Kl. Liesborn U. 51; Abschr. Msc. I, 99. f. 123.*

H(ildegerus) prior et conventus Lesbernensis. Pateat omnibus, quod bone memorie abbate Burchardo viam universe carnis ingresso [1]), de consensu universorum capituli nostri ordinatum est, quod locatio curtis in Hasekenbrugge et molendini in Gutinge et duarum domorum in Herinctorpe, videlicet quam inhabitat Renherus et que fuerat Fretherici fratris Godefridi de Aleken, necnon et domus in Ulinctorpe et domus in Sunninchusen, de cetero pertineant ecclesie nostre cellerario quicunque fuerit. Reditus autem molendini quod vulgo dicitur Bukemule deputati sunt fratribus nostris in ipsorum minutione [2]) cum marca que de molendino eis ex antiquo solvebatur. Pisces autem, qui de molendino proveniunt, frater conversus sive laicus ibi inhabitans cellerario nostro assignabit, ut ipse tam abbati quam hospitibus et conventui inde provideat; frater conversus si ibi defunctus fuerit, quicquid ibi in mobilibus inventum fuerit, abbas nichil nisi de consensu conventus ordinabit. Thidericum villicum in Hasekenbrugge et uxorem eius ac filios, qui officio abbatis pertinent, abbas quicunque fuerit cellerario nostro in concambio dabit recipiens ab eo alios eiusdem estimationis. De domibus, que libere nominantur, que de cetero conquisite vel comparate fuerint, ordinatum est, quod locatio ipsarum cellerario pertineat, nisi frater conversus ibi locetur. De glandibus que proveniunt de curti in Adenen, cellerarius quicunque fuerit duas partes, frater vero conversus illic inhabitans terciam partem percipiet; hospitali autem nostro quatuor porci inde pascentur. Hiis omnibus ita ordinatis, universi fratres nostri in verbo Domini iuraverunt, quod ordinationem istam nunquam infringerent et nec verbo nec facto, occulte vel manifeste, nec consilo nec auxilio nec consensu eam aliquando irritam facere vellent.

Das anhängende merkwürdige Siegel des Convents ist so beschädigt, dass die Figuren der heiligen Cosmas und Damian darin kaum noch zu erkennen sind.

---

[1]) Nach dem Necrolog. Lisborn., Abschr. Msc. II, 203. p. 27., starb Abt Burchard am 5. März, war aber nach Nro. 345 am 28. Mai 1238 noch am Leben. Da nun die folgende Urkunde v. 1239 schon seinen Nachfolger Godschalk unter den Zeugen anführt, so kann sein Tod nur auf den 5. März 1239 fallen.

[2]) D. i. wenn die Mönche zur Ader liessen, was in einzelnen Klöstern regelmässig fünf Mal im Jahre geschah. Vgl. Du Cange s. v. minuere.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 362.

* *Ritter Everhard von Erwitte verkauft einige ihm von den Edlen von Itter übertragene Lehen an das Kl. Liesborn.* 1239. — *Or. Kl. Liesborn U.* 52; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 27; *I,* 101. *f.* 30.

Universis presentem litteram inspecturis Everhardus de Ervethe miles salutem in auctore salutis. Noverint universi, quorum scire interest, quod concremato molendino Lisbernensis ecclesie in Gutinge, cum . . abbas et conventus Lesbernensis in locis inferioribus in quibus antiquitus usum molendini possederant reedificare proponerent, conventione inter me et ipsos facta de certa pecunie summa, quatuor videlicet marcis fertone minus, agros eidem molendino adiacentes versus australem partem Lippie fluminis, quos de manu nobilium virorum Segebodonis et Conradi de Itere a progenitoribus meis loco hominis in feodo tenebam, dictis . . abbati et conventui sine omni prestatione decimarum cum filia mea Sirade adhuc virgine sed in annis pupertatis constituta, que sola ex filiabus meis eadem bona de manu dictorum nobilium susceperat, pro annua pensione IIII^or^ modiorum avene Lippensis mensure ad omnem usum ipsorum perpetuo tradidi possidendos. Nichilominus etiam partem agrorum que vulgo vorlanch dicitur, quos Johannes de Ervethe consanguineus meus de ecclesia Rastendensi in feodo tenebat, meis agris adiacentem, sub eadem pensione dictis . . abbati et conventui tradidi possidendam, prefato consanguineo meo alios agros eiusdem estimationis mihi attinentes in recompensatione recompensans. Acta sunt anno Domini M^o^.CC^o^.XXXIX^o^, coram testibus ad hoc rogatis, quorum hec sunt nomina: Leonius prepositus Capellensis, Godescalcus abbas Lisbernensis, Hildegerus prior, Hermannus cellerarius, Hinricus, Bertoldus, Wernherus sacerdotes ibidem; Johannes de Ervethe, Themo de Frethehardeskereken, Fretthericus Belike, Hinricus Lepus et alii quam plures. Ad maiorem cautelam litteris presentibus rogavi apponi sigilla de Lippia et de Capellis prepositorum.

Nur das Siegel des Lippstädter Propstes ist, wenn auch sehr beschädigt, erhalten.

## 363.

* *Rudolf Abt und der Convent von Marienfeld bekunden, dass sie dem Kloster (Marien-) Münster für die Benutzung des Hauses in Oderdessen eine Rente von ihrem Hofe Stapellage zahlen würden.* Datum a. inc. MCCXXXVIIII. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 89.

Das Siegel des Abts von Marienfeld hat gelitten.

## 364.

* *Graf Volquin von Schwalenberg befreit gegen eine Geldabgabe dies Haus von den vogteilichen Diensten.* 1239. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 87^a^; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 134; *II,* 43. *p.* 165.

In nomine Domini. Volquinus comes Svalenbergensis. Actiones dum litteris firmantur, calumpniarum occasiones preoccupantur. Notum igitur sit omnibus ad quorum noticiam scriptum presens pervenerit, nos intuitu beate virginis et dilectionis fratrum in campo sancte Marie domum Oderdessen, que iure nobis advocatie deserviebat, ab omni quo tenebatur obsequio prorsus exemisse, videlicet ut perpetuo libera et absoluta permaneat, excepto quod sex solidos diversis temporibus, id est fertonem die Michaelis et fertonem in pascha, porcum etiam die Martini vel duos solidos, inde annuatim volumus exhiberi. Quod inquam ut ratum semper et inconvulsum permaneat, hoc nostri cyrographi dedimus intersignum. Anno gratie M^o^.CC^o^.XXXVIIII^o^. feliciter.

An dem Siegel Volquins — einen achtspitzigen Stern vorstellend — ist die Umschrift fast ganz zerstört.

## 365.

* *Ritter Arnold von Wicbiledhe verpfändet gewisse Güter an das Kl. Marienfeld.* 1239 *Juli* 29. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 88.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Arnoldus miles de Wicbiledhe [1]) omnibus hoc scriptum inspecturis. Noverint universi, quod ego bona mea in Retlache et in Oderrinchesen et domum in Wadenhusen et libera bona in Welpincdhorpe claustralibus de campo sancte Marie inpigneravi pro XXti marcis argenti sub tali conditione, ut si medio tempore proprietatem eorundem bonorum a dominis, ad quos ius patronatus spectat, poterunt adipisci, acceptis ab ipsis claustralibus aliis XXti marcis eadem bona eis possidenda libere teneor resignare, pro quo in memoriam huius facti cum uxore mea et parentibus plene fraternitatis beneficium ab ipsis sum assecutus. Si vero proprietatem obtinere non poterunt, usque ad restitutionem XX marcarum, quas ab eis accepi, prefata bona nichilominus possidebunt. Igitur ne huius contractus noticia in calumpniosam futurorum oblivionem inposterum devolvatur et ut ipsis claustralibus a meis heredibus inviolabilis observetur, datis a me fideiussoribus Conrado scultheto, Alberto Ilsberg, Adolfo Knigkone, Wastmodo de Hastenbike militibus et Johanne de Hosen mundiburdo puerorum meorum, in manus wenerabilis Burchardi Hamelensis decani, Henrici cellerarii, Conradi scultheti militis contractum presenti cartule commendatum petivi sigillo Hamelensis ecclesie roborari, presentibus et cooperantibus venerabilibus personis: Burchardo decano, Berthogo, Florentio custode, Florentio, Arnoldo, Johanne, Henrico de Paderborn, Hermanno, Ludoldo scolastico, canonicis Hamelensibus; Conrado scultheto, Alberto Ilsberg, Alberto Knigkone, Wastmodo de. Hastenbike, Henrico de Wenge, Roberto., Ludolfo de Affordia militibus; Johanne mercatore et filio suo Nicolao, Herboldo, Helmico de Hachemolen, Johanne Stenbuch, Karulo et fratre suo Ameluugo, Hermanno iuxta aquam civibus in Hamelen et aliis multis. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XXXIX°, IV. Kalendas Augusti.

Das Siegel ist abgefallen.

## 366.

*B. Ludolf schreibt in Verbindung mit dem Erzbischof Conrad von Cöln und den Bischöfen Landolf von Worms und Engelbert von Osnabrück,* d. d. *Cöln* 1240 *April* 8., *an den Papst Gregor IX., dass sie in dem zwischen ihm und Kaiser Friedrich obwaltenden Zwist, selbst unter Gefahr ihrer Person und ihres Lebens, der Sache der Kirche treu bleiben würden; sie bitten aber zugleich den Papst dringend, jetzt, wo der Kaiser sich der rechtlichen Entscheidung des Streits unterwerfen wolle, den Anträgen des nach Rom entsendeten Deutschordensmeisters Conrad günstiges Gehör zu schenken. — Böhmer R. J.* 1198—1254 *p.* 384, *nach den Mon. Germ. Legg. II. p.* 334.

## 367.

*P. Gregor IX. erlaubt dem Magdalenen-Hospital zu Münster einen eigenen Kapellan und einen besondern Kirchhof zu haben.* 1240 *Juni* 5. *Interamni. — Abschrift im Copiar des Hospitals p.* 35; *Msc. II,* 23. *p.* 68; *II,* 38. *p.* 94; *gedr. Niesert U.-S. II,* 418.

Gregorius episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri episcopo Monasteriensi salutem et apostolicam benedictionem. Dilecti filii, magister et fratres hospitalis sancte Marie Magdalene, nobis humiliter

---

[1]) Diese Lippesche Familie kommt in Verbindung mit den Herren von Iggenhausen im Marienfelder Archiv bis in den Anfang des 14. Jahrhunderts vor.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

supplicarunt, ut ipsis in capellula sua proprium capellanum, qui eis ecclesiastica exhibeat sacramenta, nec non cimiterium habendi ad opus fratrum et hospitum ibi decedentium licentiam concedere dignaremur. Volentes igitur in hec tibi deferre qui loci diocesanus existis, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatenus eis, si expedire videtur, postulata concedas, sine iuris preiudicio alieni. Datum Interamni Non. Junii, pontificatus an. XIV.

## 368.

* *Graf Otto von Tecklenburg schenkt dem Kl. Marienfeld ein Gut zu Sünnighausen.* 1240 *Juli* 23. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 91; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 67.

Otto Dei gratia comes de Tekeneburg omnibus presens scriptum videntibus salutem in Domino. Sciant presentes et posteri, quod Bruno de Delsen ministerialis noster mansum in Sunninghusen, quem de manu nostra tenebat in feodo, nobis eundem cum omnibus attinentiis libere resignavit, et nos propter divinam remunerationem predictum mansum campo sancte Marie contulimus, ut altari sancte Marie in campo serviat in eternum, hec facientes cum consensu mulieris nostre Mehtheldis et filii nostri Heynrici. Anno gratie millesimo CC°.XL°. in die beati Liborii. Affuerunt etiam castellani nostri videntes et audientes, quorum nomina sunt hec: Widekinnus nobilis de Westerwinkele, Hermannus de Lon, Thomas de Thetten, Hermannus de Vrethestorpe, Johannes Stella, Lambertus Buddo et ceteri quam plures.

Mit dem Burgsiegel des Grafen.

## 369.

* *Die Priorin Aleferna von Hohenholte kauft von Johann von Borchorst einen Acker.* 1240 *August* 3. — *Or. Kl. Hohenholte U.* 10; *Abschr. Msc. II,* 23. *p.* 38.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus divina faciente clementia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. [1]) Noverit igitur tam presens etas, quam futura posteritas, quod ego Aleferna priorissa in Honholte campum qui dicitur Geversch contra dominum Johannem de Burchorst pro V marcis comparavi, quem cum uxore sua et filiis et suis coheredibus in manus domini nostri prefati episcopi resignavit. De cuius manu ego cum meo conventu recepi, istis astantibus et audientibus: domino comite de Tekenenburg, domino Ottone de Horstmare, domino Godefrido de Elen, domino Bernardo et fratribus suis, domino Franconi de Sconenbecke, domino Godefrido de Sconenbeke. Ne autem hec in dubium possint evocari, hanc paginam conscribi feci et sigillo nostro communiri. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XL°, feria sexta post vincula Petri.

Das Siegel des Bischofs hat gelitten.

---

[1]) Der Eingang dieser noch jetzt im Original vorliegenden und mit dem bischöflichen Siegel versehenen Urkunde: „Sacre scripture — corroborare" findet sich wörtlich in den Urkunden desselben Klosters a. d. J. 1227 u. 1237, oben Nro. 236 und 336, wieder. Dies und die auffallende Erscheinung, dass, obwohl Bischof Ludolf der Aussteller ist, dennoch die Priorin Aleferna darin von sich in der ersten, vom Bischof aber in der dritten Person spricht, berechtigt zur Annahme, dass die Urkunde selbst in Hohenholte nach dem Muster früherer ausgefertigt und später in Münster nur mit dem Siegel des Bischofs versehen worden ist.

## 370.

* *Ein zwischen dem Kl. Liesborn und der Stadt Lippstadt ausgebrochener Streit kommt zum schiedsrichterlichen Austrag.* 1240 *December* 1. — *Or. Kl. Liesborn U.* 53; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 12'; *I,* 101. *f.* 201.

Notum sit omnibus hanc litteram inspecturis, quod super omni dissensione mota inter . . . abbatem et conventum Lesbernensem ex una parte et universitatem oppidi Lippensis ex altera super agris, pascuis et silvis, in nos Hildegerum priorem, Philippum thesaurarium, Hinricum sacerdotem Lesbernensem, magistrum Mauricium canonicum Paderbornensem, Hinricum plebanum de Bekehem et Hartwicum plebanum Lesbernensem ex parte Lesbernensium, et ex parte Lippensium Godescalcum de Harehusen, Johannem iudicem, Volbertum ante portam, Hinricum de Angaria, Renherum iuniorem et in Thetmarum de Veleren, a partibus tanquam in arbitros extitit compromissum, tali adiecta pęna, quod iudices ad instantiam . . abbatis et conventus Lesbernensis a sede apostolica obtenti, obtenta iurisdictione sua, universitatem Lippensem et ecclesiam Lesbernensem non observantem arbitrium censura ecclesiastica, monitione premissa, possint innodare. Invocata igitur spiritus sancti gratia in hunc modum promulgando pronunciavimus, quod agri et silvę ab orientali via exteriori, que vulgo dicitur Vresenewech, versus plagam occidentalem libere relinquentur ecclesię Lesbernensi nec civitas Lippensis in eosdem agros vel silvas iumenta sua et pecora deinceps impellet nisi post messas segetes, nisi agri fuerint circumsepti et circumfossi. Reliqui autem agri et silvę ex illa parte predictę vię, que dicitur Vresenewech, versus plagam orientalem tam civibus Lippensibus quam ecclesię Lesbernensi ad pascua communia in perpetuum relinquentur. Ligna autem ex utraque parte dicte vię, tam ex orientali parte quam occidentali, ab omni succisione ecclesie Lesbernensi pacificabuntur, ita quod qui inventus fuerit eadem ligna succidere vel succidisse, ecclesię Lesbernensi tres solidos componet. Preterea . . . prepositus . . camerarius et alii sacerdotes Lippenses de altari denunciabunt ex parte nobilis viri Bernhardi domini Lippensis et consulum Lippensium, quod quicunque civium Lippensium agros Lesbernenses relictos colere voluerit iure, quod vulgariter dicitur wicbilethe, vel alii qui sunt extra oppidum ad annos certos, hoc ratum habeant tam dictus dominus B. quam consules Lippenses, nec eos quoquo modo deinceps super his impedient nec ipsorum de his offensam incurrent, et sic deinceps omnis premota questio cessabit. Acta sunt hec coram testibus ad hoc rogatis: Hermanno preposito de Stoufenberg, Leonio preposito Cappellensi, Lutfrido camerario Lippensi, Alrado dapifero Lippensi, Thimmone milite de Vrethehardeskereken, anno Domini M°.CC°. quadragesimo in crastino Andree. Et ad maiorem cautelam hiis rogavimus apponi sigilla . . . abbatis et ecclesie Lesbernensis, domini B. Lippensis, oppidi Lippensis, prepositorum et ecclesiarum Lippensis et Cappellensis.

Von den jetzt noch, aber in sehr üblem Zustande, erhaltenen vier Siegeln lassen sich die Bernhard's von Lippe und der Pröpste zu Lippstadt und Cappeln noch erkennen.

## 371.

* *Dem Dom-Capitel zu Münster wird ein Zehnten unter der Bedingung übertragen, dass die Geschichte des h. Ludger im Dome jährlich an dessen Gedächtnisstage abgesungen werde.* 1240. — *Or. Fr. Münster U.* 59; *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 280.

Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus in perpetuum. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod Weizcelus sacerdos sancti Lutgeri canonicus Monasteriensis, quandam decimam in Sendenen, scilicet de curia de Selekinc III sol. et VI den., de duabus domibus ante curiam VI den., de Vrilincthorpe II sol. cum decima minuta, iuxta Vrilincthorpe de domo que dicitur Wisch VI den. cum decima minuta, erga Warmundum militem pro VIII marcis Monasteriensium denariorum comparavit, quam idem Warmundus coram nobis constitutus in manus domini Bernardi de Menhuvele resignavit. Nos

vero supradictam decimam nobis a iam dicto milite Bernardo resignatam pro reverentia beati Lutgeri, cuius historiam perpetuo cantandam susceperunt, conventui maioris ecclesie Monasteriensis contulimus, ut exinde Deo famulantibus fiat consolatio, ita tamen ut singulis annis in festo beati Lutgeri sex solidos [1]) duobus denariis minus, quos habebit ad oblationes quando missa cantatur, procurator fratribus presentibus presentabit [2]) et sex denarios cum decima minuta habebit procurator. Ut autem hec rata permaneant, presenti cartule inscribi, et inpressionis nostre signaculo iussimus insigniri. Acta sunt hec anno d. i. M^o.CC^o.XL^o. hiis presentibus: Gerlaco preposito, Godefrido preposito, Bernardo vicedomino, Stephano cantore, Johanne Werecen, Francone celerario, Arnoldo, Weizcelo sancti Lutgeri canonicis; Hermanno de Menhuvele, Hermanno de Ludinchusen, Francone de Sconenbeke, Lamberto de Vrekenhorst, Alberto dapifero, Adolfo fratre suo, Johanne kamerario, et aliis quam pluribus [3]).

Das anhängende Siegel hat gelitten.

## 372.

** B. Ludolf schenkt der Kirche zu Bocholt ein Haus, behält aber sich und seinen Nachfolgern bei ihrem Aufenthalt in jener Stadt dessen Nutzniessung vor. 1240 — Or. Fr. Münster U. 60.*

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Sciant presentes et posteri non ignorent, quod domum Johannis quondam sacerdotis de Bocholte, nostris denariis comparatam cum area, que curti nostre pertinebat, ecclesie Bocholte et Godefrido eiusdem ecclesie legitimo vicario suisque successoribus possidendam perpetuo contulimus et habendam, tali tamen inposita cautione, quod cum nos vel successores nostros Bocholte personaliter venire contigerit, predicta mansio, quamdiu ibidem fuerimus, nostro et successorum nostrorum commodo sit subiecta; eo insuper adiecto, quod si domum predictam cum aliis edificiis in eadem area erectis aliquo casu labi contigerit vel destrui, edificia postmodum erecta memorate subiaceant cautioni etc. Acta sunt hec anno gracie M^o.CC^o.XL^o, pontificatus nostri anno quarto decimo, coram testibus subnotatis: Godefrido maioris ecclesie decano, Wilhelmo thesaurario, Gerhardo de Lon et Hermanno de Didinchove nostris concanonicis, Bertoldo sancti Ludgeri decano, magistro Alardo sancti Pauli canonico; Alberto dapifero nostro, Lamberto dapifero nostro de Landecge, Bertrammo iudice Monasteriensi et aliis quampluribus.

Das Siegel ist beschädigt.

## 373.

*Bernhard von Lippe verzichtet auf die Vogteien in Warendorf, Beckum und Ennigerlo unter der Bedingung, dass Münstersche Ministerialen dieselben von ihm zu Lehen empfangen. 1240. — Or. Fr. Münster U. 61; Abschr. Msc. I, 1. p. 74; hieraus gedruckt Niesert U.-B. I, I. 373; II, II. 512.*

In nomine Domini. Amen. Bernhardus nobilis vir de Lippia cum heredibus suis omnibus in perpetuum etc. Notum esse volumus universis hanc paginam inspecturis vel audituris, quod nos pro reverentia et dilectione domini nostri Ludolfi Monasteriensis episcopi renuntiavimus omni iuri, quod nobis competebat vel competere videbatur super decima novalium Warenthorpe et advocatia infra idem opidum cum advocatia infra opidum Bikehem et extra, et advocacia ecclesie Enengerlo, predictas advocatias et decimam in manus suas de consensu et compromissione nostrorum heredum legitime resignando, ea tamen conditione de

---

1) „solidi" die Urk. — 2) So die Urk. — 3) Eine ähnliche Stiftung machte derselbe Priester 1242 in der Aegidii-Kirche.

advocatiis interposita, quod ministeriales Monasteriensis ecclesie, qui ad hoc a domino suo Monasteriensi episcopo fuerint electi, memoratas advocatias numquam nobis vel nostris heredibus vacaturas, hominio nobis facto, de manu nostra ecclesie nomine recipiant et habeant iure feodali perpetuo possidendas, qui nobis vel nostris heredibus non dabunt Herewede quotiens eosdem prefatis advocatiis contingerit infeodari. Igitur ad maiorem super hiis firmitudinem et declarationem habendam presentem paginam exinde conscribi et sigilli nostri appensione voluimus communiri. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XL°. hiis presentibus, quorum nomina subnotari fecimus: Godefrido decano maioris ecclesie Monasteriensis, preposito Heinrico de Suhtvene, decano sancti Lutgeri, capellanis domini Monasteriensis Arnoldo, Bernhardo; Wicboldo de Holte, Ottone de Horstmare, Alberto dapifero, Lamberto dapifero, Hermanno iudice de Warentorpe, Bertrammo iudice Monasteriensi, Gernando de Vuthlinchus, Bernhardo de Suthbike, Rolando et Wiscelo de Vuhtorpe, Godefrido gogravio de Telgeth et fratribus suis, Bertoldo de Brakele, Alrado dapifero nostro, Hermanno de Ervethe, Hermanno de Lippia et aliis quampluribus.

An Pergamentstreifen hängt das Reitersiegel des Ausstellers mit der Umschrift: SIGILLUM BERNHARDI DE LIPPIA. Die Lippesche Rose findet sich sowohl auf dem Schilde des Reiters, wie auf dem Halse und dem Schenkel des Pferdes angebracht.

## 374.

* *Bernhard von Lippe entlässt Everwin den jüngern von Balhorn aus seiner Diensthörigkeit, um in ein ähnliches Verhältniss zur Äbtissin von Freckenhorst zu treten. 1240. Münster. — Or. Fr. Münster U. 62.*

B(ernardus) dictus de Lippa. Universis ad quos presens scriptum pervenerit in Domino salutem. Ad presencium futurorumque noticiam volumus devenire, quod nos Everwinum ministerialem nostrum, filium Everwini de Balehornen, sue reliquimus libertati, quem pater suus predictus Everwinus iurisdictioni abbatisse de Vrekenhorst assignavit, ut ab eadem quedam bona ministeriali iure susciperet possidenda. Ut autem hec firma maneant et inconcussa, presentem paginam munimine sigilli nostri fecimus roborari. Acta sunt hec a. D. M°.CC.XL°. in civitate Monasteriensi, viris idoneis presentibus, quorum nomina sunt hec: Godescalcus sancti Martini canonicus, Hinricus de Wolde, Sifridus de Huffe, Suetherus de Bovinclo, Anselmus de Wolde, Johannes de Lo, Arnoldus de Uthelinchusen.

Das Siegel ist abgefallen.

## 375.

* *Der Villicus Herewich verpfändet die Einkünfte des Haupthofes Wartenhorst dem Kloster Freckenhorst. 1240. — Or. Kl. Freckenhorst U. 12; Abschr. Msc. I, 94. p. 40.*

Heilewigis Dei gratia abbatissa in Vrekenhorst omnibus hanc litteram audituris in Christo Jehsu salutem. Omnibus notum esse volumus et constare, quod dominus Herewicus villicus sub hac forma curtim in Wartenhorst [1]) et omnia attinentia, tam in silvis quam in agris, in mansis et eciam in eorum locationibus, in hereditatibus, in licenciando [2]), in pensionibus, in concambiis et in omnibus aliis proventibus tam minoribus quam eciam maioribus, tam ipse quam uxor sua domina Vrederunis, in manus nostras et tocius conventus assignaverunt; addito iuramento, quod nichil predictorum sine licentia abbatisse et conventus sibi usurparent, et hoc arbitrati sunt, quod si aliquid predictorum violarent, sine spe reabendi predicta curte

[1]) Noch heute „Schulze Wartenhorst" im Kirchspiel Everswinkel. — [2]) Zur Antretung eines Besitzes oder einer Erbschaft autorisiren.

cum omnibus attinentibus privarentur. Item arbitrati sunt, quod si nimia paupertate cogente prenominatum officium vendere compellerentur, de consensu abbatisse et conventus id ordinaretur. Et pro tali assignatione curtis et proventuum abbatissa de suo granario dabit singulis annis domino Herewico et sue uxori IIII^or maltia siliginis et IIII^or ordei et IIII^or avene mensure dimidie; et cum dominus Her. et uxor sua abbatisse et conventui dederint in die Margarete XXXI marcas, absque omni contradictione curtis cum omnibus attinentiis libere in manus eorum redibit. Ordinationi tali interfuerunt: priorissa Helemburgis, domina Methelt de Arnem, domina Odegive, Hartwinus plebanus, Arnoldus canonicus, Ricbodo canonicus, Heinricus subdiaconus; Hermannus et Bertoldus fratres de Veltceten, Ricwinus de Enengerlo, Bruno villicus, Rolandus, Levoldus milites, Arnoldus de Odelinchusen, Luce, Simannus. Acta sunt hec anno gratie M°. CC°. XL°.

In dem an leinenen Fäden anhängenden Siegel, welches sehr gelitten hat, hält die Aebtissin einen Krummstab in der Rechten.

## 376.

* *Derselbe verzichtet auf die Einkünfte aus dem Grunde Witlo. O. J.* [1]*. — Or. Kl. Freckenhorst U.* 14; *Abschr. Msc. I,* 94. *p.* 39.

Heilewigis Dei gratia abbatissa in Vreckenhorst. Sciant omnes hanc litteram inspecturi, quod dominus Herewicus villicus de Wartenhorst et uxor sua Vrederunis cum heredibus eorum iuri suo, quod habuerunt in fundo Wtlo [2]) et in denariis acceptis de lignis eiusdem fundi datis sibi octo marcis resignaverunt. Huic facto interfuerunt Heinricus plebanus, Hartwinus canonicus, Hermannus miles de Indagine et frater suus Bertoldus, Levoldus miles de Grafdorpe, Ludolfus et Adolfus fratres de Walegarden, Anselmus de Leverdincdorp, Bertrammus de Walegarden, Arnoldus filius domini Bertoldi; litones curtis de Wartenhorst: Hameko de Orenbike, Bertolt de Vrilincdorp, Levolt de Tilia, Heinricus Rufus et alii plures.

Das Siegel der Aebtissin ist kleiner als an der vorhergehenden Urkunde; auch hat darin die Aebtissin einen Lorbeerzweig in der Rechten und ein geschlossenes Buch in der Linken.

## 377.

* *Bernhard von Lippe entschädigt die Äbtissin von Freckenhorst wegen seiner an ihren Eigenhörigen und Gütern verübten Gewaltthätigkeiten. O. J.* 1240—1260 [3]*. — Or. Kl. Freckenhorst U.* 13; *Abschrift Msc. I,* 94. *p.* 81.

Bernhardus dictus de Lippia omnibus hanc litteram inspecturis salutem in vero salutari. Sciant omnes littere presentis auditores, quod cum discordia verteretur inter dominam Heilewigem venerabilem abbatissam in Vrekenhorst et nos pro lesione facta sibi ex parte nostri in domo que dicitur Mersc [4]) et colono eiusdem domus Heilhardo propter captivitatem tandem mortuo, assidente nuncio domini episcopi domino Brunone de Vrekenhorst et mediante discretorum ac proborum virorum consilio, ad reabendam gratiam ipsius abbatisse et ad compescendam querimoniam, quam coram domino Monasteriense episcopo contra nos proposuerat, hanc compositionis formam tandem arbitrati sumus, ut viro competente virum mortuum

[1]) Nach den Zeugen möchte ich vermuthen, dass diese Urkunde einige Jahre später als Nro. 375 abgefasst sei.

[2]) „Witlo" im Repertorium.

[3]) Nach den Regierungsjahren der Aebtissin Heilwigis und Bernards von Lippe datirt.

[4]) Heute „Colon Mersmann" Kirchsp. Freckenhorst.

et aliarum rerum ablatarum dampna XVIII solidis solveremus, preterea domus predicta a iugo advocatie et quilibet colonus ipsius liber ab omni exaccione et eciam hospitum gravamine permaneret. Et ut hec compositio omni prorsus cavillacione careat, litteram hanc conscribi fecimus et sigilli nostri apposicione confirmari.

Das anhängende Reitersiegel Bernhard's ist beschädigt.

## 378.

*B. Ludolf überträgt dem Kloster Kappenberg ein von Otto von Horstmar resignirtes Gut.* 1240. — *Abschr. aus dem Originale Msc. II,* 45. *p.* 50; *aus einer andern etwas kürzeren Ausfertigung ib. II,* 11. *p.* 47; *aus ersterer gedruckt Kindlinger Beitr. I. U. p.* 9.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolphus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Ut facta patrum felici recordatione transferantur ad filios, notum facimus universis Christi fidelibus, quod Rodolphus adiuncta sibi manu uxoris sue Hildegundis et coheredum suorum domino Ottoni nobili viro de Horstmare mansum qui Vockeschehove dicitur prope Cappelhof situm, quem ab eo tenebat in feodo, resignavit. Dominus vero Otto, vir nobilis, Vlamersheim veniens cum consensu uxoris sue Alheidis iam dictum mansum, quia eum a nobis tenebat in feodo, in manus nostras resignavit rogans et supplicans, ut eum ecclesie Capenbergensi conferremus. Nos vero, quia ecclesiam Capenbergensem speciali affectu amplectimur, sepe dictum mansum ecclesie Capenbergensi et fratribus ibi Deo militantibus contulimus perpetuo possidendum, quem etiam prefatus dominus Otto, uxore sua annuente, sub sigilli sui testimonio fratribus una nobiscum donavit eisdem. Predictum ergo mansum iustis modis acquisitum ecclesie Capenbergensi pontificali authoritate confirmamus, statuentes insuper et precipientes, ut manipulos ad ipsum mansum pertinentes nullus decimatorum attingat, sed contenti sint redemptione nec aliquid amplius requirant. Quod etiam de omnibus agris in curtim Capelhof pertinentibus volumus et iubemus observari, videlicet, ne redemptionis limites excedendo fratrum Capenbergensium pacem perturbent. Quocirca presentem paginam sigilli nostri impressione iussimus consignari, excommunicantes omnem hominem, qui hanc donationem cassare vel infirmare, et fratribus in loco sepedicto Domino famulantibus litem vel calumpniam suscitare presumpserit. Huius rei testes sunt: Hugo prepositus in Capenberg, Liborius prepositus in Varlare, Bernardus cellerarius; Ludolphus de Stenvordia, Otto de Horstmare, Wicboldus de Holte, Gozwinus, Symon, Engelbertus de Gemene, nobiles; Bernardus de Menhovele, Godefridus de Rechede, Herimannus de Mervelde, Albertus dapifer, Johannes pincerna, Arnoldus Bastun, Johannes et Bernardus, Theodericus de Curethe et filius suus Herimannus, Engelbertus schultetus in Lon, frater Hinricus magister curtis Capelhof et alii quamplures. Datum anno Domini M°.CC°.XL°.

## 379.

*Conrad, Graf von Ritberg, schenkt dem Stifte Kappenberg einen Wald bei dem Grevinchofe, welchen Alexander von Werne resignirt hat.* 1240. — *Orig. in dem Gräfl. Archive zu Kappenberg; Abschr. Msc. II,* 45. *p.* 92; *hieraus gedr. Zeitschr. f. vat. Gesch. u. Alterthumskunde XV. p.* 261.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Conradus Dei gratia comes de Ritberg. Notum facimus universis Christi fidelibus, quod Alexander de Werne et filius suus Ludolphus quoddam nemus in curtim Grevinchove pertinens, quam de manu nostra tenent in feodo, cum consensu uxorum suarum, videlicet Hellenburgis et Gerthrudis, et heredum pro tempore succedentium, nobis resignaverunt, mansum quendam prope Grevinchove situm nobis recompensantes, quem de manu nostra in feodo receperunt, rogantes attentius, quatinus idem nemus ecclesie Capenbergensi conferremus. Nos vero piis ipsorum precibus annuentes, sepedictum nemus ecclesie Capenbergensi, quam specialiter diligimus, adiuncta manu uxoris nostre

Ode, Fritherici filii nostri et heredum nostrorum pro tempore succedentium [1]), contulimus perpetuo possidendum. Et ne quis in posterum hanc nostre liberalitatis donationem presumat infringere, presentem paginam sigilli nostri testimonio duximus roborandam, testibus subnotatis, quorum hec sunt nomina: Henricus prepositus sa..cti Severini, Hugo prepositus in Capenberg, Bernhardus cellerarius, Joseph plebanus in Werne; Adolphus comes de Marca, Bertoldus de Buren, Rodolphus de Boclo, Rotgerus de Burbenne, Ecbertus de Rokinchusen, Renfridus de Scurlemere, Godescalcus de Bruchusen, Alexander de Werne, Ludolphus filius suus, Ludolphus cognatus suus, Gerardus de Leten, Otto et Florinus de Sendene et alii quamplures. Acta sunt hec anno gratie M⁰. CC⁰. XL⁰.

Auf dem angehängten stumpf-parabolischen Siegel zeigt sich ein Adler mit der Umschrift: S. CUNRADI DE ARNSBERG [2]).

## 380.

* *B. Ludolf bestätigt den herkömmlichen Betrag eines vom Kl. Liesborn an das Kl. Überwasser zu zahlenden Zehnten.* 1240. — *Or. Kl. Liesborn U.* 54; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 118; *I,* 101. *f.* 24; *II,* 203. *p.* 39.

L(udolfus) Dei gratia Monasteriensis episcopus abbati et conventui Lesbernensis monasterii perpetuam in Domino salutem. Cum de curte vestra in Waltorpe curię monacharum sanctę Marię trans aquam in Monasterio, que Elmenhorst dicitur, duo solidi Monasteriensis monetę pro omni decimatione, tam manipulorum quam eorum que dicuntur minutorum, ex antiquo annuatim persolvi consueverunt, nos eandem solutionem sive decimarum redemptionem, sicut provide facta est et hactenus observata, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate ordinaria qua fungimur confirmamus, et presentis scripti patrocinio communimus, ab omni alia prestatione decimarum de dicta curte vestra et universis agris eidem attinentibus vos et ecclesiam vestram tenore presentium absolventes. Datum anno Domini M⁰. CC⁰. quadragesimo.

Das Siegel fehlt.

## 381.

* *Der Ritter Rudolf von Burbenne verkauft gewisse Einkünfte an das Kloster Marienfeld.* 1240. — *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 158.

Fidelium universitati, quibus hanc notulam nosse contigerit, Bernardus vir nobilis de Lippia et Otbertus advocatus in perpetuum. Manifestum esse cupimus, quod Rodolfus miles de Burbenne IIII[or] modiorum redditus Widenbrugensis mensure, quos habuisse dinoscitur in domo Holthusen iuxta Emesam, vendidit tribus marcis ecclesie campi beate Marie venditosque cum uxore sua pariter ac liberis ad forum Vriethinc in loco [3]) qui Pratum dicitur resignavit. Quos inquam siliginis proventus Burchardus cellerarius, Arnoldus hospitalarius et Everhardus sacerdos ad manum eiusdem ecclesie susceperunt. Huius rei testes sunt: Godifridus de Hesnen, Gerhardus de Westerhorst, cui prefata domus pertinet, Anselmus de Odelinchusen, Hermannus de Ervete, Hermannus de Letherdeslo, Godifridus dictus Scule milites, et Hermannus cognomento Michel aliique quam plures. Datum est autem hoc memoriale anno Domini M⁰. CC⁰. XL⁰, indictione VI[a]. [4]) feliciter.

---

[1]) Der Zwischensatz, von „adiuncta bis succedentium", fehlt in einer zweiten Ausfertigung dieser Urkunde.

[2]) Der Stammvater der Grafen von Ritberg, aus dem Geschlechte der Grafen von Arnsberg.

[3]) So schreiben wir für „locum".

[4]) Indiction und Jahreszahl stimmen nicht.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 382.

*B. Ludolf entscheidet einen Streit zwischen dem Kloster Überwasser und dem Magdalenenhospital zu Münster dahin, dass die Brüder und Kranken des Hospitals auf dessen Kirchhof begraben werden sollen.* 1240 [1] *Februar* 18. — *Or. Kl. Überwasser U.* 24; *notarielle Abschrift Fr. Münster U.* 58; *andere Copien Msc. II,* 8. *p.* 27; *II,* 23. *p.* 66; *gedr. Niesert U.-S. II. p.* 415.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus ecclesie s. Marie in Monasterio in perpetuum. Licet ex iniuncto nobis officio pastorali ecclesiarum commissarum nobis nec non et capellarum utilitatibus providere teneamur, cavendum nobis tamen est, ut non sic promotioni alicuius ecclesie insistamus, quod propter commodum unius altera in suo iure deficiat et incommodum dispendiumque nimium debeat sustinere. Noverint ergo universi Christi fideles tam presentes quam futuri, quod cum (ad) mandatum venerabilis patris Prenestini episcopi apostolice sedis legati, quod sub districtione admodum gravi recepimus, super cimiterio pro necessitate fratrum infirmorum in ospitali capelle beate Marie Magdalene decumbentium consecrando et assignando procedere vellemus, venerabilis in Christo domina Ida abbatissa ecclesie S. Marie cum conventu suo nec non ipsius matricis ecclesie pastore ex una parte, et provisor eiusdem ospitalis ex altera, super mandato nobis iniuncto discordantes, tandem rationibus et exceptionibus hinc inde coram nobis propositis et auditis, consilio et ordinationi nostre se precise submiserunt, data fide promittentes, ut quod super lite inter eos mota statueremus, ipsi absque omni fraude et contradictione firmiter observarent. Nos igitur prudentum virorum mediante consilio sic descernendo statuimus: Pauperes in supradicto hospitali recepti et ibi decumbentes et morientes ibidem, nec non et fratres eiusdem hospitalis sive extra sive infra manentes et degentes, fraternitatem habitu, tonsura et signo habentes et fraternitatem eiusdem hospitalis voto et professione in sanitate constituti protestantes, absque omni impedimento matricis ecclesie in cimiterio, quod predicto hospitali iuxta mandatum, quod accepimus, consecrando assignavimus, suam ibi habeant et recipiant sepulturam. Familia vero eiusdem hospitalis utriusque sexus, nisi in sanitate constituti se et sua eidem hospitali in perpetuum ibidem mansuri tradiderint, non in cimiterio hospitalis sepeliantur, sed a matrice ecclesia sacramenta requirant, et si decedere eos contigerit, in cimiterio matricis ecclesie sepulturam habeant. Ceteri autem omnes in quacunque parrochia fuerint manentes, nisi in sanitate constituti habitum tonsuramque habuerint, et signum quod ipsis fratribus hospitalis predicti assignavimus deportaverint, et votum professionemque in ipso hospitali fecerint, non in cimiterio hospitalis sed in cimiterio matricis ecclesie sepeliantur. Supradictis itaque sic per nos ordinatis et statutis, tocius litis materia et omnis discordia super questione predicta de cetero sopita sit et quiescat. Ad huius igitur ordinationis nostre et statuti evidentiam presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro et capituli maioris ecclesie, nec non civitatis Monasteriensis sigillis fecimus communiri. Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini M°. CC°. XL°, XIII Kalendas Martii, pontificatus nostri anno XV, presentibus tam clericis quam laicis, quorum nomina subscripta sunt: Godefridus maior decanus, Godefridus scolasticus, Hinricus tesaurarius, Gerhardus vicedominus, Ludolfus S. Mauritii prepositus, Gerlacus prepositus in Oldensele, Stephanus cantor, Johannes Verence, Hermannus de Husteden, Johannes de Huvele, Rothericus, Albertus, canonici maioris ecclesie, Arnoldus decanus, Everhardus, Alardus, Godefridus, Gerhardus notarius noster, canonici sancti Pauli; Wicboldus decanus sancti Martini, Everhardus sancti Mauritii decanus, Arnoldus capellanus noster, Gerhardus sancti Lamberti, Everhardus sancte Marie plebani; Theodericus Wrethe, Henricus Alebrandincg, Gerhardus de Remen, Johannes Puer, Alexsander provisor supradicti hospitalis et alii quam plures.

Die Siegel des Bischofs und des Domcapitels sind ziemlich gut, das der Stadt Münster aber nicht mehr erhalten.

---

[1]) 1241 nach unserer Zeitrechnung.

## 383.

* *Zwischen B. Ludolf und der Äbtissin von Freckenhorst werden Diensthörige ausgetauscht.* 1241 *Mai* 31, *auf der hohen Ward* [1]*. — Or. Fr. Münster U.* 63.

L. Dei gratia Monasteriensis episcopus. Dilecte in Christo abbatisse de Freckenhorst salutem in Domino. Recognoscimus et hiis nostris litteris publice protestamur, quod Gertrudim filiam Arnoldi de curte prepositi ministerialem ecclesie nostre vobis damus in concambium, ita tamen quod Jutta de Mere ministerialis vestra eodem iure nostre accedat ecclesie. In cuius testimonium litteras vestras penes nos volumus habere. Datum Honwarde anno gratie M°.CC°.XLI°, sabbato in ebdomadà Trinitatis.

Das Siegel ist abgefallen.

## 384.

*Erzbischof Conrad von Cöln bekundet, dass der Äbtissin von Vreden allein das weltliche Gericht in der Freiheit Vreden zustehe.* 1241 *Juni* 27. — *Hier nach dem aus einer Copie geflossenen Druck bei Niesert U.-S. IV. p.* 193.

Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie minister, Italie archicancellarius, dilectis in Christo preposito et capitulo in Vreden salutem in Domino. Quoniam iura vestra et ecclesie vestre volumus illesa permanere et eam in observata conservare libertate, presentibus nostris statuimus et ratum volumus imposterum pariter et inconvulsum observari, ut nullus iudicium seculare infra emunitatem ecclesie vestre optineat, excepta ipsius ecclesie abbatissa, vel ille cui ipsa duxerit committendum. Eodem quoque iure aree ille que Garthof et Mulenesch vocantur gaudebunt; quas tamen si ad edificandum opidum per fundos locari contigerit seu fuerit opportunius, volumus sic locari, prout ecclesie vestre expedire videatur profectibus et honori. Ex superhabundanti etiam concedimus, ut cum litones ecclesie vestre pro opportanda pensione sive alterius causa negotii ecclesiam vestram contingentis ad vos accesserint, non possint cogi sub iudice seculari querelantibus respondere. Simile quoque privilegium vobis in vestra familia indulgemus, nisi iudex emunitatis in exhibenda iustitia fuerit negligens vel remissus. Ut hec autem firma permaneant, presentem paginam nostro sigillo fecimus communiri. Datum anno Domini M°.CC°.XLI°, in crastino beatorum Johannis et Pauli.

## 385.

* *B. Ludolf bekundet, dass Heinrich von Asbeck dem Hospital zu Münster gewisse Zehnten verkauft habe.* 1241. — *Abschrift im Copiar des Magdalenenhospitals p.* 6.

In nomine Domini. Amen. Ludolphus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod Henricus de Asbeke accepta et acceptata pecunia de provisore domus hospitalis in Monasterio decimam Lare de consensu et compromissione suorum heredum vendidit domui predicte, et ipsam in manus Anselmi, a quo eam feodali iure tenebat, coram nobis libere resignavit, utroque coram nobis renunciante omni iuri, quod habebat vel habere videbatur in eadem decima. Que quia in locis pluribus est sita, loca de quibus debet recipi, ad tollendam omnem ambiguitatem fecimus subnotari. Curtis Nynnynghove solvit annuatim quinque solidos, ubi in vigilia Bartholomei decima colligi

---

[1]) Eine Meile südlich von Münster.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

debet et solvi, eo iure servato, quod villicus predicte curtis nuntios hospitalis cum septem evectionibus in vigilia Bartholomei pro colligenda decima venientes ad duas commestiones, et una nocte in victu et papulo laudabiliter exhibebit [1]) Item mansus Hemmynch de tribus domibus solvit quinque solidos, mansus Burchmannynch triginta denarios; in villa vero Kinctorpe domus vidue que dicitur Arnoldinch decem et octo denarios; eo etiam adiuncto, quod quecunque domus de predictis suo tempore et loco decimam memoratam non dederit, redemptionis beneficio perpetuo carebit. Nos igitur ad preces domus hospitalis ubi Christus alitur et vestitur inclinati, proprietatem premisse decime possidendam et habendam perpetuo contulimus eidem. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XLI°, pontificatus nostri anno XV, coram testibus subnotatis: Wilhelmo in maiorem prepositum electo, Arnoldo cappellano nostro; Ottone de Horstmare, Bernardo et Frederico fratribus de Menhovele, Hermanno de Ludinchusen, Adolpho de Lembecke, Henrico de Wolfhem et aliis quampluribus.

## 386.

* *B. Bernhard IV. von Paderborn bekundet die Resignation eines Zehnten an das Kl. Marienfeld.* 1241 *Juli* 23. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 94; *Abschr. Msc. 1,* 106. *f.* 134.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Bernhardus quartus Dei gratia Paderburnensis ecclesie episcopus Christi fidelibus, quibus presens scriptum innotuerit in perpetuum. Ne actiones a statu solido labantur, litterarum testimonio solidantur. Hinc est, quod quidam Alexander dictus de Esbechtinchosen decimam quam super duas domos in Oderdessen ecclesie campi sancte Marię habuerat pro septem marcis distractam, cum uxore sua pariter et liberis suo resignavit domino, videlicet Ekberto dicto Vetkinc civi Paderburnensi. Qui Ekbertus una cum heredibus suis eandem Conrado de Alften, a quo tenuerat, acceptis duabus marcis resignavit. Conradus quoque totidem marcis acceptis, ipsam decimam dicte ecclesie cum suis heredibus se resignare promisit. Quorum heredum quia copiam non habebat, sepe dictam decimam pro duodecim marcis inpignoravit. Actum in presentia nostri anno Domini M°.CC°.XL°. primo, in die sancti Liborii, astantibus viris religiosis: Conrado maioris ecclesie custode, Burchardo monacho, Volmaro et Hildebrando conversis. Item affuerunt: Conradus comes de Noringen, Georgius, Henricus camerarius, Ekbertus et alii plures.

Das Siegel Bernhard's IV. ist ziemlich gut erhalten.

## 387.

* *Das Kl. Marienfeld kauft ein Gut in Sünninghausen.* 1241 *November* 11—18. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 95; *Abschr. Msc. 1,* 106. *f.* 67.

Johannes iudex et universi consules cum ceteris burgensibus oppidi Lippensis universis presens scriptum inspecturis salutem in Domino. Presentium tenore protestamur, quod Bernardus dictus de Rade mansum quendam in Sunninchusen, quem fratribus de campo sancte Marie vendidit, in presentia nostra in manus Werneri custodis eiusdem loci cum omnibus heredibus suis libere resignavit. Ne quis autem in posterum huiusmodi factum valeat irritare, presentem paginam sigillo universitatis oppidi Lippensis procuravimus communiri. Acta sunt hec anno Domini millesimo CC°.XLI°, infra octavam beati Martini.

Das Siegel von Lippstadt hat gelitten.

---

[1]) „Exhibere i. e. præbere alimenta". Du Cange.

## 388.

** Zwei Brüder von Hotmar verzichten auf ihre Ansprüche an die Güter in Bersen, die ein dritter Bruder dem Kl. Marienfeld verkauft hatte.* 1241 *Decbr.* 5. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 92; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 64.

In nomine Domini. Conradus Dei gratia comes Arnesbergensis [1]. Ne defluant actiones cum fluxu temporum, robur capiunt a memoria litterarum. Noverint ergo presentes ac posteri, quod cum Aspelanus de Hotmen agros quosdam in Bersen [2] pro VIII° marcis cenobio campi sancte Marie olim vendidisset, postmodum Arnoldo et Florino fratribus eosdem agros impetentibus, date sunt et ipsorum pariter sororibus V marce, quatinus actioni sue renunciarent. Quod et factum est in loco Hotmen. Procedente autem tempore cum idem Arnoldus eosdem denuo agros impeteret, ammonitus per nos aliosque prudentes conquievit publice protestando, quod nichil iuris in ipsis haberet. Actum anno gratie M°.CC°.XLI°, vigilia sancti Nicolai, in presentia Rodolfi abbatis et Arnoldi camerarii, astantibus etiam nobis cum aliis militibus, qui sunt: Rodolfus, Godefridus, Svetherus, Ekbertus de Rokinchusen et aliis pluribus.

Das Siegel ist abgefallen.

## 389.

*Propst Nicolaus von Varlar überlässt dem Grafen von Bentheim das Grundstück Puppingstede.* 1241 *December* 6. — *Hier nach einem im Besitz des Herrn Fürsten von Rheina-Wolbeck beruhenden Copiar des Klosters Bentlage, sæc. XV. p.* 38; *früher gedruckt* [3] *bei Niesert U.-B. I, II. p.* 125.

Nicolaus Dei potentia prepositus in Vaerlare literis presentibus protestamur, quod ex officio nostro notario damus libertatem faciamus [4] cum nobile comite de Benthem mansum seu locum dictum de Puppingstede in parrochia Snetwynclo [5] cum suis iuribus et attinenciis, ut alie [6] legiones [7] ibidem, cum una warandia [8] dicta florum [9] et tribus minutis dostwart [10] perpetue possidendum. In huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M°.CC°.XLI°, in octava beati Andree apostoli.

---

1) Der erste Graf von Ritberg. Man s. oben Nro. 379.

2) Auf der Rückseite steht: „Beckenzeth in par. Enigerloe".

3) Angeblich „ex copia sæc. XV. archivi Teclenburgensis". In dem, dem Provinzial-Archiv einverleibten, Tecklenburger Archiv befindet sich aber diese Copie nicht. Die wörtliche Uebereinstimmung mit unserm Text macht es aber glaublich, dass diese Angabe nur auf einem Gedüchtnissfehler Niesert's beruht, und er aus keiner andern Quelle, als der unsrigen, dem oben angeführten Copiar, geschöpft habe. Eben daher stammen auch die von ihm l. c. p. 126 u. 127 gegebenen Urkunden, an welcher letzteren Stelle er aber seine Quelle als Copiar (ex eodem copiario) bezeichnet.

4) Diese Stelle ist offenbar corrumpirt; vielleicht möchte „commutandi" zu lesen sein.

5) Niesert liest hier u. p. 126: „Suetwinclo"; ich habe weder „Snet" noch „Suetwinclo", noch endlich „Puppingstede" finden können. Nach der weiteren Urkunde von 1249 (1250) lag dieser Ort bei der Nordbroksmark, östlich von Dingden.

6) „alii" das Copiar.

7) Bauerschaften, in welchem Sinne das Wort auch in der unten folgenden Urkunde des Kl. Nottuln Nro. 32. vom J. 1296 vorkommt: „domum to ther A sitam in legione Tinge, in parrochia Scopingen". Ja eine andere desselben Archivs Nro. 187. v. J. 1659 kennt sogar eine „sublegio Stevern". Ausserdem ist das gegen Ende des 15. Jahrhunderts geschriebene Copiar von St. Mauriz bei Münster zu vergleichen, worin es heisst, Msc. I, 69. f. 92: „Ecrothe et Aldendorp sunt burscapia sive legiones".

8) Wohl nur verlesen für „wara", d. i. „portio lignorum", vergl. Erhard C. 320. 397. Reg. 2051, in welchem Sinne „warandia" meines Wissens nicht vorkommt.

9) „blumware" d. i. „hart Holz".

10) „dustware" d. i. „weich Holz". Vergl. Grimm R. A. p. 506.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 390.

* *B. Ludolf schenkt dem Kl. Liesborn einen ihm von Rotger und Dietrich von Hamern resignirten Zehnten.* 1241 *December* 26. — *Or. Kl. Liesborn U.* 56; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 30; *I,* 101. *f.* 24; *II,* 203. *p.* 39; *IV,* 10. *p.* 39.

Ludolphus Dei gratia Monasteriensis episcopus universis ad quos presens scriptum pervenerit salutem in auctore salutis. Universitati vestre significandum duximus, quod nos decimam duarum domorum in Walthorpe et unius in Rikelinctorpe, de consensu capituli nostri, abbati et ecclesie Lesbernensi perpetuo possidendam contulimus et habendam, quam Rotgerus et Theodericus fratres de Hameren pro se et suis heredibus legitime in manus nostras resignaverunt. Cuius warandiam memorato abbati et ecclesie sue prestamus, paginam hanc inde conscriptam sigillo beati Pauli et nostro consignantes. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XL°. primo in die Stephani pape. Testes huius rei sunt: Wilhelmus maior prepositus Monasteriensis, Arnoldus sacerdos vicarius noster, Volcwinus plebanus de Veleren, Bernhardus canonicus sancti Pauli; laici: Wicboldus de Holte frater noster, Bernhardus de Menhuvele, Lambertus de Vrekenhorst, Albertus de Holnhorst et alii quam plures.

Beide Siegel sind abgefallen.

## 391.

* *B. Ludolf überträgt dem Kl. Freckenhorst einen ihm von Friedrich, Vogt zu Warendorf, resignirten Zehnten.* 1241. — *Orig. Kl. Freckenhorst U.* 15.

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Noverit tam presentium caritativa devotio, quam futurorum fidelis animadversio, quod Fredericus advocatus de Warenthorpe, acceptatis prius et acceptis a venerabili domina Helewigi abbatissa in Vrekenhorst et eius conventu [1]) quinquaginta marcis et octo, decimam Emesehorn, qua a nobis inbeneficiatus extitit, in manus nostras voce et manu cum uxore sua, Bernhardo fratre suo necnon et aliis heredibus suis absolute ac voluntarie resignavit, memoratis videlicet domina abbatissa et eius conventu [1]) devote nobis suplicantibus, ut proprietatem predicte decime ipsis et ecclesie sue dignaremur in perpetuum assignare. Nos autem considerata earum devotione, quas in Domino diligimus sincere, prefatam decimam iure proprietatis eisdem et ecclesie sue possidendam perpetuo contulimus et habendam, sperantes anime nostre inde certa provenire remedia, unde cottidiana [2]) stipendia religiosis locis nostra largitione fuerint ampliata. Igitur ut commodo predicti conventus amplius caveamus et quieti, presentem paginam huius emptionis et nostre largitionis testimonialem conscribi et cere nostre impressione voluimus communiri. Acta sunt hec anno gratie M°. CC°. quadragesimo primo, pontificatus nostri anno XVI°, coram testibus subnotatis: Hartwino plebano, Arnoldo, Volmaro, Ricbodone, Godefrido et Anselmo canonicis in Vrekenhorst et Arnoldo cappellano nostro; laicis: Wilhelmo Ruzen, Alberto dapifero nostro, Hermanno iudice de Warenthorpe, Johanne, Renfrido, Bertoldo, Levoldo, Brunone scultheto, Rolando fratre suo, Ludolfo, Herewico, Frederico et filio suo, Ludolfo de Grafthorpe, Engelberto et aliis quam pluribus.

Das Siegel fehlt.

---

1) „conventui" d. U. — 2) „contidiana" d. U.

## 392.

* *Erzbischof Conrad von Cöln überträgt die Cölnischen Lehngüter des Gr. Otto von Ravensberg auf dessen Gemahlin Sophia und Tochter Jutta.* 1241, *Hervord. — Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 12.

Conradus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus. Universis hoc scriptum inspecturis salutem in eo, qui est salus omnium. Noverit universitas tam presentium quam futurorum, ad quos presens pagina pervenerit, quod nos omnia bona, que comes Otto vir nobilis de Ravensbergh a nobis tenet et ab ecclesia nostra in feodo, uxori sue comitissę Sophie et filie sue Jutte in feodo contulimus perpetuo possidenda. Ut autem hoc firmum permaneat et inconvulsum, per appensionem bulle nostre confirmamus. Viderunt et audiverunt: Otto de Wyckerode, canonicus Coloniensis, Adolfus nobilis de Lymburgh, Marcwardus nobilis de Swolmeze, Rutgherus nobilis de Wyckerode, Tydericus nobilis de Rothe, Bernardus nobilis de Osethe, Franko pincerna, Johannes kokenmester, Albertus nobilis de Eversten et alii quam plures ministeriales ecclesie Coloniensis et Hervordensis, Bertoldus de Braclo. Acta sunt hec a. D. M°.CC°.XLI°, pontificatus nostri anno quarto, in Hervordia.

## 393.

* *B. Engelbert von Osnabrück tritt dem Kl. Marienfeld seinen Hof in Gütersloh gegen eine Entschädigung in Gütern und in Geld ab.* 1241. — *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 158'.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Engelbertus miseracione divina Osnabrugensis ecclesie episcopus fidelium universitati qui hec legerint vel audierint in perpetuum. Ne instituta nostri temporis prudenti firmata consilio per oblivionis caliginem evanescant, littere vivacis debent indiciis eternari. Communicato itaque capituli nostri prudentumque virorum consilio, pro agris qui dicuntur Scipvelt ecclesie campi beate Marie pertinentibus et insuper pro XX marcis, curiam nostram in Guterslo cum omni integritate ipsius ipsi ecclesie vice restauri et commutatione fideli dimisimus, tali siquidem interveniente promisso, ut si contigerit per nos aut per successorem nostrum hanc nostram permutationem quomodolibet revocari, tunc prefatam ecclesiam XX marcas recipere necnon et totum de ipsis agris emolimentum primum seu primarium, quod vulgo vorehure appellatur, percipere debere iustissimum arbitramur. Actum anno gratie M°.CC°.XLI°, indictione XIIIIa. Huius rei testes sunt: Ludolfus prior, Conradus, Arnoldus camerarius, Theodericus cellerarius, Hinricus monachi, Everhardus decanus in Widenbrug, Theodericus de Islehorst, Lutherus de Guterslo, plebani; item Amelungus dapifer, Gerhardus de Varendorpe, Eggehardus de Dalehove milites, Godefridus etiam iudex de Widenbrug, Johannes scultetus et alii quam plures.

## 394.

* *Graf Otto von Tecklenburg schenkt mit seiner Gemahlin dem Kl. Marienfeld ein Gut in Sünninghausen. O. J.* (1241 [1])*. — Or. Kl. Marienfeld U.* 93*; Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 67*; II,* 11. *p.* 99.

Otto Dei gratia comes et Mehtheldis cometissa de Tekeneburg omnibus presentem litteram videntibus salutem in Domino. Scire debent presentes et posteri, quod nos proprietatem mansus unius qui adiacet curie in Sunnenghusen, que (monasterio) campi pertinet sancte Marie, dedimus prefato claustro perpetuo obtinendam. Ut autem nostra donatio rata permaneat, sygilli nostri munimine presentem litteram confirmamus.

Das Siegel fehlt.

---

[1]) Dies Jahr steht auf der Rückseite der Urk. vermerkt.

## 395.

* *Das Kl. Liesborn erwirbt ein Haus, indem es dem Sohne des Erbauers freie Leibzucht gewährt.* 1241. — *Or. Kl. Liesborn U.* 55; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 81.

G(odescalcus) Dei gratia Lisbernensis abbas, eiusque conventus universis presentem litteram (inspecturis) salutem in auctore salutis. Insinuamus universis scire volentibus, quod conventione facta inter nos et Gerhardum de Gunnewich attinentem ecclesie Clarholtensi super domo, quam idem partim in agris fundi Clarholtensis Gunnewich, partim vero in agris Everhardi militis de Veleren edicaverat, datis a nobis . . . preposito et ecclesie Clarholtensi XII solidis, a dicto vero G. VI solidis, idem prepositus et prefatus G. cum Ricberto filio suo domum eandem nobis manualiter assignando tradiderunt, et nos filium predicti G. Menhardum nomine recepimus in habitu seculari apud nos mansurum, provisuri eidem M., quamdiu apud nos manserit, necessaria vite tam in victu quam in vestitu, tali interposita conditione, ut si forte idem Menhardus a nobis recedere elegerit, aut si nos eodem M. carere in posterum velimus, quinque marcas eidem persolvemus; hoc etiam adiecto, quod cum ipsum M. decedere contingeret, domus iam dicta ecclesie nostre libere remaneret et nec ipsa domus nec quinque marce ecclesie Clarholtensi vel alicui hominum ratione cederet hereditatis. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. XLI°.

Das Siegel ist nicht erhalten.

## 396.

*Graf Heinrich von Berg bekundet die Bedingungen, unter welchen er Lehnsmann des Bischofs Ludolf und des Stifts Münster geworden.* 1241 [1]) *Febr.* 13. — *Or. Fr. Münster* 63a; *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 169; *aus diesem gedruckt* [2]) *Niesert U.-B. I. II.* 182.

Hinricus Dei gratia comes de Monte omnibus ad quos presentes pervenerint salutem in Domino. Noverint universi, quod inter venerabilem dominum Ludolfum Monasteriensem episcopum ex parte una, et nos ex altera sic convenit, quod nos acceptis ab ipso in feodo ministerialibus et bonis, que trans Renum ab ipso et ecclesia sua, sive a vasallis sive a ministerialibus tenebantur, et centum insuper libris annuatim a quocunque nobili ecclesie sue vasallo ipsi in toto sive in partibus, excepto castro Ahus cum suis attinentiis, vacaturis, ducentis insuper marcis acceptis ipsi fecimus homagium ea conditione, quod nos et succedentes nobis in comitia de Monte iure homagii ipsi et ecclesie sue in perpetuum esse debeamus obligati, nec ipse vel sui successores a nobis vel successoribus nostris possint aliquatenus diffidari. Quod ut ratum permaneat, nos et filius noster Adolfus data fide promisimus dicto domino episcopo Monasteriensi, protestamur etiam, nos eidem data fide promisisse, quod ipsi et suis successoribus nos et nostri successores contra quoslibet iniuriatores, imperio tamen, duce de Brabant et comite Iuliacensi exceptis, potenter et patenter, cum requisiti fuerimus, totis viribus assistemus. Ad maiorem autem huius promissi nostri certitudinem hos dedimus fideiussores: dominum Theodericum primogenitum comitis Clivensis, Burchardum de Broke, Theodericum de Elnere, Adolfum de Sthamhem et filium suum Adolfum, Adolfum de Castro, Adolfum de Pomerio, Adolfum de Vliterth, Engelbertum de Bodelberg, Hinricum de Leithningen, Everhardum de Benrothe, Hinricum de Rinhem, Hinricum de Erkenrothe, Arnoldum de Hartdenberg, Theodericum de Bege, Theodericum de Horst, Rutgerum de Horst, Gerardum de Berensowe, Theodericum Clericum, Hinricum de Goltberge, Theodericum de Foresto, Gumpertum de Castro, Arnoldum de Untterbeke, Godeschalcum Linnepe, qui data fide promiserunt, nos et heredes nostros ea que dicta sunt inviolabiliter observaturos.

---

[1]) 1242 nach unserer Rechnung. — [2]) Mit vielen Fehlern in den Namen der Zeugen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Idem etiam data fide promiserunt, quod si premissa, quod absit, ipsi vel suis successoribus a nobis vel nostris successoribus non servarentur, domino Monasteriensi episcopo vel suis successoribus assistere contra nos deberent, dolo et fraude exclusis. Ut autem predicta robur firmitatis obtineant, presentem paginam nostro et filii nostri Adolfi sigillis fecimus communiri. Acta sunt hec anno gratie millesimo ducentesimo XL°. primo, in vigilia Valentini.

**Von den zwei anhängenden Reitersiegeln ist die Umschrift nicht mehr zu lesen. Besser erhalten sind die Rücksiegel, beide mit der Umschrift: SECRETUM SIGILLI und dem Wappenschilde des Grafen und seines Sohnes.**

## 397.

* *Das Capitel zu St. Mauriz bestimmt die Abgaben eines Wachszinsigen und seines Hauses.* 1242 *April* 24. — *Abschrift Msc. I,* 69. *f.* 218. *und nochmals f.* 437.

Eggelbertus custos totumque capitulum sancti Mauritii Monasteriensis etc. Vestrę significamus et protestamur universitati, quod Hinricus de domo Gernandynck in Darvelde, uxor eius Alheidis et ipsorum pueri ecclesię nostrę sunt cerocensuales [1]) et de tali iure suo debent ęcclesię nostrę fundum [2]) cerę vel duos denarios annuatim. Predictę autem domus pensio pertinens custodię hęc est: sedecim mensurę tritic per mensuram quę dicitur scoltmudde, et unum moltium pisę albę per eandem mensuram. Redemtio vero decimę eiusdem domus pertinens capitulo est hęc: decem et octo mensurę avenę per mensuram forensem tredecim denarii et obulus et decima minuta. In quorum omnium fidele testimonium et firmitatem perpetuam ipsis presens scriptum sigillis capituli nostri et custodis contulimus insignitum. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, in vigilia beati Marci evangelistę.

## 398.

* *Der Edle Wicbold von Holte und dessen Sohn Hermann eignen dem Magdalenen-Hospital zu Münst zwei Häuser in Amelsbüren zu.* 1242 *Juli* 8. — *Abschrift im Copiar des Hospitals p.* 10.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Nobilis vir Wicboldus dominus de Holte et Hermannus eius filius omnibus in perpetuum. Sciant presentes et posteri non ignorent, quod Ludolphus miles dictus de Amelincburen duas domos Westendorpe et Bentlaghe sitas in parrochia Amelincburen, quas de manu nostra tenebat in feodo, consentientibus suis heredibus in manus nostras libere resignavit. Nos vero moti pietatis affectu proprietatem predictarum domorum, de voluntate pariter et consensu heredum nostrorum, hospital sancte Marie Magdalene in Monasterio contulimus perpetuo possidendam. Ne autem huiusmodi donati maligno alicuius in posterum consilio aliquatenus valeat irritari, presentem literam huius facti testimonialem sigillis nostris et sigillo venerabilis viri Monasteriensis ecclesie prepositi fecimus communiri. Datum et actum a. D. M°.CC°.XLII°. VIII. Idus Julii, presentibus istis quorum nomina subsequuntur: Franco celerarius, prepositus Hermannus et Wilhelmus canonici Monasterienses, Bertrammus sancti Martini canonicus; Hermannus de Mas et Henricus de Emesbroke milites, Lutbertus civis Monasteriensis qui dicitur Clericus et alii quam plures.

---

1) „cerosensuales" das Copiar. — 2) Pfund.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 399.

*Graf Otto von Tecklenburg schenkt der Johanniter-Commende zu Steinfurt den Hof Severding. 1242 Juli 25. — Abschr. Msc. II, 13. p. 224; hiernach gedr. v. Ledebur Archiv III. p. 115.*

In nomine sancte ac individue Trinitatis amen. Otto Dei gratia comes de Teckeneburg, Metheldis uxor sua, Heinricus filius eorum et Jutta uxor sua [1] . . . notum esse cupimus, quod nos in honorem Dei ac beate Marie virginis et heredum nostrorum consensu et ministerialium consilio curtem nostram propriam, que Sewerdinkhof [2] nuncupatur, hospitali sancti Joannis Jherosolimitani in Stenvorde cum omnibus eidem curti attinentibus libere et proprie condonavimus in perpetuum possidendam, et hoc magistro Rudolfo eiusdem hospitalis procurante. Insuper fide data promisimus, quod si aliquis ex parte iam dicte curtis querimoniam faciendo sepe dictum hospitale infestaverit, illam querimoniam et infestationem totaliter deponemus. Si vero, quod absit, nos in eo deficientes infestationem illam non sedaremus, defectum nostrum supplebit Wedekinus de Westerwinkele, Joannes de Cappelen, Hermannus de Bromestorpe, Everhardus de Brochterbeke milites, Goswinus Keselink, Ludolfus de Brochterbeke, Lutbertus Buddo famuli. Ad quod fide data se obligaverunt. Ne autem huiusmodi donationem aliquis in posterum presumat infringere, presentem paginam inde conscriptam sigillis nostris fecimus roborari. Testes huius facti sunt: Wedekindus de Westerwinkele, Joannes de Cappelen, Heinricus de Lecden, Hermannus de A., Everhardus de Brochterbeke, Hermannus de Bromestorpe milites; Goswinus Keselink, Ludolfus de Brochterbeke, Ludbertus Buddo, Hermannus Buddo, Godefridus de Dame, Giselbertus Rasor et alii quam plures nostri ministeriales. Datum anno Domini M°.CC°.XLII°, ipso die Jacobi apostoli.

## 400.

*B. Ludolf stiftet eine Capelle im bischöflichen Palast [3] zu Münster und stattet sie mit Einkünften aus. 1242 October 13. — Or. Fr. Münster U. 63ᵇ, ein Transsumpt des 14. Jahrh. ib. 63ᵈ; Abschr. Msc. I, 1. p. 404; gedr. Wilkens G. d. St. Münster p. 117.*

Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus presentem cartulam inspecturis salutem in Domino. Universitatem vestram scire volumus, quod cum altare capelle domus nostre Monasteriensis in honorem beati Mauritii et sociorum eius ac beate Katerine martirum dedicaremus, ad sustentationem Godefridi sacerdotis suorumque successorum pro tempore a Monasteriensi episcopo ibidem statuendorum, contulimus de rebus ad nos personaliter et specialiter pertinentibus scilicet: redditus domus nostre in Berhorst, que Uppenvelde dicitur in parochya Alen site, quam nostra pecunia propria emimus, qui sunt II malt. siliginis, II ordei, II avene, dimidium malt tritici et dimidium leguminum, que dicuntur ovetkorn in mensura Monasteriensi que vocatur dimidia et IIII$^{or}$ pulli cum ansere. Item de domo Henrici militis de Ludinchusen in meridionali parte ville Scarnhem sita II solidi cum decima minuta. Item de domo Boimundi, que vocatur Emeskehove, I solidus cum decima minuta, que due domus sunt in parochia Sendene. Item de domo Westhusenc ville Jucweghe II solidi. Item de domo Coten nobis pertinente II solidi, que due domus sunt in parochia Rokeslere. Item de domo Wescelenc extra muros sita, que est de parochia S. Marie Mona-

---

[1]) Hieraus ist ersichtlich, dass Jutta, Tochter Otto's Gr. v. Ravensberg, nicht, wie v. Ledebur Vlotho p. 32. annimmt, erst nach dem am 11. November 1244 erfolgten Tode ihres Schwiegervaters sich mit Heinrich von Tecklenburg vermählt habe.

[2]) „Sewœdinkhof" die Abschr.; welchen Namen Niesert U.-S. V. p. 43. in einer dieselbe Schenkung betreffenden Urkunde des Jahrs 1263 „Sewardinchof" druckt. Den richtigen Namen ergiebt das 1720 aufgenommene notarielle Repertor der Johanniter-Commende zu Steinfurt, Msc. VII, 2202. f. 2. wo diese Urkunde folgender Gestalt registrirt ist: „Donatio des Hoffs Severding vom Graffen von Tecklenbourg, cum duobus sigillis".

[3]) Auf dem Domhofe in der Nähe des Spiegelthurms. Vgl. Erhards Gesch. Münsters p. 124.

steriensis I solidus; omnes autem predicti denarii ipso die nativitatis beate Marie in civitate Monasteriensi persolventur. Item decimam agrorum domui nostre in villa Vuflestorp quondam site nunc dirute, pertinentium. Item de domo super Gest, que vocatur Lucenchus parochie S. Lamberti Monasteriensis VI mensuras siliginis et VI ordei medie mensure. Item de curia Ketinctorpe que est in parochia Sorbeke II solidi, qui in festo Martini persolventur. Omnes denarii predicti erunt legalis monete Monasteriensis. Sacerdos autem predicto altari pro tempore deserviens semel in ebdomada pro episcopis Monasteriensibus ceterisque defunctis fidelibus unam missam animarum, ceteris autem diebus singulis singulas missas alias, quas Deus ipsi inspiraverit, celebrabit. Dicto etiam altari singulis noctibus de redditibus predictis in luminaribus providebit. Huius rei testes sunt: Godefridus maior decanus, Henricus S. Pauli prepositus, Hermannus de Didinchove, Otto et Gerhardus de Lon canonici Monasterienses, Arnoldus S. Pauli decanus; Albertus dapifer, Johannes camerarius et alii plures clerici et laici. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, sigilli nostri appensione duximus roboranda. Datum Monasterii anno Domini M°. CC°. XLII°, III. Idus Octobris.

Das an roth- und gelbseidenen Fäden anhängende Siegel ist zum grössten Theil zerstört.

## 401.

* *B. Ludolf bekundet eine behufs der Gedächtnissfeier des h. Ludgerus an das Ägidii-Kloster erfolgte Schenkung.* 1242. — *Or. Kl. Ägidii U. 26.*

Ludolfus, Dei gratia Monasteriensis episcopus, omnibus in perpetuum. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod Weizelus [1]) sacerdos sancti Lutgeri canonicus Monasteriensis spiritu karitatis accensus, pro reverentia patroni sui et pro salute anime sue, contulit conventui sancti Egidii IIII^or^ marcas Monasteriensium denariorum, in quorum reconpensationem prepositus, abbatissa totusque conventus eidem Weizcelo assignavit reditus IIII^or^ solidorum decimalium, in parrochia Hilthorpe de duabus domibus Winnincthorpe solvendorum. Quos quidem decimales denarios prepositus annuatim abbatisse presentabit et ad emptionem vini, albi panis et piscium in die obitus beati Lutgeri, cuius historiam perpetuo cantandam susceperunt, ipsa reservabit, ut exinde Deo famulantibus pia fiat consolatio, ita tamen, ut nichil de cotidianis ferculis conventui subtrahatur. Ut autem hec rata permaneant et stabilia, presenti cartule inscribi et inpressionis nostre signaculo iussimus insigniri. Si quis vero ausu temerario, quod Deus avertat, hanc ordinationem sic pie conceptam et rationabiliter confirmatam infringere vel cassare, in alium diem vel usum presumpserit commutare, auctoritate Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra ipsum anatemati subicimus. Acta sunt hec a. d. i. M°. CC. XLII°.

Das Siegel ist abgefallen.

## 402.

*B. Ludolf überweist zwölf früher zur Pfarre Borken gehörige Häuser der Capelle in Burlo.* 1242. — *Nach einer vom Reichsfreiherrn von Landsberg-Velen mitgetheilten Abschrift aus dem Gross-Burloschen Lagerbuch f. 1; eben daraus schon früher gedruckt Niesert Marienborn p. 42. Vergl. Nünning Mon. p. 203.*

In nomine Domini. Amen. Ludolphus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus presens scriptum intuentibus in perpetuum. Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore, memoria literarum solent perennari. Sciant ergo presentes et posteri, quod homines quatuordecim domorum capelle in Burlo proxime adiacentium a matrice ecclesia in Borcken per locorum distantiam in tantum, quod ex remotione

---

1) Derselbe, der 1240 am Dom zu Münster und 1246 an dem zu Riga ähnliche Stiftungen machte. Man s. oben Nro. 371.

non solum in visitatione infirmorum facienda fuissent sepius periclitati, verum etiam ex difficultate viarum ad matricem ecclesiam veniendi grave et magnum generaretur eys incommodum, nos igitur de consilio bonorum virorum et ad petitionem domni Goswini de Gemen militis renunciantis omni iuri quod sibi in predicta ecclesia adscripserat et eius attinentiis coram nobis, et consensu pastoris Robaldi mediante, prefatos homines in iure parochiali exemimus, qui astricti matrici ecclesie fuerant, capelle in Burloe assignantes eosdem, eadem tamen pactione interiecta, quod singulis annis synodum in matrice ecclesia observabunt et tres solidos Monasteriensis monete sacerdoti in Borcken ministranti dabunt annuatim in compensationem dampni, si quod ex hoc facto nostro predicte proveniret ecclesie. Ne igitur imposterum aliqua possit oriri huius exemptionis calumnia, hanc paginam nostri sigilli appensione munientes volumus confirmari. Acta sunt hec a. inc. dom. millesimo ducentesimo quadragesimo secundo, coram testibus subnotatis quorum nomina sunt hec: Remboldus [1]) maior prepositus, Wilhelmus Monasteriensis prepositus et Everhardus decanus maior et alii quam plures.

## 403.

*Ludolf von Steinfurt bestätigt gewisse zum Zwecke von Memorien- und Armenstiftungen von seinem Vater der Johanniter-Commende zu Steinfurt gemachte Schenkungen.* **1242.** *Steinfurt. — Abschr. Msc. II,* **13.** *p.* 226; *nach dem Orig. gedr. Niesert U.-S. V. p.* 18.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Ludolfus de Steinforde universis presens scriptum inspecturis in perpetuum. Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat et pereat, scripture solet testimonio roborari. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri, quod nos donationem, quam pie recordationis dominus et pater noster Ludolphus de Steinvorde nostro consensu et amicorum suorum consilio fecit domui hospitali Jherusalemitane in Steinvorde, in decima videlicet Albrahteslo, domo in Wene, domo Clanedorpe et domo Scherehorne, item assignando ecclesie domui bona, que a domino C. [2]) de Volmuntsteine compararat, videlicet curtim Temminc in Westerode, domum Beckeheim, domum Vinhagen, domum Druginc solventem annuatim XX. et I. den., domum Ykinc reddentem de quibusdam agris X. modios ordii, domum Wendelmudinc II. modios avene, domum Gerhardi Relhovet III. mod. ordii et II. avene et domum Halstdorpe cum omnibus suis pertinentiis mobilibus et immobilibus, sub tali pacto, ut pro salute anime sue suorumque progenitorum nec non et successorum suorum XIII pauperes in cibo et potu in predicta domo hospitali bis in die, in ieiuniorum vero diebus semel, in perpetuum reficiantur, coram nostris ratam habentes, innovavimus sub eo conditionis tenore, quatinus sepe dicti XIII. pauperes, secundum quod prehabitum est, omni casu contingente in eadem domo hospitali pascantur in perpetuum. Ut autem hec tam a nobis quam a fratribus prefate domus hospitalis presentibus et posteris firmiter observentur et inviolabiliter custodiantur, presentem cedulam conscribi facientes sigilli nostri testimonio roboravimus. Acta sunt hec in Steinvorde presentibus: Hermanno provisore in Dusburc, Conrado, Arnoldo, Gyselberto, Brunsteino, Petro, Johanne, fratribus domus hospitalis, Hugone plebano in Metelen, Johanne capellano in Steinvorde; Heinrico et Johanne fratribus de Lecden, Waltero dapifero, Rutgero Schrage militibus et aliis quam pluribus, anno gratie M°.CC°.XLII°.

---

1) „Reboldus" das Copiar.

2) So die Abschrift und der Druck.

## 404.

*Der Prior des Johanniter-Ordens in Deutschland gelobt die Ausführung obiger Stiftung. 1242* [1]*. — Nach dem aus dem Original geflossenen Abdruck bei Niesert U.-S. V. p. 21.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Frater Rembertus prior domorum et fratrum Jherosolimitani hospitalis per Allemaniam universis fratribus eiusdem professionis, ceterisque Christi fidelibus presentem paginam inspecturis in perpetuum. Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat et pereat, scripture solet testimonio probari. Noverint igitur tam presentes quam posteri, quod nobilis homo pie recordationis dominus Ludolfus de Steinvordia, consilio et consensu filii sui domini L. nobilis viri et ceterorum amicorum suorum, libere contulit domui nostre decimam in Albrahtello, domum in Wene, domum Clandorpe et domum Scherehorne. Item assignavit prefate nostre domui bona, que a domino de Volmuntsteine compararat, videlicet curtim Temminc in Westerode, domum Beckehem, domum Vinhagen, domum Druging que solvit annuatim XX. et I. den., domum Ikinc reddentem de quibusdam agris X. modios ordei, domum Wendelmudinck II. mod. avene, domum Gerhardi Relhovet III. modios ordei et II. avene, et domum Halstdorpe cum omnibus suis pertinentiis mobilibus et immobilibus, sub tali pacto, ut pro salute anime sue suorumque progenitorum nec non et successorum suorum XIII. pauperes in Christo cibo et potu in predicta domo hospitali bis in die, in ieiuniorum vero diebus semel, in perpetuum reficiantur. Quam donationem dictus dominus L. de Steinvorde vir illustris, nobilium progenitorum suorum imitatus vestigia, coram suis ratam habuit, et innovavit sub eo conditionis tenore, quatenus sepe dicti XIII. pauperes secundum quod prehabitum est, omni casu contingente in eadem domo hospitali pascantur in perpetuum. Ut autem hec a nobis et a fratribus nostris presentibus et posteris firmiter observentur et inviolabiliter custodiantur, presentem cedulam conscribi fecimus et ad perpetuam obligationem sigilli nostri testimonio roboravimus. Acta sunt hec in Steinvordia presentibus: Hermanno provisore in Dusburc, Conrado, Arnoldo, Giselberto, Brunsteino, Petro, Johanne fratribus nostris, Hugone plebano in Metelen, Johanne capellano in Steinvorde; Heinrico et Johanne fratribus de Lecden, Waltero dapifero, Rutgero Schrage militibus et aliis quampluribus. Anno gratie M°.CC°.XLII°.

## 405.

*Graf Gerbert von Stoltenbroke verkauft an den Grafen Otto von Ravensberg den Hof Boclo. 1242. — Abschr. Msc. I, 1. p. 86; II, 2. p. 25; gedr. Kindl. Beitr. III. U. p. 172.*

Gerebertus Dei gratia comes de Stoltenbroke. Scire cupimus universos Christi fideles, tam presentes [2] quam futuros, quod nos de consensu et consilio soceri nostri comitis Ottonis de Oldenborgh et de consensu et consilio uxoris nostre S. [3] cometisse, predium eius quod iure hereditario in partem suam cecidit, scilicet curtem Boclo [4], comiti Ottoni de Ravensberghe et uxori sue S. [5] comitisse pro CC et LXa marcis vendidimus simpliciter cum omnibus attinentiis et eo iure quo nos possidemus. Preterea uxor nostra iam dicta coram iudicio quod in vulgari dicitur vrydynch, dictam curtem eo iure, quo iustum fuit

---

1) Das Jahr, welches in der Urkunde fehlte, ergänzte Niesert aus einem alten Abdrucke.

2) So ist statt „posteros“ zu corrigiren.

3) „Salome“; siehe Nieberding Gesch. d. Niederstifts Münster p. 216 u. 224.

4) Bokel bei Aschendorf; die Ueberschrift im Copiar lautet nämlich: „De emptione curtis in Boclo site in Frysia“.

5) „Sophia“, gleichfalls aus dem Gräfl. Oldenburgischen Hause, aber von der Wildeshausenschen Linie, während der in der Urkunde genannte Otto der eigentlichen Oldenburgischen angehörte.

comiti Ottoni iamdicto et sue uxori erogavit, omni suo iure postposito. Et hec sigilli comitis Ottonis sepe dicti et nostri testimonio roboramus. Testes huius rei sunt: H. et filius suus de Spredowe, Johannes de Scaghen, H. Willekinus, B. Sprik, B. de Dynclaghe, B. de Kelynchusen, A. de Holtdorpe, R. de Lutten, R. de Linen, H. de Vechte et alii quam plures. Actum est a. D. M°.CC°.XLII°.

## 406.

*B. Ludolf bestätigt dem Kl. Marienborn zu Ramsdorf* [1] *verschiedene von demselben erworbene Zehnten.* 1242. — *Or. Fr. Münster U.* 63c; *Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn; gedr. Niesert U.-B. I. 1. p.* 427.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus in perpetuum. Quoniam generatio venit et preterit et motus temporis memoriam actionis preterite inconcussam dimittere non consuevit, contra premissum incommodum vivacibus litterarum testimoniis est utendum. Proinde noverit tam presentium quam futurorum devotio fidelis, quod Hermannus de Scelleren de consensu et promissione uxoris necnon et aliorum heredum suorum decimam Epenbocholte in manus comitis de Tekeneburg, a quo eam tenebat in feodo, et idem comes in manus nostras libere resignavit et absolute, cenobio in Ramesthorpe, quod eandem decimam a dicto Hermanno emptionis titulo conquisierat, devote petente, ut proprietatem huius decime ipsi et ecclesie sue perpetuo dignaremur conferre. Nos autem ad preces predicti cenobii omni devotione commendabiles inclinati, proprietatem memorate decime contulimus ipsi possidendam semper et habendam. De qua preter minutam decimam, sicut est consuetudinis, accipietur redemptio annualis; tamen ab hac redemptione domus prope Cosvelde que dicitur Vugelsang eximitur, ubi et in quadam domuncula ipsi contigua manipulus cum minuta decima colligetur. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XLII°, hiis presentibus: Bernhardo vicedompno et Johanne Werenzen canonicis Monasteriensibus, Rolando plebano de Lare; Ottone nobili viro de Horstmare, Hermanno Werencen, Alberto dapifero nostro, Giselberto et Godefrido fratribus Hermanni de Scelleren et aliis quampluribus. Item idem cenobium erga Gerlacum militem, qui dicitur rufus, emit decimam Marcob et Grutlon sitam cum duobus solidis Loveshem annuatim accipiendis, cuius proprietatem quia largiri potuimus, predicto cenobio in perpetuum largiti sumus, eo quod resignatio huius decime prius nobis facta fuerit per manus Hermanni militis de Monasterio inducti a dicto Gerlaco, quod eandem decimam de manu ipsius G. liberam et absolutam recepit et in manus nostras ipsa voce et manu voluntarie resignavit. Dictus enim Gerlacus hanc decimam de predicto H. iure tenuerat feodali. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XLII°, coram testibus subnotatis: Hermanno de Didinchove canonico Monasteriensi, Wicboldo sancti Martini decano, Arnoldo capellano nostro, Johanne camerario, Hermanno Nafal et aliis quam pluribus.

Das an roth- und grünseidenen Fäden anhängende Siegel hat gelitten.

## 407.

* *Propst und Capitel zu Xanten entlassen einen Wachszinsigen aus dem Hörigkeitsverhältniss.* 1242. — *Abschrift im Copiar des Kl. Marienborn p.* 9.

H. Dei gratia prepositus, J. decanus totumque Xanctense capitulum . . . notum esse volumus . . . quod nos Hermannum de Ulede exhibitorem presentium quondam cerocensualem ecclesie nostre liberum et absolutum dimisimus ab omni iure, quo nobis fuit astrictus, et eidem liberum arbitrium concessimus, dandi se ad quemcunque locum voluerit. Et ut hec eidem inconcussa permaneant, presentem paginam ei conscribi fecimus et sigillo nostre ecclesie communiri. Acta sunt a. D. M°.CC°.XLII°.

---

[1] Um 1244 nach Coesfeld verlegt.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 408.

** B. Ludolf überträgt und bestätigt dem Ägidii-Kloster verschiedene Erwerbungen. 1242 Januar 8, 1243 und 1244 [1]) Januar 14. — Or. Kl. Ägidii U. 25; Abschr. Msc. I, 81. p. 15.*

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. Ad noticiam tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod Thidericus miles de Venscote et Gerhardus filius suus, una cum uxore sua Elisabeth et heredibus suis, domum illam Venscote in parrochia Amelincburen sitam cum omnibus attinentiis suis abbatisse et conventui sancti Egidii, LXII marcis ab eis acceptis, nostro mediante consensu vendentes et omni iuri, quod in dictis bonis habebant vel habere videbantur, precise renunciantes, ea in manus nostras resignarunt, eo tamen interiecto medio, quod G. filius dicti Th. de denariis predictis allodium de valore XX marcarum beato Paulo comparabit, quod de nobis et nostris successoribus recipiet et tenebit iure ministeriali. Hiis igitur sic actis, nos paterna moti pietate ad sublevandas necessitates conventus memorati dictam domum cum omnibus pertinentiis suis secundum sententiam coram nobis latam et a ministerialibus ecclesie nostre approbatam, videlicet quod sepe dicta domus nobis sic vacaret, quod de ea facere possemus quod vellemus, beato Egidio conferendo contradidimus abbatisse et conventui Deo ibidem deservientibus habendam inperpetuum et semper eisdem profuturam. Ut igitur nulla inposterum super hac emptione ecclesie sepius nominate ab aliquibus questio aliqua vel calumpnia possit suboriri, presens scriptum exinde confectum de consensu utriusque partis sigillo nostro fecimus communiri. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XLIIII°, XVIIII° Kal. Febr. coram testibus subnotatis: Hermanno de Didinchove, Wicboldo decano sancti Martini, Arnoldo sacerdote, Hildebrando dyacono, Francone milite de Sconenbeke, Alberto dapifero, Bertrammo iudice, Everhardo milite de Wernen, Hinrico Alebrandinc et aliis quam pluribus.

Ad hec scire volumus presentes et futuros, quod Hinricus miles de Emesbroke, cum uxore sua et heredibus suis, piscinam Warebeke [2]) prope civitatem sitam iam dicto conventui pro XVIcim marcis vendidit nostro accedente consensu predicto iure pacifice possidendam. Acta sunt hec a. D. M°.CC°.XLIII°, coram testibus subnotatis magistro Berhardo scriptore episcopi, B. plebano sancti Lamberti, Jo. procuratore sanctimonialium, Hinrico Alebrandinc et aliis quam pluribus.

Preterea sciant universi, quod Bertrammus ministerialis ecclesie nostre decimam unius domus Cumpe in parrochia Aldenberge sitam predicto conventui pro IIIIor marcis vendidit, quam [3]) de manu Lutberti militis de Beveren tenuit et eandem resignando eidem. Idem Lutbertus eandem decimam in manus nostras libere resignatam, predicto conventui contulimus perpetuo possidendam. Testes huius rei sunt vicedominus Johannes sacerdos dictus Karitas, nobilis vir comes Ludewicus, tres fratres de Minhuvele Ber. F. et Her., Franco miles de Sconenbeke, Albertus dapifer et alii quam plures. Acta sunt hec apud sanctum Mauricium a. d. i. M°.CC°.XLII°, VI Idus Januarii.

Das Siegel, an roth- und gelbseidenen Fäden hängend, ist unter allen von B. Ludolf vorhandenen wohl das am Schönsten erhaltene; die Ausführung der Zeichnung ist wahrhaft künstlerisch zu nennen.

---

[1]) 1243 und 1245 nach unserer Rechnung. — [2]) Auf der Rückseite der Urkunde heisst es: „Warenbeke ubi nunc der Hoppendam". — [3]) „quam — possidendam" so wörtlich in der Urk.

## 409.

** Der Römische König Conrad IV. gestattet dem Grafen Otto von Ravensberg in Bokel einen Frei-Markt zu errichten. 1243 März 14. Hagenau [1]. — Abschr. Msc. I, 1. p. 10; II, 2. p. 26.*

Conradus divi augusti imperatoris Friderici [2]) filius, Dei gratia Romanorum in regem electus semper augustus et heres regni Jherosolimitani. Universis imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Tenore presentium notum facimus universis, quod nos intuentes grata servitia, que nobis Otto comes de Ravensbergh hactenus exhibuit et in antea exhibere poterit gratiora, talem ei gratiam duximus faciendam, ut auctoritate nostri culminis liberum forum apud Bugklo [3]) constituendi liberam habeat facultatem. Ad huius itaque gratie memoriam in posterum valituram presentes literas fieri et sigillo nostro fecimus roborari. Datum Haginowe a. D. M⁰. CC⁰. quadragesimo tertio, mense Martii pridie Ydus.

## 410.

** Graf Balduin von Bentheim überträgt dem Kl. Langenhorst gewisse von ihm lehnrührige Güter. 1243 Juni 6. — Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.*

Balduwinus Dei gratia comes in Benethem universis presens scriptum visuris imperpetuum salutem. Noverint universi Christi fideles tam presentes quam posteri, quod conventus ecclesie in Langenhorst bona, que Rethlage nominantur in vulgo, inter Dyepenbroche et Holleth iacentia, ab Alberto de Gellenbeche cum consensu fratris sui Rotgeri et omnium aliorum heredum suorum pro sex marcis et fertone conparavit sub eo conditionis tenore, quatinus prefatus Albertus antedicta bona pro eo, quod a nobis ipsa tenebat in feodum, ad usus predicti conventus nobis resignaret. Nos vero tali emptione conpleta et resignatione in manus nostras facta memorata bona cum omni integritate iuris ipsorum sepe fato conventui in Langenhorst liberaliter contulimus et benigne, presentibus: Ottone filio nostro, Hecberto dapifero nostro, Heinrico de Silvolden, Johanne de Ulsen militibus, Erph, Engelberto de Buchlo, Meinnoldo et aliis quam pluribus. Ut autem hec collatio a nobis liberaliter facta rata semper maneat et inconvulsa, presens scriptum sigilli nostri testimonio duximus roborandum. Acta sunt hec anno gracie M⁰. CC⁰. XL⁰ tercio, in die beati Viti martyris [4]).

Das Reitersiegel, mit den Obolis als Rücksiegel, ist sehr verletzt.

---

[1]) Ebenda finden wir Conrad IV. schon am 11. Februar dieses Jahres. Vgl. Böhmer R. J. 1198—1254. p. 263.

[2]) „Fridericus" das Copiar.

[3]) „in Emeslande", wie die Ueberschrift im Dom-Copiar hinzufügt. Dieser Ort ist ohne Zweifel identisch mit der „curtis Boclo" die Gr. Otto von Ravensberg 1242 vom Grafen Gerbert von Stoltenbroke erkauft hatte; siehe oben Nr. 405. Auch Diepenbrock, Gesch. des Amtes Meppen p. 155. deutet ihn auf Bokel bei Aschendorf.

[4]) Auf einem angenäheten kleinen Pergamentblatt steht noch Folgendes:

Hec sunt illorum nomina qui emptioni inter conventum in Langenhorst et Albertum de Gellenbeke interfuerunt: Gerhardus de Drivorden, Rotgerus, Johannes de Telget, Wernerus, Nycolaus milites, Bertramus, Arnoldus de Einhorst, Arnoldus de Northwich, Eccekinus faber, filii Rotgeri militis, Herewicus de Wene, Thidericus frater suus, Henricus de nova curte, Bernardus, Thidericus de Tylia et alii quam plures.

## 411.

** Der Edle Bernhard von Lippe befreit einen Diensthörigen des Klosters Freckenhorst von der Entrichtung der vogteilichen Abgaben. 1243 Juni 23. — Or. Kl. Freckenhorst U. 16.*

Bernardus nobilis de Lippa cum suis heredibus etc. Notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos divina favente gratia Albertum de Dodeslo et uxorem eius cum filiis et filiabus suis, quam diu curtim dictam Dodeslo colunt et inhabitant, et qui secum sunt sub sua familia, ab exactione annuali, ad petitionem domine abbatisse et conventus in Vrekenhorst necnon propter salutem animarum parentum nostrorum defunctorum, absolvimus et fideliter inhibemus, ne prenominatis curti iam dicte inhabitantibus ab aliquo auctoritate nostra derogetur, seu per exactionem a nobis inhibitam molestentur. Si quis vero de filiis vel filiabus suis dictam curtim exiverit, vel matrimonialiter extra curtim contraxerit, libertate pretermissa, sicut ceteri homines advocacie nostre pertinentes, nobis obsequiosus permanebit, ni forte per concambium rite factum discesserit. Preterea adiectum est, quod idem A. pueros suos, qui se ab ecclesia Vrekenhorstensi irrationabiliter alienaverint, sine mora revocabit, nec ultra se ab ecclesia sine consensu abbatisse et advocati alienabunt. Ne autem hec ordinatio, pie concepta et rationabiliter perfecta, a nobis vel a nostris heredibus aliquo pravo ingenio possit irritari vel in questionem dubitationis deduci, presens scriptum sigilli nostri munimine iussimus roborari testibus subnotatis quorum nomina hec sunt: Heinricus capellanus noster, Heinricus et Anselmus de Nemore [1]) fratres, Sifridus de Huffa dapifer, Hermannus de Lederdeslo, Hermannus de Lippa et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XLIII°, in vigilia beati Johannis baptiste.

Das Reitersiegel Bernhard's ist nur fragmentarisch erhalten.

## 412.

*B. Bernhard IV. von Paderborn verleiht der Gräfin Sophie von Ravensberg u. Vlotho den Niessbrauch aller von den Bischöfen von Paderborn herrührenden Lehen ihres Gemahls Otto. 1243 September 17. — Abschr. Msc. I, 1. p. 11; hieraus Copie Msc. II, 2. p. 29; II, 77. p. 204; gedr. Z. f. v. G. VII. p. 78.*

Bernardus Dei gratia Paderburnensis episcopus. Omnibus hanc litteram inspecturis notum esse volumus, quod nos domine comitisse Sophie de Vlothowe usufructum, qui in vulgari dicitur lyftucht in bonis omnibus, que maritus eius comes Otto in iusto feodo a nobis et antecessoribus nostris tenet, publice contulimus. Super quo ipsam bulle nostre et literarum testimonio communimus. Huius rei testes sunt: Hermannus camerarius, Conradus custos, Gerungus, Everardus, Mauritius canonici Paderburnenses; layci vero: B. nobilis de Lyppia, H. nobilis de Sterrenbergh, Georgius, Herbordus pincerna, Hinricus camerarius, Wernerus Stapel, Amelungus, Wernerus de Wevere, Amelungus de Gharden milites et alii quam plures. Datum a. D. M°.CC°.XLIII, pontificatus nostri anno XVI°, in die beati Lamberti martiris.

## 413.

** B. Ludolf bestätigt dem Magdalenen-Hospital zu Münster einen von Robert von Westerrode gekauften Zehnten. 1243. — Abschr. im Copiar des Hospitals p. 7.*

In nomine Domini. Amen. Ludolphus etc. Notum esse volumus universis pagine presentis inspectoribus, quod cum Robertus de Westerrothe [2]) vendidisset domui hospitalis in Monasterio decimam suam

---

[1]) „von dem Wolde“. — [2]) Bei Greven.

Tilbeke [1]) et eam, uxore sua consentiente, domino Gerhardo Brunen ecclesie nostre ministeriali, a quo ipsam emptionis titulo conquisierat, libere resignasset et absolute, idem Gerhardus eandem decimam, qua a nobis inbeneficiatus extitit, in manus nostras de consensu et compromissione suorum heredum voluntarie resignavit, predicta domo nobis humiliter supplicante, ut ipsi proprietatem prefate decime eternorum intuitu dignaremur in perpetuum assignare. Nos autem indigentie memorate domus paterno affectu cupientes consulere, que quottidiana sollicitudine Christum alere non desinit et vestire, dictam decimam iure proprietatis eidem possidendam perpetuo contulimus et habendam. Igitur ad maiorem nostri facti firmitudinem consequendam, presentem paginam exinde confici et cere nostre impressione volumus communiri. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°. quadragesimo tertio pontificatus nostri anno XVII. coram testibus subnotatis: Hermanno de Didinghove, Monasteriensi canonico, Volcquino [2]) officiali nostro de Waltbecke, Ludgero sacerdote de Bramesche, Alberto dapifero nostro, Crachtone de Sendene et Swedero de Bovinclo militibus; Gerhardo de Rene, Roberto Leone, Jacobo, Hermanno Nesal et aliis quam pluribus. Hii vero quorum nomina posterius poni fecimus erant presentes, ubi Robertus de Westerrothe sepedictam decimam G. memorato militi resignavit de consensu uxoris sue: Adam miles, Lambertus de Stuteslo, Gerlacus de Wicherden, Godefridus de Asscheberge, Wichmannus de Gansebroke et Thidericus de Kurbeke.

## 414.

* *Ludolf, Bischof von Münster, schenkt dem Kloster Kappenberg einen ihm von Godschalk gen. Hasenbalg und dessen Frau Holoferna resignirten Zehnten.* TT. Bernhardus vicedominus, Herimannus de Didinchove, Bernhardus notarius, Hugo prepositus, Bernhardus cellerarius; Lambertus de Vrekenhorst, Bertramus iudex, Wernerus de Ubbinctorp et frater suus Bernhardus. Datum a. d. i. MCCXLIII, ind. III[a], pontificatus nostri anno XVII. — *Abschr. aus dem Orig. Msc. II, 45. p. 51.*

## 415.

* *B. Ludolf bekundet, dass der Ritter Udo von Lon dem Kl. Ramsdorf die Einkünfte zweier Güter verpfändet habe. 1243 Wolbeck. — Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p. 8.*

Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus universis pagine presentis inspectoribus salutem in Domino. Universitati vestre significandum duximus, quod Udo miles de Lon [3]) et sui heredes assignaverunt et pignori obligaverunt claustro de Ramestorpe [4]) reditus bonorum suorum Elrebroke et Leverikeshem pro XV marcis, quos dictum claustrum ita diu sine qualibet condicione accipiet, quousque memorata pecunia soluta fuerit, quam idem Udo cum filia sua Jutta eidem claustro assignavit, arbitrans coram nobis cum suis heredibus, quod si prenotati reditus suo tempore soluti non fuerint, officialis noster de Dulmene bona intrabit et dictos reditus conquiret estimationem eorum in bonis accipiendo. Datum Woltbeke a. D. M°.CC°.XLIII°.

---

[1]) Bei Havixbeck. — [2]) „Weltquino" das Copiar.

[3]) Von fast gleichzeitiger Hand ist hinzugefügt: „Juxta Santen".

[4]) In diesem oder im folgenden Jahre ist das Kloster nach Coesfeld verlegt worden; dies erweist eine Urkunde von 1244, infra Nro. 425. Der letzten Zeit, wo dasselbe in Ramsdorf bestand, gehört folgende Urk. an, abschriftlich vorhanden im Copiar des Kl. Marienborn p. 15; gedr. Niesert, Kl. Marienborn p. 44:

Soror Mechthildis abbatissa in Ramestorp totusque conventus eiusdem ecclesie. Notum sit omnibus presens scriptum legentibus, quod communi consilio Hermanno ius cerocensuale contulimus, ut annis singulis II denarios Monasteriensis monete in assumptione beate virginis nobis persolvat et Mechthildis uxor eius eodem iure teneatur et hoc ratum habemus.

## 416.

*Das Nonnenkloster Marienborn zu Ramsdorf kauft einen vom Burggrafen von Rechede lehnrührigen Zehnten. 1243. — Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archiv, Kl. Marienborn; Abschrift im Copiar dieses Klosters; gedr. Niesert Marienborn p. 46.*

In nomine Domini. Amen. L(udolfus) Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Notum esse volumus universis pagine presentis auditoribus, quod Nicolaus miles decimam septem domorum Bozsnippe [1]), quam a Godefrido burcgravio de Regede iure tenuit feodali, vendidit abbatisse de Ramesthorpe et eius ecclesie, predicto burcgravio memoratam decimam de consensu et promissione suorum heredum in manus nostras libere resignante, resignatione tamen eiusdem decime in manus burcgravii per Nicolaum predictum militem legitime prius facta, quam abbatisse prenotate nec non et eius conventui iure proprietatis possidendam perpetuo contulimus et habendam. Igitur ut commodo predicti conventus amplius caveamus et quieti, presentem paginam exinde conscribi fecimus, et cera nostra communiri. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XLIII°, coram testibus subnotatis: Gozwino et Engelberto fratribus de Gemene, Wilhelmo Rucen, Hermanno et Engelberto fratribus de Dulmene, Alberto dapifero nostro et aliis quam pluribus.

Das an rothseidenen Schnüren angehängte Siegel des Bischofs hat sehr gelitten,

## 417.

** B. Johann von Minden wiederholt die von seinem Vorgänger [2]) ausgegangene Belehnung des Grafen Otto von Ravensberg, dessen Gemahlin Jutta und Tochter Sophie. 1243. — Abschr. Msc. I, 1. p. 10; hieraus Copie Msc. II, 2. p. 28; II, 77. p. 203.*

Johannes Dei gratia Myndensis episcopus. Universis presentem litteram inspecturis salutem in Domino. Geste rei notitia propagatur in posteros, cum venit auctoritas et robur firmius a testimonio litterarum. Notum igitur esse cupimus universis, quod nos inspecto privilegio antecessoris nostri W(ilhelmi) pie memorie, ea bona, que comes Otto de Ravensberghe et Sophia uxor et filia ipsius Jutta ab eo tenuerunt in feodo, iustitia exigente, eisdem et nos porreximus in feodo iugiter possidenda. Ut autem hec ipsis rata permaneant et inconvulsa, presentem conscribi paginam fecimus bulle nostre appensione roboratam. Huius etiam rei testes sunt: Bruno cantor et Geroldus canonicus Myndensis; nobilis vir Wydekindus advocatus de Monte, Justatius de Vornholte, Thethardus de Aspelekampe, Tydericus de Ekesset, Menfridus de Barichusen, Eckericus de Vulmen, Hinricus de Bungherthen, Conradus de Olflon, Bertrammus Spryk, Johannes de Cappele, Hermannus de Calenttorpe et alii quam plures. Acta iuxta Thehem [3]) a. D. M°. CC°.XLIII°, pontificatus nostri anno primo.

## 418.

** B. Bernhard von Paderborn überträgt dem Kl. Marienfeld den Besitz zweier von ihm lehnrührigen Häuser gegen eine jährliche Abgabe an Wachs. 1243. — Or. Kl. Marienfeld U. 96; Abschr. Msc. I, 106. f. 134.*

In nomine Domini. Bernardus quartus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus abbati et conventui campi beate Marie Cisterciensis ordinis in perpetuum. Littera vivax vivere facit actiones. Itaque ex

---

1) „Bosnippe“ oder auch „Bergbosnippe“, ehemals ein ansehnlicher Hof, der in der jetzigen Bauerschaft Bergbossendorf im Kirchspiel Haltern muss gelegen haben, indem noch mehrere Colonen derselben (wahrscheinlich der hier übertragenen 7 Erbe) an das Stift Marienborn, jetzt an die Fürstl. Salm-Horstmarsche Rentkammer ihre Pächte bezahlen. NIESERT.

2) Vergl. die Urk. von 1239, oben Nro. 359. — 3) Wohl „Dehme“ bei Minden.

presentium affatu manifestum esse cupimus, quod duas domos decimales in Oderdessen, quas interventu pecunie, videlicet XII marcarum, de manu Alexandri, Egberti et Conradi ac filii eius Johannis de Alfen redemistis, qui easdem a nobis in feodo tenuerant et in manus nostras quicquid iuris in ipsis habuerant resignasse dinoscuntur, nos in usus vestros liberaliter convertimus ac perpetuo iure tradidimus possidendas, ita quod annuatim duas libras cere custodi Paderbornensi procuretis ad anniversarium Rothonis episcopi presentari. Datum Paderborne anno gratie M°.CC°.XLIII°. Huius rei testes sunt: Cunradus custos, magister Mauritius, Albertus capellanus, Godescalcus presbiter, Heinricus camerarius, Godefridus advocatus, Godefridus Putecler, Hildebrandus conversus et alii.

Das Siegel ist fast ganz zerstört.

## 419.

** B. Engelbert von Osnabrück bekundet den Betrag der Zehntlöse von einem Marienfelder Hause.* 1243. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 97; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 143.

In nomine Domini. Engelbertus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus. Contra erroris nubilum et calumpnie machinamentum valet testimoniale monimentum. Noverint itaque tam futuri quam presentes, quod domus in Gestelle pertinens cenobio campi beate Marie Cisterciensis ordinis consuete solvit annis singulis duos solidos pro decima, et XVIII denarios pro minuta decima ecclesie Widenbruggensi. Quam sane pensionis formam archidiaconus et plebanus eiusdem ecclesie, videlicet Heinricus decanus Sosatiensis et Everhardus vicarius, approbarunt. Datum est hoc memoriale anno gratie M°.CC°.XLIII°. Huius rei testes sunt: Arnoldus cantor, Gerhardus de Bure, canonici Osnaburgensis ecclesie, Theodericus cellararius, Wernerus custos et Godefridus monachi.

Das Siegel ist abgefallen.

## 420.

*Kaiser Friedrich II. erlaubt auf Bitten seines Verwandten, des Grafen Otto von Vlotho, dass dessen in Friesland belegenes Reichslehen nach seinem Tode von dessen Frau und Tochter lebenslänglich besessen werde.* 1244 *April bei Aquapendente. — Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 9; *VII,* 2303. *u. II,* 2. *p.* 30; *gedr. Niesert U.-B. I. II. p.* 11.

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus, Jherusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris, quod comes Otto de Flotowe dilectus consanguineus et fidelis noster nostre celsitudini supplicavit, quatenus feodum in Frysia situm, quod a nobis et imperio tenet, uxori sue Sophie et filie quam ex ipsa suscepit, fidelibus nostris, si eum ipsis premori contingeret, ad vitam utriusque earum successive tenendum concedere de nostra gratia dignaremur. Nos igitur attendentes puram fidem et immensam devotionem, quam idem comes ad excellentiam nostram et imperium gerit, nec non grata valde et fidelia servitia que culmini nostro exhibet incessanter, suis supplicationibus grato concurrentes assensu idem feodum predictis uxori sue et filie, si eum ipsis premori contingeret, ad vitam utriusque earum successive tenendum de liberalitatis nostre munificentia duximus concedendum, presentis scripti mandantes edicto, quatenus nullus sit qui eas in predicto feodo contra presentis concessionis nostre paginam temere impedire vel molestare presumat. Quod qui presumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Ad huius igitur nostre concessionis futuram memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum apud Aquam pendentem, anno dominice incarnationis M°.CC°. quadragesimo quarto, mense Aprile, secunde indictionis.

## 421.

*Schutz- und Freundschafts-Bündniss zwischen den Edlen Otto von Horstmar und Ahaus und Ludolf von Steinfurt.* 1244 *April* 10. *Haverbeck* [1]. — *Hier wiederholt nach dem Abdruck bei Jung, histor. Benthemiensis cod. diplom. p.* 58.

In nomine sancte ac individue Trinitatis. Amen. Otto homo nobilis dictus de Horstmare omnibus ad quos presentia pervenerint imperpetuum. Sepe perirent multa negotia, si non scripture testimonio essent roborata. Eapropter universis presentibus et futuris presentem cedulam inspecturis notum esse cupio, quod L. nobilis de Stenvord et ego O. de Horstmare sub hac forma compositionis amicabiliter convenimus et fide data ita adinvicem conspiravimus, quod nullo casu interveniente alter ab altero, auxilio castrorum et hominum, consilio et omni amicitia decetero non debeat separari. Et si Dei interveniente potentia alterum nostrorum forte decedere contigerit, vivens heredi decedentis et heres econverso auxilio, consilio, amicitia in omnibus prehabita, observando, irrefragabiliter adherebit. Si vero uni nostrorum discordiam adversus aliquem contigerit suboriri, cuius alter nostrorum sit amicus, discordiam illam monitis et precibus vel saltim iure mediante cum illo si poterit sedabit; alioquin alter nostrorum alteri semper erit auxilium prestiturus. Item si inter nos duos controversiam aliquam incidere contigerit, alter alteri qui excessisse videtur, ut a sua convertatur iniuria, intimabit. Quod si non proderit, suis insinuabit hominibus, ego Stenvord, ipse tam Horstmare quam Ahus. Quibus adinvicem convenientibus, quid controversie inter nos provocatum fuerit, hoc inter se decidere et cassare plenam concessimus potestatem. Alioquin altera pars ad istam, qua equitatem vel iustitiam recognoscit, relicto domino sua in iniuria, communiter auxiliando recurret. Item si inter ministeriales nostros seu homines de Stenvord et de Horstmare, sive Ahus et Stenvord, dissensio aliqua succreverit, duos una parte et duos altera qua discordia est mediatores posuimus, dominum Johannem de Lecden et Walterum dapiferum milites illa parte, dominum Arnoldum Bastun et Bernardum de Horstelo hac parte. Si vero parte altera, scilicet de Ahus, est dissensio, dominum Johannem de Lecden et Walterum dapiferum milites, econverso dominum Albertum de Bramlere et Johannem de Horstelo milites. Quorum potestate, inter quoscumque ministeriales nostros seu homines exoritur dissensio, consistet conpositio et aliis hoc ratum habentibus [2] ad istorum placitum penitus decidetur. Item si aliquis superveniens cum altero nostrorum conspirare voluerit (et) secum amicitias contrahere, nisi prius alteri intimaverit, cum illo fedus non aliquod acceptabit. Preterea supradictus L. nobilis de Stenvord suos homines michi et meis hominibus, ut magis et certius prehabita confirmentur, fide media adinvicem fecit conpromittere, quorum nomina sunt hec: dominus Gotscalcus de Rene, Henricus de Havekesbeke, Henricus, Johannes et Godefridus fratres de Lecden, Arnoldus de Willen, Johannes de Bekeheim, Henricus Palster, Walterus dapifer, Thomas de Othtope, Rolandus de Lare et Gotvinus de Halle milites. Ego vero econverso ei et suis id ipsum fieri meis feci hominibus, qui sunt: dominus Arnoldus Bastun, Bernardus de Horstelo, Albertus de Bramlere, Johannes de Horstelo, Gerhardus de Udinha, Arnoldus de Warienlo. Giselbertus Dens, Wernerus de Bramlere, Johannes Ursus, Aspelanus de Lare, Aspelanus de Hopingen, Lambertus de Lare et Godefridus de Welefelde milites. Ut autem hec scripta inter nos duos et nostros tam presentes quam futuros firmiter observentur et inviolabiliter custodiantur, alter nostrorum alterius sigilli testimonio roboravit scripture memorie commendata. Actum iuxta Haverenbeke, qua parte fons schaturit, anno gratie M°.CC°.XLIIII°, quarto Ydus Aprilis.

---

[1] Im Kreise Ahaus, Amt Schöppingen. — [2] „alii hoc ratum habentes" Jung.

## 422.

*B. Engelbert von Osnabrück bekundet die Zehntlöse eines Hauses in Dissen. 1244 Juni 27. — Or. Kloster Marienfeld U. 102; Abschr. Msc. II, 11. p. 135; II, 77. p. 185; gedr. v. Ledebur, Archiv XII. p. 380.*

Engelbertus Dei gratia Osnaburgensis episcopus universis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus hanc litteram inspecturis in Christo Jehsu notum esse cupimus, quod Eckehardus et Wolbertus fratres de Thitmarigdorpe de domo ipsorum in Dissene, que vocatur trans rivum, pro redemptione decime solvunt domino eiusdem decime duos solidos annuatim; unde ne dicti fratres ad manipulum vel ad redemptionem ampliorem compelli valeant ullo modo, ipsis presentem paginam super hoc confectam sigillo nostro duximus roborandam. Actum anno Domini M°.CC°.XLIIII°, V Kalendas Julii, episcopatus nostri anno quinto.

Das Siegel des Bischofs ist fast ganz zerstört.

## 423.

** Hathewigis (von Volmestein), Äbtissin von Herdicke, verkauft einen Hof im Kirchspiel Wiedenbrück an den Bischof von Osnabrück. 1244 Juli. — Or. Kl. Marienfeld U. 99; Abschr. Msc. I, 106. f. 143'.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Hathewigis Dei gratia abbatissa totusque conventus ecclesie sancte Marie in Hirrike [1]) universis Christi fidelibus in perpetuum. Sicut rerum preteritarum aput eos qui presentes sunt, ita presentium aput illos qui futuri sunt nasci solet oblivio. Hinc est, quod tam presentium quam futurorum fidelitati cupimus esse notum, quod nos de maturo et communi consilio totius conventus nostri venerabili domino Engelberto Osnaburgensi episcopo curiam in Ruthinclo, quam ecclesia nostra libere et quiete possederat ab antiquo, cum hominibus et omnibus attinentiis suis infra parrochiam Widenbruggensem titulo venditionis damus et libere dimittimus perpetuo possidendam, ipsum mittentes in possessionem eiusdem curie cum plenaria warandia. In cuius rei testimonium presentem paginam super eo confectam sigillo nostro et conventus nostri duximus roborandam. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XLIIII° mense Julii, presentibus testibus: Everhardo fratre nostro de Volmutstene, Gozzwino canonico ecclesie nostre, Thithardo, Engelberto, Gerewino qui erant ex parte nostri; ex altera parte: Tiderico de Hornen, Amelungo de Linen, Amelungo de Gore, Rethero, Hermanno advocato de Bekehem, Henrico sacerdote, Elhardo, Pilegrimo.

Die Siegel des Klosters und der Aebtissin von Herdicke sind ziemlich gut erhalten.

## 424.

** Dem Kloster Freckenhorst wird das Recht zur Erhebung gewisser Zehnten durch das Synodalgericht zuerkannt. 1244 August 2. — Or. Kl. Freckenhorst U. 17; Abschr. Msc. I, 94. p. 150.*

G. Dei gratia Lisbernensis abbas universis presentem litteram inspecturis salutem in auctore salutis. Cum inter . . . . abbatissam et conventum de Freckenhorst ex parte una et Hinricum militem de Herevelde ex altera coram nobis iure synodali iudicio presidentibus questio verteretur super collectione manipulorum de universis bonis eiusdem H., Stutinhchusen videlicet et Herevelde, quam dicta . . . abbatissa et conventus iure sibi competere dicebat ratione decime sue in Bovinctorpe, tandem de consensu partium delatum est iuramentum duobus famulis, Everhardo videlicet ministeriali domini B. Lippensis et Hermanno famulo ab-

[1]) Herdicke.

batisse de Frekenhorst. Quibus pro intentione dicte . . . abbatisse et conventus iurare paratis, prefatus de Herevelde iuramentum eis remisit, recognoscens coram nobis una cum filio suo Theoderico, ecclesie de Frekenhorst competere collectionem manipulorum de universis bonis suis que habet in Stutinchusen et Herevelde, excepto tantum manso quem a Bernhardo de Gest comparavit, Hartwino sacerdote et Brunone milite de Frekenhorst ex parte iam dicte ecclesie remittentibus eidem H. iniuriam, si quam eidem ecclesie irrogaverat in retentione ipsorum manipulorum. Ut igitur hec rata et inconvulsa permaneant, paginam inde conscriptam sigilli nostri impressione una cum sigillis . . prepositi et ecclesie Cappellensis cautum duximus roborari. Testes huius facti sunt: Leonius prepositus Capellensis, Philippus cellerarius Lesbernensis, Hartwinus sacerdos de Frekenhorst, Conradus sacerdos Cappellensis; Bruno miles de Frekenhorst, Sifridus dapifer de Lippia, Achilles miles et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. XLIIII°. in die Stephani pape.

Die drei anhängenden Siegel sind sehr beschädigt.

## 425.

** B. Ludolf überträgt dem Kl. Marienborn in Coesfeld ein von Heinrich von Keppele resignirtes Gut. 1244. — Aus dem Copiar des Kl. Marienborn im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive p. 3.*

Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus in perpetuum . . . . Notum esse volumus universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod Henricus miles de Keppele ministerialis ecclesie nostre curtim Stockinc, qua a nobis inbeneficiatus extitit, de consensu et compromissione heredum suorum voce et manu in manus nostras voluntarie resignavit, quam ad devotas preces predicti militis cum universis appenditiis suis et usibus dilectis in Christo filiabus abbatisse et eius conventui Cosvelde Deo deservientibus iure proprietatis possidendam perpetuo contulimus et habendam. Igitur ut predictis Christi pauperibus, in quantum possumus caveamus commode, presentem paginam etc. . . Acta sunt hec a. D. M°. CC°. XLIIII°, presentibus: concanonicis nostris Bernhardo vicedomino, Stephano cantore, Johanne Werencen, Bernhardo de Asbeke; nobilibus: Ottone de Horstmaria, Gozwino, Symone et Engelberto de Gemene; ministerialibus Bernhardo, Frederico fratribus de Meinhovele, Hermanno Werencen et duobus filiis suis Bernhardo et Svedero, Everhardo de Willen, Everhardo de Damhusen et aliis [1]).

## 426.

** B. Engelbert von Osnabrück genehmigt den Verkauf gewisser seinem Domcapitel früher angehörenden Einkünfte an das Kl. Marienfeld. 1244. — Or. Kl. Marienfeld U. 101; Abschr. Msc. I, 106. f. 11'.*

Engelbertus Dei gratia Osnaburgensis episcopus. Christi fidelibus etc. innotescat, quod Giso maioris ecclesie nostre thesaurarius vendidit cenobio campi beate Marie redditus duodecim denariorum, quos annuatim in bonis Middelseten, que colit Engelbertus, ex parte curtis Grevene pensionario iure percepit. In quorum recompensationem iam dictus G. redditus alios duodecim similiter denariorum in domuncula sita in prato scilicet apud Damme, ubi commodius propter vicinitatem et expeditius id fore iudicavit, provide conquisivit. Que sane pensio sive de bonis Middelseten sive de domo prati in Damme in festo Crispini et Crispiniani rite exsolvitur. Ut autem huiusmodi factum sit ratum et inconvulsum permaneat, presentem paginam exinde confectam sigilli nostri munimine duximus roborandam. Actum anno Domini M°. CC°. XLIIII°, in-

[1]) Aus der Zeit wo die Aebtissin Mechthildis dem Kloster Marienborn vorstand, 1244—1258, hat das Copiar p. 14 noch eine kleine undatirte Urkunde erhalten, gedr. bei Niesert, Marienborn p. 46, worin dieselbe bezeugt, dass „Gertrudis de Conighinne commorans in Tholeden in parochia Marlere" sich ihrem Kloster als Wachszinsige übergeben habe.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dictione Ia.[1]), presentibus: Gerhardo de Foro, Sifrido de Wildeshusen, Godescalco de Askeberge maioris ecclesie nostre canonicis, necnon et Wescelo de Loniggen et Sigehardo de Sogelen sacerdotibus; laicis vero: Herimanno cognomento Hake, Theoderico de Horne, Giselberto iudice nostro et aliis quam pluribus[2]).

**An rothen und weissen Fäden hängt das wohlerhaltene Siegel des Bischofs.**

## 427.

** Helewigis, Äbtissin von Freckenhorst, überträgt gewisse Äcker bei Keitlinghaus [3]) unter bestimmten Pachtbedingungen dem Kl. Marienfeld. 1244. — Or. Kl. Marienfeld U. 98; Abschr. Msc. 1, 106. f. 56.*

In nomine Domini. Helewigis, Dei gratia in Vrekenhorst abbatissa, omnibus qui legerint hoc vel audierint in perpetuum. Firmitas actionum ex memoria stat litterarum. Innotescat itaque tam futuris quam presentibus, quod agros conducticios domui Ketelinchus adiacentes, sex annuatim solventes denarios, acceptatis et acceptis quatuor solidis, titulo prelocationis, quod vulgo vorehure dicitur, assignavimus cenobio campi beate Marie accedente consensu ecclesie nostre nostrorumque officialium favente coniventia, constante videlicet eadem annua sex denariorum pensione, ut quemadmodum agri iam dicti dicte domui contermini sunt situ, ita et usu perpetualiter ei sint annexi. Huius rei testes sunt: Hardwicus decanus, Godefridus, Burchardus, Heinricus monachi; Bruno scultetus, Herewigus de Wartenhorst, Albertus de Holhorst, et Heinricus filius eius, Omerus de Ostenvelde et alii. Actum anno gratie M°.CC°.XLIIII°.

**Das Siegel ist nicht mehr vorhanden.**

## 428.

*Ludolf, Edler von Steinfurt, überträgt den Johanniter-Ordensbrüdern daselbst das ihm und dem bisherigen Lehnsträger abgekaufte Haus Aa. 1244. — Hier nach dem aus dem Original entnommenen Abdruck bei Niesert U.-S. V. p. 24.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Ludolphus de Steinvorde nobilis homo universis Christi fidelibus etc. Notum esse volumus, quod magister Rudolphus, hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani in Steinvorde provisor, et fratres sui domum in Aa cum omnibus suis attinentiis a nostro ministeriali Hermanno de Aa, qui eam a nobis cum aliis bonis suis tenebat, pro centum marcis compararunt. Nos autem licet huiuscemodi alienationem alias non ferremus gratanter neque sustineremus, tamen propter honestatem et dilectionem prefati magistri R. et fratrum suorum aliorumque precibus sedulis inclinati, predicte emptioni et venditioni pium favorem prebuimus et assensum. Hinc est, quod antedictus Hermannus de Aa, uxor sua Walburgis, filius suus Hermannus et filia sua Hadewigis sepefatam domum in Aa sicut dictum est nobis resignarunt, nos vero et uxor nostra Lisa, liberi nostri Ludolphus, Balduwinus et Aleidis, receptis exinde XL marcis pro proprietate dicte domus, eandem proprietatem et ipsam domum totaliter

---

[1]) So die Urk.; doch muss entweder die Indictionszahl in II, oder die Jahreszahl in 1243 geändert werden.

[2]) Der Schreiber des Copiars fügt l. c. hinzu:

Notandum quod extrema domus in Middelseten, que sita est prope arulam ligneam seu iuxta bancos ubi cruces consistunt, ab antiquo XV denarios exsolverit, ex quibus tres denarii abstracti alias devenerunt. Sed postquam hec pensio ad nos devoluta est, nobis predicta summa scilicet XV denarii indivisa solvetur. Quod recognoscunt eiusdem domus cultores. Hoc inquam ignoravit G. custos, cui semper tres denarii subtrahebantur.

[3]) Im Kirchspiel Oelde.

cum omni integritate attinentium magistro R. et fratribus suis hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani in Steinvorde habendam in perpetuum contulimus et possidendam etc. Huius facti testes sunt: fratres hospitalis magister Rodolfus, Otbertus et Johannes; Johannes capellanus noster, Hermannus capellanus hospitalis, sacerdotes; Walterus dapifer noster, Johannes et Henricus de Legeden fratres, Johannes de Rechede, Arnoldus de Wulhen, Henricus de Havecchesbecke, Rolandus de Lare, Thomas de Ochtupe, milites ministeriales nostri, et alii quamplures. Acta sunt hec in Steinvorde anno Domini M°. CC°. XL°. quarto.

## 429.

*Gerhard von Randenrode bekundet als Vogt des Hofes Worma, dass Dietrich von Sestorpe seinen Ansprüchen an die zu demselben gehörigen Waldungen entsagt habe.* 1244. — *Zwei Transsumpte aus den Jahren* 1282 *u.* 1288 *unter den Siegeln des Abts von Liesborn und des Münsterschen Domcapitels im Archiv des Klosters Überwasser U.* 9 *u.* 25; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 20′; *III,* 10. *p.* 39; *gedr. Nisert U.-S. II,* 159.

Universis presentem literam inspecturis Gerhardus de Randenrode salutem in auctore salutis. Noverint universi, quorum scire interest, quod cum Theodericus miles de Sestorpe super lignis attinentibus curie ecclesiarum Lisbernensis et sancte Marie in Monasterio, que Worma dicitur, in qua ius advocatie nos habemus, dictam curiam plurimum infestaret, tandem post plurimas dicti militis infestationes nobis mediantibus idem Theodericus, accepta a dictis ecclesiis quindecim marcarum summa, omni actioni et iuri, si quod sibi in prefatis lignis competere videbatur, dampnis etiam et iniuriis, si qua occasione dicte dissensionis sustinuisset, una cum uxore sua Aleyde et filio Godefrido nec non et filia sua eiusque marito, coram nobis et aliis viris honestis penitus renuntiavit, firmiter promittens una cum uxore et supradictis heredibus suis, quod super premissis dictam curiam in Worma de cetero nunquam molestabunt. Ut igitur hec rata et inconvulsa permaneant, paginam hanc inde conscriptam sigillo domini de Heymesberge, nostro et filii nostri Lothewici cautum duximus roborari. Testes huius rei sunt: Lodewicus plebanus in Worma, frater Lutmundus procurator curie ipsius; laici: Hinricus dominus de Heymesberg, Lodewicus filius noster, Lambertus advocatus de Heymesberg, Renherus miles de Palude, Remboldus de Hunztorpe, advocatus Otgerus de Gelinkerke et frater eius Gerhardus de Laken, Philippus de Hunztorpe, Baldwinus de Randenrode, Gerhardus de Hunztorpe, Remboldus Luscus et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. XL°. quarto [1]).

## 430.

* *Der Ritter Johann von Erwitte verkauft dem Kl. Marienfeld ein Grundstück.* 1244. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 100; *Abschr. I,* 106. *f.* 8′.

In nomine Domini. Amen. Perpetuantur negocia testibus et scriptura. Itaque tam futuri quam presentes agnoscant, quod ego Johannes miles de Ervete mansi proprietatem in Remeseth trans aquam, ecclesie campi beate Marie tribus acceptis marcis ab ipsa, de consensu Gerlagi militis et aliorum heredum meorum, perpetuo iure possidendam assignavi, super quo presentem paginam sigillo meo communire testesque adhibere curavi, quorum hec sunt nomina: Rodolfus abbas, Alebrandus monachus, nuncii ecclesie iam predicte, Herimannus de Widenbruggen maioris ecclesie Monasteriensis canonicus, Frowinus sacerdos de Ben-

---

[1]) Auf dem Transsumpt U. 25 stand noch vermerkt: „Cetera lator, cuius verbis ex parte conventus Lysbernensis tamquam veri nuntii per omnia est confidendum.“ Eine Urk. v. 1386, Ueberw. 137, nennt dies Gut „de hoff tho Leiffart in dem lande van Gulke“.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ninchus, Herbertus, Herboldus et Heinricus conversi; item Hermannus de Ervete, Johannes de Berglere, Hermannus Hervest, Rotcherus, Hathwig et alii. Actum anno Domini M°.CC°.XLIIII°.

Das Siegel des Ausstellers, einen aufgerichteten gekrönten Löwen darstellend, hat sehr gelitten. Von der Umschrift ist noch zu lesen: S . . . . . . INI JOHAN . . . MILITI . . . . . . . . HE.

## 431.

*Der Edle Bernhard von Lippe trägt dem Bischof Ludolf und dem Stift Münster sein Schloss Rheda und alle seine Besitzungen zwischen dem Osning und der Stadt Münster, innerhalb und ausserhalb dieses Bisthums, zu Lehen auf. 1244 [1] Januar 19. Rheda. — Orig. Fr. Münster U. 64; Abschr. Msc. I, 1. p. 26; gedr. aus ersterem Kindlinger Beitr. II. U. p. 259; aus letzterer Niesert U. B. I. II. p. 184.*

Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Innotescat universis pagine presentis inspectoribus, quod cum Symon prepositus [2] Rethe castrum fratris sui Bernhardi nobilis viri de Lippia perfide cepisset, idem B., ut a nobis et ministerialibus ecclesie Monasteriensis ad recuperationem castri sui iuvaretur, nobiscum subnotate vicissitudinis iniit contractum. Ipse et nobilis femina coniux sua Sophia et eorum liberi castrum ipsum Rethe et omnes proprietates suas, quas habebant ex ista parte Osningi usque Monasterium, sitas intra episcopatum Monasteriensem vel extra, beato Paulo et ecclesie Monasteriensi integritaliter ac liberaliter contulerunt, obligatione adiecta, quod de prefato castro et de proprietatibus donatis prestarent ecclesie Monasteriensi et eius episcopo veram et perpetuam warandiam. Nos autem cum aliquibus ecclesie nostre ministerialibus manualiter nomine beati Pauli et sue ecclesie acceptavimus hanc donationem, que propter maiorem sui firmitudinem celebrata fuit ab iisdem coram libero comite Otberto aput pratum iuxta Rethe in loco legitimo banni regalis, qui locus vulgo malstad appellatur, et idem comes Otbertus super ipsa donatione bannum regalem firmavit. Ob predictarum rerum donationem nos et ministeriales nostri de consilio et consensu priorum ecclesie Monasteriensis obligavimus nos prestituros auxilium prefato Bernhardo, coniugi sue et liberis eorum in causis iustis, non solum contra Symonem fratrem eius, sed etiam contra omnes, exceptis imperio, Coloniensi ecclesia, comite Luthewico de Ravensberg et ceteris nostris confederatis amicis, videlicet H. duce de Limburg, H. Seynensi et Th. Clivensi comitibus. In eodem etiam loco castrum Rethe et proprietates donatas eidem B., uxori sue et filio eorum Bernhardo in feodum concessimus; similiter concessimus prefate uxori eius et eorum filio Bernhardo alia bona, que ipse B. prius ab ecclesia tenuerat. Et propter hec idem nobilis vir noster B., militari fide hominum suorum interposita, securitatem nobis fecit et ministerialibus ecclesie nostre, quod ipse et filius suus B. manebunt nostri, successorum nostrorum et ecclesie Monasteriensis perpetui adiutores contra omnes, preter ecclesiam Coloniensem et avunculum suum Ottonem comitem Tekeneburgensem, cui prorsus contra nos et nostram ecclesiam nullum debet adiutorium prestare. Si tamen nos et ecclesiam adiuvare voluerit contra ipsum, id liberum erit ei et salvum. Fuit etiam ex parte nostri et ministerialium nostrorum eidem repromissum, quod si post mortem suam aliquis coniugem eius et eorum filium B. a possessione Lippiensis dominii temptaret exheredare, nos et ministeriales nostri eis fideliter et viriliter debemus assistere contra talem. Supradicta donatio et obligationes hinc inde ei adherentes firmate fuerunt coram eodem comite Otberto sub banno regali, presentibus viris nobilibus et honestis: Luthewico de Ravensberg, Godefrido de Arnesberg, Hinrico de Hoya, Adolpho de Waldecge, Alberto de Waldensteynne comitibus; Bernhardo de Osethe, Wicboldo de Holte et eius filio Her., Conrado burggravio in Stromberg, Rabodone de Westerwinkele et Wilhelmo Rucen viris nobilibus; item Hermanno Werencen, Francone de Sconenbeke, Bernhardo, Friderico et Hermanno fratribus de Menhůvele, Hinrico de Reggethe, Gerlaco de Beveren, Alberto dapifero, Omero de

[1] 1245 nach unserer Rechnung. — [2] von Paderborn, wo er 1247 auch Bischof ward.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Stromberg ministerialibus ecclesie Monasteriensis; Bertoldo et Hermanno militibus de Brakele, Alrado de Bechteresen, Alrado de Bevincthorpe, Hermanno et Johanne de Lippia, Hermanno de Lederdeslo ministerialibus Lippiensibus; Bertoldo de Belinchusen et aliis quam pluribus, anno Domini M°.CC°.XLIIII°, XIIII Kalendas Februarii, in loco supradicto iuxta Rethe.

Das Siegel ist verloren.

## 432.

** B. Ludolf überträgt dem Kl. Langenhorst gewisse von diesem angekaufte Renten und Zehnten.* 1245 *Mai* 26. *Wolbeck. — Orig. in doppelter Ausfertigung* [1] *im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archive.*

Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus hoc scriptum cernentibus salutem in auctore salutis. Noverint universi quod cum conventus dominarum in Langenhurst ab Arnoldo de Nortwich reditus duorum malciorum siliginis, que annuatim redduntur de domo Hoiet iuxta Benethem, et minutam decimam, item a Johanne Sculen [2] de Beveren [3] tres solidos de domo Weninking [4] in parrochia Lere et XII denarios de curte Conig [5] in parrochia Borchurst [6], qui de dictis domibus redduntur annuatim pro redemptione decime, suis denariis comparasset, Arnoldus et Johannes iam dicti memorata bona nobis resignabant, et nos eadem intuitu divine remunerationis et ob specialem dilectionem, quam ad eundem conventum gerimus, eidem conventui et suo monasterio liberaliter duximus assignare. Ut autem hec nostra assignatio prefato loco rata permaneat et firma, presentem paginam exinde conscriptam iam dicto conventui dari fecimus sigillo nostro communitam. Testes huius rei sunt: Herimannus de Didinchovin [7] canonicus Monasteriensis, Volcwynus thesau(ra)rius sancti Lugeri [8], Wicboldus de Holte [9], Herimannus Hakenez, Lambertus de Vrekinhurst [10], Johannes camerarius, Wernherus de Aldirburch [11], Albertus de Holnhorst et alii quam plures. Datum apud Waltbeke anno Domini M°.CC°.XLV°, in crastino beati Urbani martiris.

An beiden Ausfertigungen waren die Siegel nicht mehr vorhanden.

## 433.

** Der Ritter Bernhard Crachtinc verpfändet der zur St. Ludgeri-Kirche gehörigen Kirche in Hiltrup einen Zehnten.* 1245 *Juni* 14. *Münster im bischöflichen Palaste. — Abschrift Msc. I,* 70. *p.* 24; *hieraus Copie II,* 13. *p.* 13; *IV,* 3. *p.* 164.

Ludolphus etc. Innotescat tam presentibus quam futuris, quod Bernhardus miles dictus Crachtinc decimam Kalveswinkele in parrochia Telgith iuxta Berlere, quam a nobili viro comite Lůdewico [12] tenebat in feodo, consentientibus ex parte ipsius videlicet Crachtone milite et Hadewige noverca eiusdem, que usufructum habuerat in eadem, ecclesie sancti Clementis in Hiltorpe ad custodiam ecclesie beati Ludgeri Monasteriensis pertinenti, accepta quadam pecunie summa XXX videlicet marcis Monasteriensium a Volchwino thesaurario ecclesie beati Ludgeri superius memorate, coram nobis titulo pignoris obligavit; promittens nichilominus et Themonem [13] de Berle et Florencium fratrem suum, Themonem [13] de Stochem et Frede-

---

[1] Die abweichenden Lesarten der zweiten Ausfertigung folgen hier: — [2] Schulen. — [3] „de Beveren" fehlt. — [4] Weninking. — [5] Coning. — [6] Borchorst. — [7] Hermannus de Didinchove. — [8] Volquinus thesaurarius sancti Lutgeri. — [9] Holthe. — [10] Vrekenhorst. — [11] Dieser Name fehlt ganz.

[12] von Ravensberg, der nach dem Tode seines Bruders Otto (1244 November 11.), als Vlotho durch dessen Tochter Jutta an das Tecklenburger Haus gelangte, hiergegen sich erhob und in die Gefangenschaft des Grafen Otto von Tecklenburg gerieth. Der Fehde wurde durch den Vertrag vom 4. Juni 1246, den wir unten geben, ein Ende gemacht. Vergl. v. Ledebur Vlotho p. 33. — [13] „Themone" d. C.

ricum fratrem ipsius, Nicholaum et Theodericum Selekinch et filium eius fideiussores constituens, quod dicto comite a captivitate qua tentus fuerat absoluto, ipsam obligationem in eius presencia solempniter confirmaret, ita ut comes ipse sepius nominatus obligacioni sic facte consensum expressum adhibeat [1]) et presentem cartulam sigilli sui appensione confirmet. Ipsa vero decima nullo potest vel debet termino preterquam in festo Margarete virginis liberari. Ut autem hec coram nobis et auctoritate nostra rationabiliter ordinata lapsu temporis in oblivionem transire non valeant, presentem paginam super hiis et diligenter conscribi et sigilli nostri munimine fecimus roborari. Acta sunt hec in pallacio nostro Monasterii, anno Domini M°. CC°. XLV°, XVIII Kal. Julii, presentibus testibus subnotatis, videlicet: Gerhardo sancti Martini preposito, Berhnhardo vicedomino, magistro Thitmaro, maioris ecclesie canonicis, Bertoldo decano, Volcquino sancti Pauli canonico; Wilhelmo Rucen, Hermanno de Bermetvelde, Francone de Schonenbekę, Alberto dapifero, Lamberto dapifero, Matheo de novo castro, Gerhardo kokenmester, Bernhardo dapifero, Bernhardo decimatore, Hermanno de Mase militibus [2]); Hinrico Alebrando, Lamberto de Tilbeke, Godfrido Viltero, Gerwino Diviti, Everhardo de Waltorpe, burgensibus et aliis quam plurimis.

## 434.

*B. Ludolf verleiht den Bürgern von Ahlen an dem dortigen mit ihrer Unterstützung eingelösten Gerichte dasselbe Recht, welches den Bürgern in Münster zusteht.* 1245 *Juli* 1. *Wolbeck. — Or. Fr. Münster U.* 65; *hieraus gedr. Kindlinger Beitr. III. U. p.* 173.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus universis etc. Notum esse cupimus, quod cum ab antecessore nostro pie memorie, venerabili Theoderico episcopo, iudicium in Alen Luberto et Alberoni fratribus et militibus fere pro septuaginta marcis Monasteriensium denariorum pignori fuisset obligatum, nos attendentes ex hac obligatione dilectis civibus nostris in Alen multas vexationes parari et de die in diem graves et graviores angarias inferri, et nostrum nichilominus dominium in eodem oppido Alen et in vicinia circumiacente plurimum diminui, de redemptione iudicii sepe cogitavimus, et tandem cum effectu. In qua prefati cives nobis suis denariis pro parte subvenerunt, et nos in compensationem talis subventionis cum tractatu consilii nostri et ministerialium ecclesie Monasteriensis iam dictos et dilectos cives nostros in Alen ac eorum civitatem speciali duximus privilegio decorare, liberaliter ipsis pro iure conferentes, ut quicquid iuris competit civibus Monasteriensibus in iudicio nostro infra muros Monasterienses, idem ius in iudicio nostro Alen competat civibus Alensibus ac eorum civitati infra plancos, eo adiecto, quod idem iudicium absque eorum consensu deinceps impignorari non debet alicui a quo ipsi possint gravari. Ut igitur hoc factum nostrum firmum eis maneat et perpetua stabilitate subsistat, presentem paginam exinde conscribi fecimus, et sigillo nostro communiri, nominibus testium qui illud viderunt et audierunt subnotatis, que sunt: Willehelmus Rucen, Albertus dapifer noster, Hermannus advocatus de Bikehem, Albertus de Holnhorst, Eilhardus Tripel; Volquinus thesaurarius ecclesie sancti Lutgeri, Volquinus notarius noster, Conradus in Waltbike plebanus, et Wiscelus plebanus in Alen; Conradus et Levoldus fratres de Meghlen, Johannes camerarius, Hermannus et Bertrammus fratres de Hakenez, Redierus de Bikehem; item cives in Alen: Joannes Hoierinc, Gerhardus de Foro, Wernherus Pugil, Ecbertus prope cimiterium, Sifridus et Levoldus de Polingen, Rodolfus in Dalstraten, Everwinus de Campo, Arnoldus Hollo et alii quamplures. Datum apud Walbike, anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, octava sancti Joannis baptistę, indictione tercia.

Das an seidenen Fäden von grüner, rother und gelber Farbe hängende Siegel ist sehr beschädigt.

---

[1]) „adhibebat" d. C. — [2]) „milibus" d. C.

## 435.

** P. Innocenz IV. gebietet den Erzbischöfen von Cöln und Mainz das Kl. Marienfeld in seinen Besitzungen und Rechten zu schützen.* 1245 *Juli* 18. *Lyon.* — *Or. Kl. Marienfeld U.* 107.

Innocentius servus servorum Dei venerabilibus fratribus . . Maguntino et . . . Coloniensi archiepiscopis et eorum suffraganeis et dilectis filiis abbatibus, prioribus, decanis, archidiaconis, archipresbiteris, prepositis et aliis ecclesiarum prelatis per Maguntinam et Coloniensem provincias constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Non absque dolore cordis et plurima turbatione didicimus, quod ita in plerisque partibus ecclesiastica censura dissolvitur et canonice sententie severitas enervatur, ut viri religiosi et hii maxime, qui per sedis apostolice privilegia maiore donati sunt libertate, passim a malefactoribus suis iniurias sustineant et rapinas, dum vix invenitur, qui congrua illis protectione subveniat, et pro fovenda pauperum innocentia se murum defensionis opponat. Specialiter autem dilecti filii . . abbas et conventus monasterii in campo sancte Marie Cistertiensis ordinis Monasteriensis diocesis, tam de frequentibus iniuriis quam de ipso cotidiano defectu iustitie conquerentes, universitatem vestram litteris petiverunt apostolicis excitari, ut ita videlicet eis in tribulationibus suis contra malefactores eorum prompta debeatis magnanimitate consurgere, quod ab angustiis, quas sustinent, et pressuris vestro possint presidio respirare. Ideoque universitati vestre per apostolica scripta mandamus atque precipimus, quatinus illos, qui possessiones vel res seu domus predictorum abbatis et conventus irreverenter invaserint, aut ea iniuste detinuerint que ipsis ex testamento decedentium relinquuntur, seu in ipsos vel eorum aliquem contra apostolice sedis indulta sententiam excommunicationis aut interdicti presumpserint promulgare, vel decimas laborum de possessionibus habitis ante concilium generale, ante quod susceperunt eiusdem ordinis instituta, quas propriis manibus aut sumptibus excolunt, sive de nutrimentis animalium ipsorum, spretis apostolice sedis privilegiis, extorquere, monitione premissa, si laici fuerint, publice candelis accensis, singuli vestrum in diocesibus et ecclesiis vestris excommunicationis sententia percellatis. Si vero clerici vel canonici regulares seu monachi fuerint, eos appellatione remota ab officio et beneficio suspendatis, neutram relaxaturi sententiam, donec predictis abbati et conventui plenarie satisfaciant, et tam laici, quam clerici seculares, qui pro violenta manuum iniectione in ipsos vel ipsorum aliquem anathematis vinculo fuerint innodati, cum diocesani episcopi litteris ad sedem apostolicam venientes ab eodem vinculo mereantur absolvi. Datum Lugduni XV. Kal. Augusti, pontificatus nostri anno tertio.

An der Urkunde hängt die Bleibulle des Papstes mit der Inschrift: INNOCENTIUS PP. IIII.

## 436.

Eodem anno d. papa concessit Maguntino primati et Coloniensi archiepiscopo, ut ab omni clero suorum suffraganeorum perciperent quintam (partem) proventuum omnium ecclesiarum, eo quod ipsi viderentur se periculo pro ecclesia contra imperatorem viriliter opponere. Super quo mota est questio et dissensio non modica, quia nec archiepiscopus Bremensis, nec Traiectensis, nec Monasteriensis nec aliqui episcopi totius Alemannie preter Leodiensem et Osnabrugensem voluerunt in suis diocesibus hanc exactionem admittere. Sed pro relaxatione miserunt ad d papam (Innocentium) supplicationes, qui nec voluit ad plenum revocare, nec etiam sententias a predictis archiepiscopis latas confirmare, sapienter exspectans, ut medio tempore fierent amicabiles compositiones, quod et factum est. Nam et predicti archiepiscopi actionem mitigaverunt et quod eis singuli episcopi ex gratia apposuerunt, gratanter acceptarunt. — *Menconis chron. ap. Matth. II*, 138 [1]).

[1]) Menco erzählt dies in unmittelbarem Anschluss an seinen Bericht über Innocenz' IV. Flucht nach Lyon. Da der Papst dort am 2. December 1244 anlangte, so werden die genannten Thatsachen, über welche ich sonst nichts Näheres finden kann, wohl dem J. 1245 angehören.

## 437.

*B. Ludolf verpachtet die Äcker seines Hofes zu Beckum nach Weichbilds-Recht an die dortigen Bürger, nachdem er zuvor den frühern Villicus für Abtretung seiner Rechte entschädigt hat.* 1245 *October* 16. *Münster. — Orig.* [1] *Fr. Münster U.* 66; *Abschr. Msc. II,* 23. *p.* 72; *gedr. Nünning Monum. Monast. p.* 116.

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus. Universis pagine presentis inspectoribus salutem in auctore salutis. Quoniam propter temporis lapsum et humane vyte brevitatem testimonium vive vocis de bone fidei contractibus quantumcunque solempniter celebratis non semper haberi potest, cautum est ut scriptura posteritati de re gesta memoriam inferat atque fidem. Eapropter presente insinuatione presentibus declarare duximus pariter et futuris, quod nos cum consilio priorum ac ministerialium Monasteriensis ecclesie, consensu capituli accedente, prospecta utilitate in augmentandis episcopalis mense redditibus, curtem Bekehem ac duos mansos Modewich distraximus et agros eis attinentes civibus in Bekehem ad firmam locavimus, concedentes eos perpetuo dictis civibus et eorum successoribus tytulo iuris quod in teutonico wicbeletherecht dicitur sub annua pensione, ut videlicet centum pullos et de unoquoque iugere, quod morghen sonat, unum modium tritici Alensis mensure nobis vel nostris successoribus qui pro tempore fuerint, annuatim exsolvant. Summa de dictis mensuris recta computatione facere debet annuatim in toto triginta molt tritici Alensis mensure. Ab hiis tamen agris excepti et discreti dinoscantur agri, quos villico Johanni uxori eius Elizabeth et pueris dicte Elizabeth pro eorum cessione assignavimus; ut enim liberam haberemus de memorata curte sic disponendi facultatem, prefatos Johannem videlicet villicum, Elizabeth uxorem eius ac pueros dicte Elizabeth a curte et ab uno manso Modewich [2] cedere fecimus secundum formam cessionis, quam volgariter afzone intelligatis, in privilegio nostro quod ipsis dedimus contentam. Ad cautelam vero, ne aliqui de predictis agris per successionem seu commutationem alienari possint vel deperdi, cum eorundem in Bekehem civium collaudatione adiectum est, ut nullus de ipsorum agrorum tentoribus aliquem ex sepedictis agris alicui hominum vendere aut dimittere possit ita quod firmum sit et stabile, nisi hoc faciat cum consilio et consensu ratmannorum qui pro tempore Bekehem fuerint. Ut autem hec nostra concessio supradictis in Bekehem civibus et eorum successoribus, cessante prorsus omni calumpnia, stabilis permaneat et inconvulsa, presentem paginam exinde conscribi fecimus ac sigillis nostro videlicet et capituli maioris ecclesie Monasteriensis communiri, subnotatis in ea testibus quorum nomina sunt: Willehelmus maioris ecclesie et sancti Mauricii prepositus, Godefridus decanus, Godefridus scolasticus, Stephanus cantor, Bernhardus vicedominus, Franco de Horne, Hermannus de Didinchove et ceteri canonici ecclesie maioris, Heinricus in Bekehem plebanus. Layci vero: nobiles Otto de Horstmare, Wicboldus de Holte, Conradus burgravius de Stromberghe, Willehelmus Ruzho; item ministeriales Hermannus de Merevelde, Godefridus de Rechethe, Bernhardus et Fredericus de Menhovele, Albertus dapifer, Hermannus et Bertrammus fratres de Hakenez, Lambertus de Frekenhorst, Albertus de Holnhorst, Redierus de Bekehem et alii quamplures. Data Monasterii a. ab i. D. millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, septimo decimo Kalendas Novembris, pontificatus nostri anno XX°, indictione tertia. In Cristi nomine feliciter. Amen.

Die beiden Siegel, in rothem Wachse abgedruckt, haben sehr gelitten.

---

[1] das an der rechten Seite so zerstört ist, dass der Text nur mit Hülfe einer beiliegenden Abschrift des 15. Jahrhunderts vollständig gegeben werden konnte. — [2] Cfr. supra Nro. 282.

## 438.

*Der Münster'sche Dompropst giebt als Rector der Kirche zu Beckum, den dortigen Schöffen das Kirchengut nebst andern Besitzungen in Pacht.* 1245 *November* 1. — *Or. Fr. Münster U.* 68; *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 366; *gedr. Wigand Archiv VI. p.* 263.

In nomine Domini. Amen. Wilhelmus Dei gratia Monasteriensis ecclesie prepositus, rector ecclesie in Bekehem. Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit in perpetuum. Notum esse cupimus quod nos de consensu et bona voluntate venerabilis domini nostri Ludolphi Monasteriensis episcopi et capituli nostri Monasteriensis dotem in Bekehem et domum sive mansum in Holthem eidem ecclesie pertinentem, — quam antea Conradus de Holthem in willicatione detinuit hereditaria, et cui pro eo quod domum sive mansum predicte ecclesie nostre in Bekehem et nobis liberum dimittebat, et quicquid iuris in ea habuit libere nobis resignavit, quinque iugera de manso eodem in proprietatem contulimus, cuique ius ministerialis beati Stephani in Bekehem una cum suis heredibus recognovimus, — scabinis oppidi in Bekehem in firmam concessimus, ita ut scabini qui fuerint pro tempore nobis sive cuilibet nostro successori in predicta ecclesia Bekehem annuam viginti maltiorum tritici mensure in Bekehem et octuaginta pullorum pensionem dominica post festum beati Martini secundum quod evenerit persolvant perpetuo. Convenit etiam in hac ordinatione, ut quicunque cultor agrorum, unde predictam pensionem scabini persolvent predicti, eodem termino non persolverit, scabinis eisdem duodecim denarios persolvat in penam, et tenebuntur ipsi scabini nostrum sive cuiuslibet successoris nostri nuncium procurare suis expensis donec eadem pensio integre fuerit persoluta. In hac ipsa ordinatione area dotalis in quinque areas minores divisa exstitit, concesso quinque areis iure quod wigbelde dicitur, ita ut de singulis areis in festo beati Jacobi duorum denariorum pensio nobis seu cuilibet successori nostro ab ipsarum habitatoribus, qui eas pro tempore inhabitaverint aut eas possederint, annis singulis persolvatur, et non erit agrorum cultoribus predictorum potestas aliqua quocunque modo vel titulo agros ipsos transferendi in alium sine predictorum licentia et consilio scabinorum. Ut autem hec predicta ordinatio nostra inconvulsa permaneat, presentem paginam conscribi fecimus, et ut scripto fides non desit consensusque domini nostri Monasteriensis episcopi et capituli manifestius valeat comprobari, presentem paginam nostri sigilli appensione munitam domini nostri episcopi et capituli Monasteriensis sigillorum appositione roborari procuravimus et communiri; et ne scabini futuri pro tempore a solutione pensionis predicte se retrahere seu predictam ordinationem aliquatenus valeant inficiari, ipsi predictis omnibus sui oppidi apposuere sigillum. Acta sunt hec a. D. millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, Kal. Novembris [1]), presentibus hiis testibus: Wilhelmo dicto Rutze, Alberto dapifero, Lutberto de Beveren, Theoderico et Hermanno de Wulfhem, Otmaro de Ostenvelde, Frederico Gelinc, Vicboldo de Gerst, Lutgero de Lo, Hermanno de Modewic, Elardo Bruninc, Walthero Bruninc, Henrico Bruninc, Gerardo de Prato, aliisque quam pluribus feliciter. Amen.

Das Siegel des Propstes ist abgefallen, das der Stadt Beckum fast ganz zerstört.

## 439.

* *B. Ludolf bekundet, dass Heinrich von Emesbroke den Brüdern des Deutschen Hauses eine Wiese innerhalb der Stadt Münster verkauft und dass er mit Bewilligung des Dom-Capitels ein anstossendes Grundstück hinzugefügt habe.* 1245. — *Orig. St. Georg's Commende U.* 1; *Abschr. Msc. I,* 74. *p.* 8; *I,* 75. *p.* 319; *II,* 43. *p.* 87; *III,* 33; *IV,* 2. *p.* 199.

In nomine Domini. Amen. Ludolfus etc. Notum esse volumus presentibus pariter et futuris, quod Hinricus miles de Emesbroke, ministerialis ecclesie nostre, pratum quod erat infra civitatem Monaste-

1) Im Domcopiar ist das Datum Kal. Nov. in XIII. Kal. Nov. corrigirt.

riensem inter fossatum et aquas molendini nostri Biscopinghove situm et piscationem predicto prato annexam, quantum pertinuit ad ipsum, fratribus domus Teutonice pro numerata ab ipsis pecunia de consensu et compromissione suorum heredum vendidit et venditionem huius prati et piscationis coram nobis in presencia multorum publice recognovit, que heredibus suis consencientibus beate Marie et dicte domui iure proprietatis coram nobis possidenda perpetuo contradidit et habenda, matre sua prius renuntiante omnibus iuribus et iuri, quod in eodem prato et eciam piscatione videbatur habere. Huius vero sue matris donationem a predicto milite voce et manu coram nobis rationabiliter factam, una cum Wilhelmo maiore preposito, Wilhelmo Ruzen, Godefrido de Elen, Alberto dapifero nostro et duobus fratribus domus Teutonice videlicet Friderico de Horst et Everwino tunc provisore domus Wehlingthorpe, coadunata manu recepimus ad laudem et honorem beate virginis pro fratribus sepe dicte domus. Eidem etiam domui, capitulo consentiente, particulam quandam adiacentem, que attinebat curti nostre Biscopinghove, sub pensione trium solidorum (contulimus) possidendum in perpetuum, et hii tres solidi, sicut in littera concessionis satis est expressum, dicte curti nostre semper solventur die Martini etc. Acta sunt hec a. D. M$^{o}$.CC$^{o}$.XLV$^{o}$, coram prelatis et canonicis ecclesie nostre: Wilhelmo maiore preposito, . . . maiore decano, preposito Gerlacho, Bernhardo vicedomino, Johanne Werence . . . . . . . tunc cellerario, Gerhardo de Lon et magistro Frederico et aliis de capitulo nostro; Wilhelmo Ruzen, Wilhelmo de Isenberg, Godefrido burgravio de Regethe et Hinrico filio suo, Alberto dapifero nostro, Bertrammo iudice Monasteriensi, Lamberto de Vrekenhorst, Gerhardo magistro coquine nostre, Crahtone de Sendene, Themmone de Bernen, Nycholao et Ludolfo de Steinvorde fratribus, Hinrico Alebrandinc, Hinrico Gerbod . . Gerhardo de Rene, Wicboldo fratre Godefridi Ud . . . g, Leone villico nostro et aliis quam pluribus.

Die Siegel des Bischofs und des Dom-Capitels sind sehr beschädigt.

## 440.

*B. Ludolf schenkt dem Priester an der Kapelle des bischöflichen Hauses zu Münster eine Hofstätte am Ende seines Obstgartens.* 1245. — *Or. Fr. Münster U.* 69; *Transsumpte und Abschriften ib.* 15. 63a, 69a, 69b; *Msc. I,* 1. *p.* 405; *IV,* 2. *p.* 193; *gedr. Niesert U.-B. I. II.* 452. *u. Wilkens G. d. St. Münster p.* 119.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus huius pagine inspectoribus eternam in Domino salutem. Presentibus protestamur, quod nos Godefrido sacerdoti dicto de Bovinclo, capellam nostram in domo nostra Monasterii a nobis tenenti in beneficio, aream in fine pomerii nostri iuxta pontem ad opus capelle ipsius contulimus ita, ut pro edificiis que idem Godefridus in dicta area gravibus expensis erexit, si forte ipsum vel morte vel alio quocunque modo dictam capellam relinquere contingeret, in predicta domo et area optineat VII marcas, quas successor ipsius absque omni mora persolvet eidem, antequam dictam domum et aream suis possit usibus applicare; pro residuis autem expensis quilibet successor eius debet memoriam, prout dignum est, fideliter observare. Volumus etiam et provide ordinamus, ut quicunque in posterum successor dictam domum et aream habere debuerit, VI marcas de ipsa persolvet, quas ad emendam capelle nostre decernimus ordinari, ut sic dante Domino fructus ipsius et ornamenta valeant ampliari. Ut autem hec stabilia et inconvulsa permaneant, presens scriptum nostrum super hiis editum sigilli nostri munimine duximus roborandum. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M$^{o}$.CC$^{o}$.XLV$^{o}$, pontificatus nostri anno XVIII [1]), presentibus viris honorabilibus, quorum nomina subscribuntur: Wilhelmo preposito, Godefrido decano Monasteriensibus, Gerlaco preposito Aldensilensi, Henrico preposito S. Pauli, Bernhardo vicedomino, Stephano cantore, Godefrido celerario Monasteriensibus, Johanne Werenze, Francone de Hornen, Johanne de Hovele, Thitmaro Norendino, Hermanno

[1]) Richtiger XIX oder XX.

de Didinchove, Hinrico de Redhe, Gerhardo de Lon, Bernhardo de Asbeke, magistro Thitmaro, domino Petro, magistro Frederico, Hermanno preposito, Wilhelmo, Hinrico, Cesario, Ecberto, canonicis Monasteriensibus; Alberto dapifero nostro, Johanne camerario nostro, Lamberto de Vrekenhorst.

Das Siegel hat sehr gelitten.

## 441.

* *Der Bischof von Osnabrück bekundet mit den Bürgern von Wiedenbrück den Betrag der Rente von dortigen, dem Kl. Marienfeld übertragenen Grundstücken.* 1245. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 105.

Engelbertus miseracione divina Osnaburgensis ecclesie episcopus ac civium universitas in Widenbruggen fidelibus qui legerint hec vel audierint in perpetuum. Persistit in statu solido negocium, si testibus et littera sit suffultum. Itaque tam futuris quam presentibus volumus innotescere, quod de area Hermanni cognomento Holtcete ac de ortulo ipsius extra civitatem, collatis ecclesie campi sancte Marie ab ipso Hermanno dum adviveret, necnon et de particulari area episcopi eidem ecclesie legata, XX annuatim denarii solvuntur eo iure quod wigbelethe vulgariter appellatur etc. Actum anno gratie M°.CC°.XLV°, indictione III^a^. Testes autem sunt: Johannes iudex, Amelungus de Gore, Otto de Odeslo, Godefridus iudex, Arnoldus de Berge, Hardmannus, Hildewardus, Conradus Elgerim, Eilbertus, Lutbertus Judeus, Egbertus, Heinricus Pade et alii plures.

Die Siegel des Bischofs von Osnabrück und der Stadt Wiedenbrück sind nur schlecht erhalten.

## 442.

*Ludolf, Edler von Steinfurt, verkauft dem Kl. Marienfeld ein Haus im Kirchspiel Oelde.* 1245. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 108; *Abschr. Msc. 1,* 106. *f.* 51; *gedr. Niesert U.-S. V. p.* 36.

In nomine Domini. Amen etc. Quapropter tam futuri quam presentis evi fidelibus notum sit, quod ego Ludolphus vir nobilis de Stenvorde michi meisque auctore Deo satagens in loginquum salubriter prospicere, domum meam Amenhorst, que in parochia Ulethe sita est, de beneplacito heredum meorum videlicet Lise uxoris mee, Ludolphi et Boldewini filiorum meorum, nec non et ministerialium meorum qui subscripti sunt favente coniventia, cenobio campi beate Marie Monasteriensis diocesis perpetuo iure possidendam contradidi, ipsamque ipsi ecclesie cum mancipiis et omnibus attinenciis post legitimam exfestucationem, acceptis XXX^a^ marcis, propriam assignavi. Presens itaque cyrographum inde confectum contra oblivionis nubilum insultumque calumpnie meo communire utile duxi sigillo. Datum est hoc memoriale anno gratie M°.CC°.XLV°, indictione III^a^. Testes autem sunt: Theodericus et Johannes prefati cenobii sacerdotes, Johannes capellanus noster et notarius; item dominus Heinricus de Havekesbeke, Godescalcus de Rene, Johannes de Legden, Arnoldus de Willen, Heinricus Palsterus, Johannes de Bekehem milites castellani Stenvordie, et Godefridus civis Monasteriensis et alii quam plures feliciter.

Vom Siegel, den Steinfurter Schwan darstellend, ist nur ein Bruchstück erhalten.

## 443.

* *Adolf, Graf von der Mark, eignet dem Kloster Kappenberg eine bisher der Kirche zu Camen gehörige Hove zu Lereke, mit Vorbehalt einer an diese Kirche zu entrichtenden Rente.* 1245. — *Nach Erhard's Abschrift des Orig. im Gr. Archive zu Kappenberg; eine andere Msc. II,* 45. *p.* 105.

Adolfus Dei gratia comes de Marka. Ut facta patrum felici recordatione transferantur ad filios, notum facimus universis hoc scriptum inspecturis, quod nos, annuente nobiscum Engelberto plebano in Kamene,

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

mansum in Lereke, ad iam dictam ecclesiam Kamene scilicet pertinentem, ecclesie Kapenbergensi et fratribus ibidem Deo militantibus contulimus perpetuo possidendum. Eo videlicet iure, ut ecclesia iam dicta Kapenberg annuatim persolvat plebano in Kamene et suis in posterum successoribus per vices tres solidos Tremonienses, sex modios bracii, octo modios avene, Unnasger mate. Nulli umquam successorum pensionem que dicitur vorehure persolvet, sed data tantum pensione prelibata cum minutis serviciis, que tredecim denariis et obulo redimi possunt, in perpetuum libere possidebit. Ne vero huic nostre ordinationi calumpniator quis in posterum presumpserit contraire, presentem paginam sigilli nostri impressione, nec non et Engelberti plebani in Kamene et Herimanni decani in Tremonia sigillorum appensione duximus roborandam, subnotatis testibus, quorum hec sunt nomina: Adolfus comes, Otto et Engelbertus filii eius, Hugo prepositus, Bernhardus cellerarius, Bernhardus de Metlere, Herimannus decanus in Tremonia, Engelbertus plebanus in Kamene, Heinricus Francois et filius suus Heinricus, Merbodo miles, Albertus iudex, et alii quamplures. Datum anno gratie M°. CC°. XLV°.

Das Siegel des Grafen ist ein einfaches Reitersiegel, wobei zu bemerken, dass auf dem Schilde, über dem geschachten Balken, ein wachsender Löwe hervorragt, und aus der grösstentheils abgebrochenen Umschrift der Name MARCHA noch zu erkennen ist. Ausserdem hängen noch die Siegel des Pfarrers zu Camen und des Dechanten in Dortmund an.

## 444.

*Adolf, Graf von der Mark, eignet dem Kloster Kappenberg ein ihm von dem Ritter Nicolaus von Stipele resignirtes Haus in Wanemale mit dem Zehnten.* Testes: Waltherus nobilis de Dulberg, Adolfus et Richardus fratres de Boinen, Ludbertus de Boinen dapifer, Gerwinus de Rinkenrode, Arnoldus et Theodericus fratres et Adolfus de Altena, Hinricus de Vitinchove, Gerhardus de Letene, Arnoldus de Didenchoven, Arnoldus notarius et alii quam plures. Datum Capenberg anno Domini M°. CC°. XLV°. — *Orig. im Gr. Archiv zu Kappenberg; Abschr. Msc. II, 45. p. 105; gedr. Kindlinger Volmestein II. p. 139.*

Das Siegel ist verloren gegangen.

## 445.

*Heinrich, Edler von Sternberg, überträgt dem Kl. Marienfeld einen Hof in Musing* [1]. 1245. — *Or. Kl. Marienfeld U. 103; Abschr. Msc. I, 106. f. 133'; gedr. Zeitschr. IX. p. 69. Doch sind die letzten vier Zeilen folgender Gestalt zu verbessern:* Testes autem sunt: Conradus capellanus, Swithardus, Arnoldus de Wicbelethe, Jordanis de Callendorp milites, Helmericus satelles; item Heinricus monachus, Heinricus et Ricbertus conversi et alii quam plures; *und lin. 11. von unten statt* dictum potius *zu lesen* Deum potius.

Die Siegel des Bischofs von Osnabrück und des Edlen von Sternberg sind wohlerhalten, und letzteres den Schwalenberger achtstrahligen Stern enthaltend noch durch die Umschrift: SIGILLUM HENRICI COMITIS DE STERRENBE' bemerkenswerth, während derselbe in der Urkunde sich nur „vir nobilis“ nennt.

## 446.

* *B. Ludolf überträgt dem Ägidii-Kloster ein diesem von Hermann von Lare verkauftes, von ihm lehnrühriges Gut im Kirchspiel Greven.* 1245 [2] *Januar* 17. — *Or. Kl. Ägidii U. 27; Abschr. Msc. I,* 81. *p.* 110.

In nomine Domini. Amen. Ludolfus etc. ad noticiam tam presentium quam futurorum volumus pervenire, quod Hermannus miles de Lare una cum uxore sua et heredibus suis curtem Hemberge in par-

---

[1] Kirchsp. Everswinkel. — [2] 1246 nach jetziger Zeitrechnung.

rochia Greven sitam cum omnibus attinentiis suis abbatisse et conventui sancti Egidii, LXXXV marcis ab eis acceptis, nostro mediante consensu vendentes, et omni iuri quod in predicta curte habebant vel habere videbantur precise renuntiantes, eam in manus nostras resignarunt. Hiis igitur sic actis nos paterna moti pietate ad sublevandas necessitates conventus memorati dictam curtem cum omnibus pertinentiis suis secundum sententiam coram nobis latam et a ministerialibus ecclesie nostre approbatam, videlicet quod sepedicta curtis nobis sic vacaret, quod de ea facere possemus quod vellemus, beato Egidio conferendo contradidimus abbatisse et conventui Deo ibidem deservientibus habendam in perpetuum et semper eisdem profuturam etc. Acta sunt hec a. gratie M⁰.CC⁰.XL⁰. quinto, XVI. Kal. Februarii, coram testibus subnotatis: Wicboldo decano sancti Martini, magistro Bernardo, Francone milite de Sconenbeke, Frederico milite de Minhuvele et fratre suo domino Hermanno, Alberto dapifero, Godefrido de Herthe et aliis quam pluribus.

Das Siegel ist abgefallen.

## 447.

** B. Ludolf überträgt einen von seinem Dapifer Albert resignirten Zehnten der St. Ludgeri-Kirche.* 1245 [1]) *Febr.* 15. — *Abschr. Msc. I,* 70. *p.* 29; *hieraus Copie II,* 13. *p.* 95 *u.* 140.; *IV,* 3. *p.* 152.

Ludolphus etc. Innotescat omnibus tam presentibus quam futuris, quod Albertus miles dapifer noster decimam Opwich sitam in parrochia Ramestorpe capitulo ecclesie sancti Ludgeri Monasteriensis XXXIIII marcis vendidit ipsamque in manus nostras ad opus et utilitatem eiusdem ecclesie libere resignavit; quam resignacionem Aleydis uxor sua, Bernhardus miles, Theodericus et tota heredum suorum universitas manu et ore pariter approbarunt. Nos autem solita circa ipsam ecclesiam karitate permoti prefatam decimam decano et capitulo devote contulimus, sibi et fratribus, qui pro tempore fuerint instituti, absque omni offendiculo possidendam. Ut igitur etc. Datum et actum Monasterii in palacio nostro anno incarnationis dominice M⁰.CC⁰.XLV⁰, XV Kal. Marcii, testibus subnotatis: Wilhelmo preposito maiore, Bernhardo vicedomno, Stephano cantore, Gerhardo sancti Martini preposito, Johanne Werenze, Bernhardo de Asbeke, Cesario et Elberto maioris ecclesie canonicis; Theoderico de Billerbeke, Lamberto de Frekenhûrst, Bernhardo decimatore, Wilhelmo Ruze militibus, Hinrico de Dheten et aliis quam pluribus.

## 448.

** Der Priester Weizelus* [2]) *stiftet an der Domkirche zu Riga das Gedächtnissfest des h. Ludgerus.* 1245 [1]) *März* 24. — *Abschrift Msc. I,* 70. *p.* 13; *hieraus Copie II,* 13. *p.* 93; *IV,* 3. *p.* 185.

A. Dei gratia prepositus totumque Rigensis ecclesie capitulum omnibus in perpetuum. Noverint universi hoc scriptum intuentes, quod Weizelus sacerdos ecclesie beati Lutgeri, canonicus Monasteriensis, pro salute anime sue et pro reverentia patroni sui nostro conventui octo marcas ad structuram molendini superioris contulit argenti, tali videlicet condicione, ut singulis annis in festo beati Ludgeri episcopi, cuius festum cum historia de eodem composita perpetuo suscepimus, marca argenti de iam dicto molendino conventui persolvatur, ut exinde famulantibus ipso die pia fiat consolacio. Nos vero huic ordinacioni communiter consentientes presens scriptum sigillo nostro roboramus. Si quis autem in posterum ausu teme-

---

[1]) 1246 nach unserer Rechnung.

[2]) Derselbe Priester gründete in den Jahren 1240 u. 1242 ähnliche Feste am Dom und in der St. Aegidii-Kirche zu Münster. Vergl. oben Nro. 371 u. 401. Der Handschrift Msc. I. 70. liegt auch das Bruchstück eines alten Necrologs der Ludgeri-Kirche bei, worin zum 27. December verzeichnet ist: „Hoc die dedit Weizcelus sacerdos frater noster XII denarios de orto“.

rario, quod Deus avertat, hanc ordinacionem pie conceptam ac racionabiliter ordinatam adnichilare, vel in alios usus vel diem presumpserit commutare, auctoritate Dei et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum anathemati subicimus. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. XLV°, IX. Kal. Aprilis.

## 449.

*Balduin, Graf in Bentheim, und Otto, dessen erstgeborner Sohn, bekunden, dass sie zur Sühne der Erpressungen, welche sie sich als Vögte des Klosters Witmarschen* (cenobii novalis sancte Marie) *haben zu Schulden kommen lassen, demselben die Kirche in Schüttorf mit ihren Besitzungen vorbehaltlich jedoch der Vogtei übertragen haben. O. Z. 1246 April 23. — Abschr. Fr. Münster U. 10c. Msc. II, 12. p. 89; gedr. nach dem Orig. Jung hist. Benth. cod. dipl. p. 61.*

## 450.

*Conföderation der Städte Münster und Osnabrück. 1246 Mai 22. Ladbergen. — Hier wiederholt nach dem aus dem Original im Stadtarchiv zu Coesfeld entnommenen Abdruck bei Niesert U.-S. II. p. 420.*

Scabini totaque burgensium ac civium Monasteriensis civitatis universitas cum universis suis adiutoribus, scabini totaque burgensium ac civium Osnabrugensis civitatis universitas cum universis suis adiutoribus omnibus ad quos presens pagina pervenerit salutem in perpetuum. Cum dignum et perutile sit ea que memorie digna provide ordinantur, ne calumpnia subrepere valeat, iniquitas aut erroris ambigui suboriri possit perplexitas, firmo litterarum robore ac testimonio solidari, notum esse volumus universis tam presentibus quam futuris, quod nos propter imminentes terminis nostris necessitates, factis et acceptis invicem iuramentis [1]) ac compromissionibus, perpetua sumus confederatione uniti sub hac forma. Primum est quod si ad aliquas nundinas pervenire nos contigerit, unusquisque cum altero, tanquam de una et eadem simus civitate, tranquillitatem firmabit et pacem. Si unus aliquis nostrorum arrestatus aut occupatus ibi fuerit, nostra non recedet universitas, nisi prius an iuste an iniuste talis taliter gravetur discernamus. Item si convenerimus ad nundinas Monasteriensis diocesis, Monasterienses ibi priores erunt in tentoriis figendis Osnabrugensibus iuxta se imediate admissis; similiter et si ad nundinas Osnabrugensis diocesis declinaverimus, Osnabrugenses in figendis ibi tentoriis preferentur et Monasterienses primi eis erunt. Similiter si quisquam nostrorum alicubi despoliatus fuerit passus iniuriam, . . . . amici sui ad civitatem suam redibunt et proclamatis armis iniuriatores [2]) sui legitime proscribentur. Et extunc talis proscriptionis sententia scriptis litteris et sigillatis ac expressis ipsorum proscriptorum nominibus singulis civitatibus ac munitionibus adiutorum nostrorum tantocius mittetur firmiter observanda, ita videlicet, ut si quisquam auctorum perpetrate [3]) iniurie in aliquo territorio nostrarum civitatum aut munitionum postmodum deprensus fuerit, ibidem virtute iudicii occupetur, quousque actoris passi iniuriam querimonia legitime decidatur. Item si quisquam prepotentum finium nostrorum, in quem tale ius exequi non potuimus, quempiam nostrum despoliaverit, hoc nobis significato prorsus denegabimus eidem tam victualium quam et aliarum rerum, et omnibus civitatibus et munitionibus iuris contrahendi mutui facultatem. Item si quispiam miles fidei et honoris violator nobis rationabiliter et legitime denuntiatus fuerit, talem fidei et honoris deinceps censentes violatorem, sub obtentu honoris et rerum nostrarum totius mutui comodum denegabimus eidem. Item si inter aliquos de nostris, tranquillitatis inimica, aliqua suborta fuerit discordia, passus opprobrium ad sex septimanas suam prosequetur iniuriam, ut medio tempore utrique [4]) super eo convenientes in iure vel in gratia totius rancoris scrupulum amputemus. Huius itaque prelibate confederationis ac unionis for-

---

In Nieserts Abdruck: [1]) „iuramus". — [2]) „iuriatores suas". — [3]) „perpetue". — [4]) „utrumque".

mam, quam ratam firmam et irretractabilem fore decrevimus sub honoris ac bonorum nostrorum obtentu, in perpetuum confirmavimus inviolatam, ita videlicet ut si quisquam nostrorum postmodum extranea oppressus fuerit iniuria, omnes confederati passo iniuriam unanimiter ac fideliter assistemus. Ut autem facte ac dicte huius confederationis nostre rata permaneat ordinatio et inconvulsa, presentem paginam in rei veritatis testimonium nostris ac civitatum adiutorum nostrorum sigillis pariter fecimus communiri. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XLVI°, XI Kal. Junii, iuxta Latberge, presentibus quam pluribus. Item cum alii ad alios aut in nundinis aut in civitatibus sive alias ubicunque convenerimus, si hostium et insidiarum metus nobis de una civitate evidenter ingruerint, a nostris confederatis in loca tam personis quam rebus nostris tuta conducemur, et istud de communi consensu confederatorum ad prescripta fecimus apponi.

## 451.

*B. Engelbert von Osnabrück vermittelt den Frieden zwischen den Grafen Otto von Tecklenburg und Ludwig von Ravensberg und deren beiderseitigen Verbündeten. 1246 Juni 4. Sundelbeck. — Or. Fr. Münster U. 70a; Abschr. Msc. I, 1. p. 108 u. II, 2. p. 19; gedr. Niesert U.-B. I. II. p. 249.*

In nomine Domini. Amen. Hec est forma compositionis consummate inter comitem Ottonem de Tekeneburch et Heinricum filium suum et eorum heredes ipsorumque coadiutores, videlicet comitem Heinricum de Aldenburch, comitem Conradum de Redberch, prepositum Ottonem, prepositum Symonem, dominum Ludolfum de Stenvordhe, dominum Ottonem de Horstmaria, Ottonem comitem de Benethem, comitem Bertoldum de Cigenhagen, Godefridum de Gore advocatum de Traiecto et omnes eorum coadiutores tam nobiles quam ministeriales ex parte una, et comitem Ludhewicum de Ravensberch et suos heredes et coadiutores eorum, videlicet dominum Ludolfum Monasteriensem episcopum, comitem Adolfum de Waldecge, comitem Heinricum de Hoya et omnes eorum coadiutores tam nobiles quam ministeriales ex altera. Comes Ludewicus dedit comiti Ottoni de Tekeneburch octingentas marcas pro dampnis ei illatis [1]. Item pro eisdem dampnis comes Ludewicus et sui heredes penitus renunciaverunt castro Vlotowe cum ministerialibus, vasallis, litonibus, bonis propriis et feodalibus et omnibus aliis eidem castro pertinentibus. Insuper renunciaverunt bonis Kappele, ministerialibus, vasallis, litonibus et omnibus aliis bonis ex ista parte Wittenvelde sitis. Item comes Ludewicus et sui heredes, sive filii sive filie, et omnes alii coheredes resignaverunt omnia prelibata bona et renunciaverunt omni iuri et actioni quam videbantur in eis habere, et hoc in iudicio quod vridhinc dicitur in loco Sunnelesbike [2] inter Osenbrucge et Harst, ita quod dominio de Tekeneburch perpetuo pertinebunt quicunque sit heres. Item opida, castra, vassallos, ministeriales, litones et omnia bona que modo possidet cometissa Sophia sive propria sive feodalia, quamdiu ipsa et filia eius Jutta uxor comitis Heinrici de Tekeneburch vixerint, nec comes Ludewicus nec aliquis suorum heredum debet inpetere. Item si comitissa Jutta heredem filium vel filiam genuerit, omnia bona predicta que possidet mater eius comitissa Sophia cedent illi heredi et heredibus illius heredis. Si vero cometissa Jutta heredem non genuerit vel omnes heredes ab ea geniti cum eorum successoribus mortui fuerint, omnia pretaxata bona que modo possidet cometissa Sophia, videlicet tam cum vasallis, ministerialibus, litonibus, castris, opidis, quam cum omnibus aliis attinenciis ad dominium Ravensberch redibunt. Item comes Ludewicus nunquam debet inpetere bona prelibata nec aliquis suorum heredum. Et Ottonem comitem Tekeneburgensem et comitem Heinricum filium suum, cometissam Sophiam, comitissam Juttam et eorum heredes eorumque coadiutores, videlicet comitem Heinricum de Aldenborch, comitem Conradum de Redberch, prepositum Ottonem, prepositum Symonem, dominum Ludolfum de Stenvordhe, dominum Ottonem de

---

[1]) In diesem Kriege gerieth Graf Ludwig in Gefangenschaft; vgl. oben die U. Nro. 433. vom 14. Juni 1245. — [2]) Sundelbeck.

Horstmaria, comitem Bertoldum de Cigenhagen, comitem Ottonem de Benethem, Godefridum de Gore advocatum Traiectensem non occident nec captivabunt nec eorum castra vel opida expugnabunt. Item comes Ludhewicus et sui heredes non debent contra comitem Ottonem Tekeneburgensem et omnes prenominatos alicui servire vel gwerras movere vel aliquem manutenere. Et ut omnia premissa inviolabiliter observet, iuravit et fide militari data promisit. Item idem et eodem modo iuraverunt decem ministeriales comitis Ludewici cum uxoribus et pueris eorum, videlicet Sifridus de Brinke, Bernhardus de Lodhere, Theodericus Matevrent, Wernherus Tudhranc, Hartmannus frater suus, Albertus Ubbekin, Gerhardus Duveleskop, Gerhardus Uveltop, Hermannus de Borchusen, Dhrutbrecht de Berenhusen, quod si comes Ludhewicus vel aliquis suorum heredum aliquid predictorum infregerit, ipsi cum bonis, que de dominio Ravensberch tenent, uxoribus et pueris eorum de voluntate comitis Ludewici et suorum heredum et de proprio arbitrio voluntarie ad dominium Tekeneburgense accedent, ibidem perpetuo permansuri. Item ut hec omnia premissa a comite Ludhewico et suis heredibus inviolabiliter observentur, iuraverunt et fide militari data promiserunt: comes Otto de Aldenburch, comes Heinricus de Hoya, comes Ludolfus de Halramunt, comes Godefridus de Arnesberch, comes Adolfus de Waldecge, comes Heinricus de Dale, dominus Hermannus de Lon, dominus Conradus de Sconenberch, Heinricus de Sterrenberch, Conradus burgravius de Stromberch, dominus Heinricus de Homburch, Swedherus de Ringelenberch, Adolfus de Dasle, Hermannus Werenze, Fridericus advocatus de Warendhorp, Hermannus de Holte, Bernhardus de Osede, Hermannus de Monasterio. Si vero comes L. vel aliquis suorum heredum aliquid predictorum infregerit, fideiussores iam dicti civitatem Monasteriensem vel alium locum tutum, quem eis comes Tekeneburgensis assignaverit, intrabunt, infra primum dimidium annum comiti Tekeneburgensi vel suis heredibus mille marcas daturi, et postea inde non recessuri, nisi de excessibus satisfecerint in amicitia [1]) vel in iure. De excessibus vero qui inter ministeriales et homines utriusque partis oriri poterunt, sex milites arbitri ex una parte et sex ex altera statuentur, qui huiusmodi excessus amicabiliter componant. Quod si facere non poterunt, iudicem eligent coram quo excessum per iustam sententiam terminent. Si vero aliquis defectus fuerit ex parte comitis L. et suorum arbitrorum in casu iam dicto, huiusmodi defectum fideiussores prenominati cum requisiti fuerint supplebunt, ad quod fide data se obligaverunt; et comes Tekeneburgensis per presentem paginam et etiam coram ministerialibus et castrensibus suis protestatus est quod idem faciet. In huius igitur rei testimonium domini Engelberti Osnabrugensis episcopi, coram quo et per quem hec acta sunt, comitis Ottonis de Aldenburch, comitis Heinrici de Hoya, comitis Godefridi de Arnesberg, comitis Adolfi de Waldecge, comitis Ludewici de Ravensberg, Heinrici comitis de Dale et aliorum nobilium sigillis presens est pagina roborata. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XL° sexto, secundo Nonas Junii.

Von den ursprünglich angehängten zehn Siegeln sind sechs noch in Bruchstücken vorhanden und darunter die des Bischofs von Osnabrück, Godfrieds von Arnsberg, Adolfs von Waldeck und Conrads von Stromberg noch zu erkennen.

## 452.

*Conrad von Rüdenberg, Burggraf von Stromberg, verkauft in seinem Freigericht Dünninghausen [2]) den Bürgern zu Beckum ein Gut. 1246 Juni 14. — Or. Fr. Münster U. 71; gedr. v. Ledebur Archiv III,* 305.

In nomine Domini. Amen. Conradus vir nobilis, burggravius in Stromberg, universis pagine presentis inspectoribus salutem in vero salutari. Cum secundum utriusque iuris statuta singulorum hominum certa debeant esse dominia, ne, si forte quod absit incertos limites possessionum suarum habeant, litibus occasionem prebeant, rationis interesse dinoscitur, ut ad excludendam litium materiam mutui contractus hominum certitudine roborentur. Noverint igitur tam presentes quam futuri, quod cum occasione pecunie

[1]) „amicitiam" die Urkunde. — [2]) Südöstlich von Beckum.

nobis necessarie mansum nostrum situm in Elslere civibus in Bekehem optulissemus ad vendendum, ipsi a nobis eum cum agris, areis, pratis, pascuis, novalibus, arbustis, cultis et incultis, aquis stantibus et decurrentibus et cum omnibus attinentiis suis, presentibus et ratum habentibus et suo iuri qualicumque in eo habito vel habendo libere ac integraliter renunciantibus patre nostro domino Hermanno burgravio in Rudenberch et fratre nostro domino Wernhero preposito Mindensi et sorore nostra domina Alheldi abbatissa in Hersebroc et omnibus liberis nostris sive ex prima uxore nostra defuncta sive ex secunda adhuc in carne existente genitis, octoginta marcarum precio compararunt. Et nos predictis civibus repromisimus, quod ab omnium impetitione super manso iam dicto sive heredum nostrorum sive choëredum sive consanguineorum sive affinium nostrorum et eciam a iure dationis decimarum, nisi solummodo a speciali iure dationis duorum solidorum et duorum modiorum tritici Alensis mensure, quod vulgariter dicitur tentlose, ipsos omnimodo quitaremus. Ut autem huius rei geste series in vigore debite firmitatis permaneat, civibus sepedictis presens scriptum sigillis nostri et fratris nostri predicti domini W. Mindensis prepositi et sororis nostre prenominate domine Alh. abbatisse in Hersebroc contulimus roboratum. Acta sunt hec publice in Dunninchusen in nostro vrigedinc a. D. millesimo ducentesimo quadragesimo sexto, indictione quarta, XVIII Kal. Julii, presentibus hiis testibus quorum nomina sunt hec: Theodericus comes, Hermannus de Dunninchusen, Albertus de Dunninchusen, Everhardus de Dunninchusen, Woltherus de Lutterbeke, Fridericus de Unstede, Bertrammus de Voswinkele, Hinricus de Havichorst, Berenhardus de Beldinchusen milites, Theodericus de Susato Paschadach, Arnoldus Mazzo, Burchardus Mule, Conradus de Avenstrot, Johannes de Hageboke, Everhardus de Oldendistede, Winandus de Tuttinchoven, Redgerus de Bekehem, Elardus de Detinchoven, Hermannus advocatus, Lutbertus de Hesnen, Hermannus iudex, Teodericus subiudex et alii quam plures in nomine Christi feliciter. Amen.

Das Wappenbild im Siegel Conrads, die laufenden Stromberger Vögel, ist noch theilweise zu erkennen. Die beiden anderen Siegel sind nicht mehr vorhanden.

## 453.

** B. Ludolf wiederholt am 6. Juli 1246 seine frühere [1]) Übertragung des Guts Hemberge an das Ägidii-Kloster zu Münster und bezeugt zugleich den am 22. Juni desselben Jahres erfolgten Ankauf eines Zehnten im Kirchspiel Bösensell durch das genannte Kloster. — Or. Kl. Ägidii U. 28; Abschr. Msc. I, 81. p. 112.*

In nomine Domini. Amen. Lutdolfus etc. ad noticiam tam presencium quam futurorum volumus pervenire, quod Hermannus miles de Lare cum uxore sua et heredibus suis curtem suam Hemberge in parrochia Greven sitam cum omnibus attinenciis suis abbatisse et conventui sancti Egidii, LXXX et quinque marcis [2]) ab eis acceptis, nostro mediante consensu vendentes et omni iuri, quod in dictis bonis habebant vel habere videbantur, precise renunciantes, ea in manus nostras resignarunt, eo tamen interiecto medio, quod H. miles de denariis predictis allodium de valore XXV marcarum beato Paulo conparabit, quod de nobis et nostris successoribus recipiet et tenebit iure ministeriali. Hiis igitur sic actis, nos paterna moti pietate ad sublevandas necessitates conventus memorati dictam curtem cum omnibus pertinenciis suis secundum sententiam coram nobis latam et a ministerialibus ecclesie nostre approbatam, videlicet quod sepe dicta curtis nobis sic vacaret, quod de ea facere possemus quod vellemus, beato Egidio conferendo contradidimus abbatisse et conventui Deo ibidem deservientibus habendam inperpetuum et semper eisdem profuturam. Ut igitur nulla in posterum super hac emptione ecclesie sepius nominate ab aliquibus questio aliqua vel calumpnia possit suboriri, presens scriptum exinde confectum de consensu utriusque partis sigillo

---

[1]) Am 17. Januar dess. J. Siehe oben Nro. 446. — [2]) „marcas" d. U.

nostro fecimus communiri. Acta sunt hec anno gratie M°.CC°.XLVI°, II Nonas Julii, coram testibus subnotatis: Wilhelmo maiore preposito, Hermanno parvo preposito, Wilhelmo maioris ecclesie canonico, Johanne capellano, Giselberto plebano de Greven; Wicboldo nobili viro de Holte, Francone de Sconebeke, Alberto dapifero, Bertrammo iudice, Godefrido de Coten, Johanne de Vrekenhorst, Bernhardo Tegether, Gerhardo de Ulfle, Gerlaco de Rumpesthorst, villico de curia, Arnoldo de Ripenhorst et aliis quam pluribus. Ad [1]) hec scire volumus presentes et futuros, quod Themo Pininc cum uxore sua et heredibus suis decimam duarum domorum in parrochia Bosensele sitam, quarum una videlicet domus Halstwic solvit decimum manipulum cum minuta decima, alia vero domus Vronthorpe solvit in redemptionem decime quatuor mensuras tritici per dimidiam mensuram et duodecim denarios, iam dicto conventui pro XI marcis vendiderunt, nostro accedente consensu, predicto iure pacifice possidendam. Acta sunt hec a. D. M°.CC°.XLVI°, X Kal. Julii, coram testibus subnotatis: Godefrido maioris ecclesie decano, Friderico maioris ecclesie canonico, Gozwino sacerdote de Bosensele, Alberto dapifero, Bernhardo filio Crahtonis et aliis quam pluribus.

Das Siegel des Bischofs ist gut erhalten.

## 454.

* *B. Ludolf schenkt dem Kloster Nottuln ein Haus in Münster.* — 1246 *Juli* 16. — *Or. Kl. Nottuln U.* 14; *Abschr. Msc. IV,* 1. *f.* 224.

In nomine Domini. Amen. Ludolphus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus hoc scriptum legentibus et audientibus in perpetuum. Noverit etas presens et futura, quod nos domum et aream sitam iuxta Garthus [2]), quam Hinricus quondam camerarius pie recordationis Ottonis episcopi predecessoris nostri auctoritate dicti Ottonis possidebat, ab Hinrico dicti Hinrici camerarii filio et a Geva eiusdem camerarii relicta et ab eorum heredibus, data quadam pecunie videlicet viginti et unius marce summa, liberam fecimus et solutam, ita quod predicti omnes libere renunciarunt coram nobis omni iuri, quod eis in predictis domo et area competebat vel competere poterat in futurum. Nos vero propter pium favorem, quem ad religiosa gerimus loca, dictam domum et aream ecclesie beati Martini in Nutlo, dilecte sorori nostre Jutte abbatisse et eius conventui liberaliter contulimus perpetuo sine offensione qualibet possidendam. In cuius facti testimonium presentem paginam exinde conscribi fecimus ac sigillo nostro communiri, subnotatis testibus, videlicet Wilhelmo maiore preposito Monasteriensi, Ottone preposito Bremensi, Hermanno scolastico Monasteriensi, Henrico de Rethe canonico, Arnoldo nostro vicario; Alberto dapifero, Bertrammo iudice Monasteriensi et aliis pluribus. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XLVI°, crastino divisionis apostolorum, indictione quarta feliciter in Domino.

Das Siegel ist beschädigt.

## 455.

* *Papst Innocenz IV. nimmt die Besitzungen des Kl. Liesborn in seinen Schutz und bestätigt sie vorbehaltlich der Bestimmungen des allgemeinen Concils in Betreff der Zehnten.* 1246 *Juli* 20. *Lyon.* — *Or. Kl. Liesborn U.* 59; *Abschr. Msc. I,* 101. *f.* 7.

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis filiis . . abbati et conventui monasterii Lisbernensis ordinis sancti Benedicti Monasteriensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur

---

[1]) Von hier an später nachgetragen. — [2]) „domus in Monasterio IIII" steht auf der Rückseite.

quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipati cum omnibus bonis, que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante Domino poteritis[1]) adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, decimas, possessiones domos ac alia bona vestra, sicut ea omnia iuste ac pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus, salva in predictis decimis moderatione concilii generalis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lugduni XIII Kalendas Augusti, pontificatus nostri anno quarto.

An einer Schnur von rothen und gelben seidenen Fäden hängt die Bleibulle des Papstes.

## 456.

* *Aleithis*[2]*), Äbtissin von Herzebrock, belehnt das Kloster Marienfeld mit dem von einem ihrer Vasallen angekauften Zehnten zu Meinlage.* 1246 *in der Weihnachtsoctave. — Or. Kl. Marienfeld U.* 109; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 7.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fidelium universitati, quorum noticie notula presentium occurrerit, Aleithis dicta abbatissa in Hersebroke in perpetuum. Suggeritur actionibus vivacitas et firmamentum per testes et memoriam scripturarum. Hinc est quod Wiggerus de Lincge quicquid iuris habebat in proventibus decime, que est super domum Meinlage, distraxit acceptatis et acceptis ab ecclesia campi beate Marie octo marcis, ad cuius ecclesie manum decimam ipsam cum omni integritate susceperunt Heinricus, Everhardus monachi et Gerhardus conversus, factaque resignatione Wiggeri in manus nostras coram testibus ius feodale ad nos pertinens porreximus Johanni laico ministeriali de Paderborne nuncio ecclesie memorate, signanter statuentes, ut quecumque nobis abbatissa successerit non dubitet idem ius feodale porrigere ad nutum abbatis cuiuscunque succedentis. Acta sunt hec anno Domini M$^{0}$. CC$^{0}$. XLVI$^{0}$ infra octavam natalis Domini, in facie ecclesie nostre, ubi contractus iste finem accepit. Testes autem sunt: Olricus, Engelbertus, magister Ernestus canonici ecclesie sancti Johannis in Osnaburg, Gerhardus de Lechtingen, Gerwardus de Dissenen, Bernhardus Ketelhot milites, item Johannes Ursus et Marquardus civis et alii quam plures feliciter.

Das anhängende Siegel der Aebtissin ist ziemlich gut erhalten.

## 457.

* *B. Ludolf genehmigt, dass auf einem von der Wittwe Godfrieds von Schonebeck angekauften Grundstück am Domplatz zu Münster vier Vicarwohnungen erbaut werden, mit der Bedingung jedoch, dass ihm dieses Grundstück für den Kaufpreis abgetreten werden müsse, wenn er seinen Plan, eine neue Stiftskirche zu bauen, ausführen könne.* 1246. — *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 386.

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus omnibus imperpetuum. Ut ea que geruntur in tempore in oblivionem non transeant negligenter vel incaute, noverit tam presens etas, quam successura posteritas, quod Gisla relicta Gotfridi militis de Sconebeke, acceptatis et acceptis

[1]) „possidet" und „poterit" die Urk. — [2]) von Rüdenberg. Vgl. oben Nro. 452.

a nobis quadraginta quatuor marcis, aream quam infra urbem Monasterii de manu nostra feodali iure tenuerat, voce et manu in nostras manus de consensu et compromissione eius heredum, scilicet Mechteldis et ipsius Mechteldis filii, Wesceli videlicet, libere resignavit, cum hiis heredibus renuntians omni iuri, quod in eadem area et edificiis videbatur habere. Nos vero paterno consideravimus affectu, quod vicarii maioris ecclesie, qui consequi non poterant aliquas mansiones in urbe, propter earum defectum non modicum sustinuerunt incommodum. Hanc aream ad quatuor mansiones in ea erigendas in quatuor partes equaliter dividendam, quatuor vicariis videlicet Arnoldo, Wescelo, Godefrido, Hildebrando et eorum successoribus emunitatis iure possidendam perpetuo contulimus et habendam, ut sic de gratia nostra locum necessitatibus suis accommodum accepisse se gaudeant, ubi beneficii nostri non immemores post cottidianas defatigationes capita sua reclinent, tali tamen pactione interposita, quod si annuente Domino bonorum omnium largitore in hac area novellam cum institutione canonicorum plantare velimus ecclesesiam, predicti vicarii voluntarie cedent et recedent ab hac area recepturi a nobis pecuniam quam emptionis titulo dederunt pro ipsa. Verum si nostrum affectum in huiusmodi plantatione ad desideratum perducere non poterimus effectum, premissa collatio, quam fecimus consentiente capitulo nostro, stabit in evum, que ab aliqua posteritate nec irritari nec etiam aliquatenus debet infirmari. Super mansionibus etiam, quas dicti quatuor suis laboribus fecerunt et expensis, de consensu ipsorum ita taxavimus, quod cum aliquem eorum contigerit decedere, sicut substitutus premortuo succedit in beneficio, sic mansio premortui cedet etiam substituto, quam relinquet alii vicario maioris ecclesie, si talis non est solvendo; pro ea enim optinenda hic vel ille dabit XII marcas et non amplius, reponendas ubi premortui desiderium fuerit et voluntas; eo superaddito, ut si nullus vicarius maioris ecclesie tante fortune fuerit inventus, ut ipsam possit persolvere, tunc liberum erit et licitum alicui canonicorum maioris ecclesie datis XII marcis eam habere quoad vixerit, quo mortuo cedet vicario cui concessa fuerit facultas eam persolvendi. Memoratis etiam vicariis quatuor eam gratiam impartimur, ut si aliquis eorum vicariam suam quocunque casu contingente resignaverit, nichilominus ad tempora vite sue sua mansione gaudebit, quo decedente mansio redibit ad vicarium maioris ecclesie, quicunque fuerit ille, XII marcas dare volentem. Fossatum etiam extra murum duabus areis muro adherentibus proximum secundum latitudinem ipsarum duarum arearum, dictis duabus areis proximis ex eadem collatione nostra iure eodem perpetuo adherebit. Igitur ne premissa in dubium vel in contentionem transire possint in posterum, presentem paginam exinde conscribi fecimus nostro et ecclesie nostre sigillis communitam . . Acta sunt hec anno D. M°.CC°.XLVI°, pontificatus nostri anno XX°. Huius rei testes sunt: Wilhelmus maior prepositus, Godefridus maior decanus, Bernhardus vicedominus, prepositus Gerlacus etc. et alii quam plures.

## 458.

* *Die Gebrüder von Amelsbüren erkennen in Folge einer päpstlichen Sentenz das Erbe Bekehus als ein Eigenthum der St. Ludgeri-Kirche an und nehmen es von dieser zu Lehn.* 1246 *bei St. Mauriz. — Abschr. Msc. I,* 70. *p.* 9; *hieraus Copie Msc. II,* 13. *p.* 96.

Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus hoc scriptum cernentibus salutem in Christo. Notum esse cupimus presentibus et futuris, quod Magorius et Bruno quondam filii Baldemari [1]) de Amelincburen pro eo quod recognoscere nolebant ecclesie beati Ludgeri Monasteriensis proprietatem domus in parrochia Amelincburen que dicitur Bekehus, que quondam ab ipsorum parentibus beato Ludgero fuerat collata, tracti ad iudicium papale, tandem transactione cum decano et capitulo sancti Ludgeri facta, proprietatem predicte domus coram nobis ecclesie beati Ludgeri recognoverunt et hominio (facto) candem domum

[1]) „Raldemari" das Copiar.

a manu decani Bertoldi in feodum receperunt hoc tenore, quod quicunque ipsis in eadem domo iure hereditario debet succedere, pro illo iure, quod dicitur herewede in vulgo, dabit ecclesie sancti Ludgeri marcam unam, que cedet fratribus et capitulo. Acta sunt hec apud sanctum Mauricium, presentibus hiis: Wilhelmo preposito, Godefrido decano, Bernhardo vicedomino, magistro Frederico, canonicis maioris ecclesie, E. decano, E. custode et Jordano canonicis sancti Mauricii; Francone de Sconenbeke, Hermanno et Frederico fratribus de Meynhuvele, Bernhardo Thegethere, Bernhardo Crattinc et aliis quam pluribus, anno domini M⁰. CC⁰. XLVI⁰.

## 459.

* *B. Ludolf verpachtet den Bürgern zu Ahlen drei seiner Tafelgüter in Ester.* 1246. — *Original im Besitz unseres Vereins.*

In nomine Domini. Amen. Ludolphus etc. Sciant presentes et posteri, quod cum consilio capituli et ministerialium ecclesie nostre, prospecta utilitate in augmentandis mense episcopalis redditibus, tres mansos Estenhere distraximus et civibus in Alen concessimus titulo iuris, quod vulgo wibiletherech dicitur, perpetuo excolendos sub ea pensione, ut videlicet annuatim de quolibet iugere, quod morgen sonat, unum schepel siliginis et unum schepel ordei Monasteriensis mensure persolvant, insuper octo malt avene in eadem mensura de agris, qui alternis seri solebant annis. Et de hac pensione et de agris non alienandis nec deperdendis ratmanni Alenses, qui pro tempore fuerint, nobis et nostris qui pro tempore fuerint successoribus respondebunt. Ut autem liberam haberemus de predictis mansis sic disponendi facultatem, advocatum scilicet Lubertum gogravium et colonos scilicet Hinricum, Johannem, Ecbertum et eorum pueros et amicos in amicicia et voluntate ipsorum deposuimus, ita quod, si quid iuris ipsis competebat vel competere poterat in bonis supradictis, in manus nostras libere resignarunt. Ut autem hec nostra concessio firma prefatis civibus permaneat et inconvulsa, presentem exinde paginam conscribi fecimus et sigillo nostro communiri. Testes huius rei sunt: Wilhelmus maior prepositus, Hermannus scolasticus; Lubertus et Albero de Alen, Ruce, Albertus dapifer, Hermannus et Bertrammus de Hakenez, Lambertus de Vrekenhorst, Conradus et Levoldus de Meclen et plures alii. Acta sunt hec anno Domini M⁰.CC⁰.XLVI⁰, indictione quarta.

**Vom Siegel ist nur ein unbedeutendes Bruchstück erhalten.**

## 460.

* *B. Ludolf überträgt dem Kl. Liesborn gewisse von zwei seiner Vasallen angekaufte Güter, und trifft Bestimmungen hinsichtlich der dazu gehörigen Weide.* 1246. — *Or. Kl. Liesborn U.* 57; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 31'; *I,* 101. *f.* 24'; *II,* 203. *p.* 40; *IV,* 10. *p.* 40.

✝ In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolphus Dei gratia Monasteriensis ecclesię episcopus. Noverint universi tam futuri quam presentis ęvi fideles, quod conventione facta inter Albertum de Holnhorst et Godefridum filium fratris sui, ministeriales nostros, ex parte una et ecclesiam Lesbernensem ex altera de certa pecunię summa, universos agros tam cultos quam incultos attinentes bonis ipsorum in Holnhorst, que a nobis in feodo tenent, sitos versus aquilonalem plagam vię tendentis ad oppidum Lippense a rivulo sive torrente illuc defluente, cum fundo lignorum, que vulgo rubus Hermanni dicuntur, et areis casarum dicti Albertus et Godefridus libere in manus nostras resignarunt, consentientibus huic facto pro se et heredibus suis Ermentrude sorore dicti Godefridi et Wilhardo marito eiusdem. Et nos consequenter ad petitionem eorundem agros supradictos . . abbati et conventui Lesbernensi intuitu retributionis eterne perpetuo contulimus possidendos, confirmantes nichilominus hospitali Lesbernensis ecclesie de consensu dictorum Alberti et Godefridi agros, quoscunque antecessores ipsorum eidem hospitali ad usus pauperum contulisse

dinoscuntur. Ordinatum insuper est ab utraque parte et compromissum, quod prefato Godefrido vel quicunque fuerit possessor bonorum in Holnhorst, in eisdem bonis ipsorum nullam de cetero casam construere licebit, abbate et conventu Lesbernensi econtra promittentibus, quod curti in Holnhorst et sex ibidem casariis in pascua ecclesię sue, sicut hactenus, iumenta sua, dummodo non sint aliena, impellere licentiabunt. Et pascua curtis in Holnhorst communia erunt ecclesie Lisbernensi iumentis. Ut etc. Testes huius rei sunt: Johannes prepositus sancti Egidii, Philippus cellerarius Lesbernensis, Volquinus thesaurarius sancti Lutgeri, Johannes sacerdos capellanus noster, magister Volquinus; laici Wicboldus de Holto, Hermannus filius eius, Albertus dapifer noster, Bertrammus iudex in Monasterio, Hermannus iudex in Warenthorpe, Lambertus de Vrekenhorst, Bruno de Vrekenhorst, Bruno de Bovinclo, Conradus de Gedinctorpe et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M$^{0}$. CC$^{0}$. XL$^{0}$. sexto.

Das Siegel des Bischofs hat gelitten.

## 461.

* *B. Ludolf überweist dem Kl. Marienborn zu Coesfeld gewisse von den Rittern Hermann von Langen und Walther von Holthusen resignirte Zehnten.* 1246 *Wolbeck. — Abschr. im Copiar des Kl. Marienborn p.* 4.

In nomine Domini. Amen. Ludolfus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus hanc paginam visuris in perpetuum. Modernis ac posteris insinuatione presentium notificare duximus, quod decimam, quam Hermannus miles dictus de Langene a nobis in feodo tenebat, et quam ipse infeodaverat Walthero militi dicto de Holthusen, idem Waltherus coram nobis prefato Hermanno resignavit. Quam ipse Hermannus et uxor eius una cum eorum filio Hermanno nobis absolute resignavit, renuntiantes omni iuri, quod ea vice ipsis in eadem decima competebat vel competere poterat in futurum. Et nos propter Deum et propter pium favorem [1]) qui religiosis debetur personis eandem decimam conventui dominarum sancte Marie in Cosvelde assignavimus et proprietatem contulimus perpetuo possidendam . . . . in bonis et parrochiis subnotatis: in parrochia Havekesbeke de domo Wernheri III solidi annuatim in villa Herkinctorpe; in parrochia Sendene Hundeburedorpe XVIII denarii; in parrochia Ludinchusen Bekedorpe de domo Otberti sex denarii, Smeterinch de domo Friderici sex denarii, unum scepel tritici et decima minuta; in eadem villa de domo Wolthardi XVIII denarii, II scepel tritici et decima minuta, Westorpe de domo Hermanni II solidi; in Holte de domo Ewerwini XXX denarii [2]); Cottorpe de domo Johannis IX denarii, item IX denarii de domo Johannis cognomine Voz; Galgen de domo vidue XII denarii et decima minuta; in parrochia Nortkerken de domo Thiderici Bencing VI denarii et decima minuta; in parrochia Sutkerken de domo Bosinc II solidi et decima minuta. Acta sunt hec Waltbeke a. D. M$^{0}$. CC$^{0}$. XLVI$^{0}$. Hii presentes fuerunt: Bernhardus vicedominus, Elbertus canonicus Monasteriensis, Albertus dapifer, Adolfus filius eius, Bruno de Vrekenhorst, Arnoldus Pape, Conradus de Mechlen, Gerlacus de Rumpeshorst, Arnoldus de Odelinchusen, Isico de Scalde, Florentius de Beveren, Hermannus de Bike, Thetmarus plebanus in Beveren, Johannes camerarius et alii.

## 462.

* *Übertragung eines dem Ritter Johann zu Billerbeck früher gehörenden Gutes an dasselbe Kloster.* 1246. — *Or. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archiv; Abschr, im Marienborner Copiar p.* 4.

Ludolfus etc. notum esse volumus . . . . quod Johannes miles in Bilrebeke, ministerialis ecclesie nostre, mansum in Holthusen Bertoldi in Brinke, quo a nobis inbeneficiatus exstitit, de consensu et compromissione

---

[1]) „fervorem" Codex. — [2]) „denarios" Codex.

suorum heredum, uxoris sue Sophie et filie sue Bertradis et fratris sui Godescalci et filii sororis sue Gerardi et aliorum omnium, voce et manu in manus nostras voluntarie resignavit, quem ad devotas preces predicti militis et aliorum cum universis appendiciis suis et usibus dilectis in Christo filiabus abbatisse ac eius conventui Cosvelde Deo deservientibus iure proprietatis possidendum perpetuo contulimus et habendum .... Acta sunt hec a. D. M°.CC°.XLVI°, presentibus: canonicis ecclesie nostre Stephano cantore, Bernhardo de Asbeke, Wicboldo de Holte; ministerialibus: Brunone de Asbeke, Matheo de Novo Castro, Theoderico offitiario, Bernardo gogravio, Alberto dapifero et Tidemanno filio suo, Wolthero de Holthusen, Johanne villico in Bilrebeke, plebano in Bilrebeke Bernhardo et eiusdem loci plebano Liudgero, fratribus Conrado et Rotgero de Hameren, Hermanno dicto Decano in Telgeth, Florekino fratre Themonis iudicis in Monasterio, Jacobo filio domini Conradi de Hameren, Ber(n)hardo filio Alberti de Hellen, et fratre suo Alberto plebano in Osterwic, Suethero in Bilrebeke trans aquam et filio suo Engelberto, Heinrico de Erlo et Liudgero de Erlo, Godefrido de Coten, Johanne filio Lamberti officialis de Vrekenhorst et aliis quam pluribus.

Das Siegel ist nicht erhalten.

## 463.

*Ludolph, Bischof von Münster, schenkt den Brüdern des Klosters Marienfeld eine an deren Haus (in Münster) stossende Wiese bis zum Hause des Scholasticus Hermann neben der Brücke, und gesteht denselben einen besonderen Durchgang durch den bischöflichen Hof zu.* 1246. *O. Z. — Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 22; *gedr. Niesert U.-S. III. p.* 36.

## 464.

*Aleidis, Äbtissin zu Borghorst, bestätigt den Verkauf des von ihrem Kloster lehnrührigen Hauses in Overkamp seitens des Ritters Heinrich von Wilmesberg an die Johanniter-Commende zu Steinfurt.* 1246. — *Abschr. Msc. II,* 13. *p.* 223; *nach dem Orig. gedr. Niesert U.-S. V. p.* 27.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Aleidis miseratione divina abbatissa totusque conventus ecclesie in Burghorst etc. ad notitiam omnium tam presentium quam futurorum volumus devenire, quod nos de communi consilio totius conventus et ministerialium nostrorum in Burghorst nec non aliorum prudentum virorum, et maxime quia ecclesie nostre vidimus esse profectuosum, concessimus, quod Henricus miles de Vulmesberg [1]) domum in Overkamp quam a nobis et ab ecclesia nostra loco homagii tenuit, magistro Rodolfo [2]) et fratribus hospitalis Jherosolimitani in Steinvorde cum consensu omnium heredum suorum vendidit, quam nos liberam et absolutam ab omni iure, quod nobis et ecclesie nostre exinde competebat, pure tradidimus eisdem cum omnibus attinentiis spiritualium sive temporalium in perpetuum possidendam, protestando quod nos dicto hospitali et fratribus eiusdem loco et tempore, ubicumque de iure facere tenemur, plenam super hoc warandiam parate erimus exhibere. Jam dictus vero H miles in restaurum domus Overkamp, predium suum situm Vulmesberge, domum videlicet Uphoven dictam, cum omnibus heredibus suis et consensu fratrum suorum, Hermanni et Bernardi videlicet dictorum Dancevot, et Rabodonis, nobis et ecclesie nostre cum omnibus attinentiis, agris cultis et incultis, viis et inviis, pratis, pascuis, arboribus, silvis, aquarumque decursibus libere resignavit, ac deinde cum manu aggregata uxoris sue Hadwigis et duarum filiarum suarum Evece [3]) et Grete loco homagii sub hac forma recepit, ut si sine herede discesserit, bona iam prefata ad manus nostras libere sint devoluta, potestatem relinquentes eidem, quod licite sexaginta marcas in bonis aliis locare potest, que teneat a nobis respectu bonorum prefatorum Ne

---

[1]) „Whæsberg" die Abschrift bei Kindlinger — [2]) „Ludolfo" ib. — [3]) „Tuctæ" ib.

autem hanc nostram donationis formam alicuius livoris àculeus aut invidie stimulus valeat obfuscare, sed ut rata semper permaneat et a posteris nostris nec non et a nobis inviolabiliter observetur, eam conscriptam sigillis nobilis viri domini Ludolfi de Steinvorde, coram quo hec legitime facta sunt, et nostro atque ecclesie nostre placuit communire. Acta sunt hec presentibus et collaudantibus: Hildeburga decana, Lysa custode, Hildegunda, Cunegunda, Guda, Jutta de Hostmaria, Jutta de Meschede, Jutta de Reinnen [1]) et altera Jutta de Reinnen, Svenehilde et Agnesa, Johanne plebano, Waltero et Bertoldo canonicis ecclesie nostre; Waltero dapifero in Steinvorde, Arnoldo de Wullen, Johanne de Bechem militibus, Ludolfo de Coredhe ministerialibus in Steinvorde; Johanne de Vulmesberg, Godefrido, militibus; Hermanno de Uppenberge et Hermanno de Holthusen, Lugero de Cuninch, ministerialibus ecclesie nostre in Burghorst, et aliis quampluribus clericis ac laycis. Anno gratie M°. CC°. XL°. sexto.

## 465.

** Graf Dietrich von Isenberg verkauft dem Magdalenen-Hospital zu Münster drei Häuser im Kirchspiel Amelsbüren. 1246 (1247) März 7. — Abschr. im Copiar des gedachten Hospitals p. 6.*

Innotescat omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego Thidericus comes in Ysenberg tres domos in Westorpe sitas in parrochia Amelincburen hospitali infirmorum in Monasterio sito ad instanciam provisoris eiusdem Alexandri videlicet pro quinquaginta et quatuor marcis vendidi et cum litonibus et quibuslibet aliis attinenciis simpliciter et libere assignavi et hoc de consensu dominorum et patruorum meorum Engelberti episcopi Osnaburgensis, Brunonis eiusdem ecclesie prepositi, Philippi thesaurarii Coloniensis, Adolphi de Holte, Wilhelmi de Ysenberg feci. In cuius rei testimonium et firmitatem omnium nostrum sigilla presenti litere sunt appensa. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. XLVI°, nonas Marcii.

## 466.

*B. Ludolf genehmigt, dass an die Stelle der Naturallieferungen für die Tafel der Domherren zu Münster von nun an Einkünfte in baarem Gelde treten sollen. 1246 (1247) März 8. Münster. — Or. Fr. Münster U. 70; Abschr. Msc. IV, 13. p. 32; gedr. Niesert U.-B. I. 1. p. 280.*

Ludolphus Dei gratia ecclesie Monasteriensis episcopus etc. Innotescat igitur tam presentibus quam futuris, quod nos communicato nobis totius capituli nostri consilio et consensu, presertim cum in eo utilitatem ipsius ecclesie nostre immo et prepositorum commodum qui pro tempore fuerint consistere videremus, de redemptione servitiorum omnium refectorii, que prepositi facere consueverunt, ita duximus ordinandum. Decanus et capitulum eam que a pie memorie Reinboldo quondam preposito dari solita est in denariis redemptionem a domino Wilhelmo nunc preposito et universis eiusdem prepositi successoribus sine questione vel contradictione quantalibet accipient, et hoc tam capitulo quam prepositis perpetuo iure stabit et irrefragabiliter etiam sine aliqua commutatione in posterum permanebit Idem etiam iuris in redemptione vini, cerevisie, medonis, piscium, caseorum, fabe, esocis [2]) et huiusmodi consimilium optinebit, tribus festivitatibus dumtaxat exceptis, videlicet die sancto Palmarum, cena Domini et vigilia resurrectionis, quibus esocem dari ut antea oportebit, nisi de speciali fratrum licentia redimatur; iure nichilominus piscationis sue et vini, quod mitti et propinari consuevit, similiter et piscium, qui mittuntur in vigilia nativitatis et resurrectionis Domini, dictis fratribus et capitulo per omnia reservato. Ut autem huiuscemodi redemptio sit perpetua fratribus et ecclesie nec inutilis apparere valeat nec dampnosa, idem dominus Wilhelmus

[1]) „Renmen" ib. — [2]) Der Hausen.

nunc Monasteriensis ecclesie prepositus pratum quod situm est iuxta montem iam in presenti decano et fratribus libere assignavit; item quinque ortos post mortem eorum qui nunc eos possident, nisi forsan prius gratuito redimi valeant ab eisdem. Ortus autem quem nunc tenet prepositus sibi et suis successoribus remanebit. Item officium magistri pistorum, quod Gerhardus dictus Heime nunc optinet, post mortem ipsius Gerhardi vel spontaneam cessionem cum omni fructu et integritate iam dicto Monasteriensi capitulo assignavit, adiecto nichilominus tali pacto, ut cellerarius, qui pro tempore fuerit, ad exhibendum omnia, que ad dictum pistoris officium tam in denariis quam in annona et lignis et quibuscumque aliis pertinere noscuntur, capitulo specialiter sit adstrictus. Item curiam veterem, quam dominus Stephanus cantor Monasteriensis nunc tenet, post mortem vel spontaneam ipsius Stephani cessionem fratribus et ecclesie similiter assignavit, ita ut per fratres et capitulum quid de ipsa singulis annis ad usus fratrum persolvi possit vel debeat ordinetur, iure conferendi uni de fratribus in capitulo preposito et suis successoribus reservato. Cum autem Wilhelmus iam dictus Monasteriensis prepositus omnia que superius memorantur in nostris manibus, ad quas ius conferendi pertinet ac pertinuit, resignasset, nos ea iuxta formam superius memoratam capitulo nostro contulimus iure perpetuo possidenda, sub pena excommunicationis iam late a nobis sententie prohibentes, nequis contra id quippiam presumat in posterum attemptare. Ut autem hec omnia rata semper et inconvulsa permaneant, presentem paginam diligenter conscribi et sigillis nostro, capituli et prepositi fecimus communiri. Datum et actum Monasterii in capitulo nostro, anno incarnationis Domini M°.CC°.XLVI°, octavo Idus Martii, presensibus testibus subnotatis: Godefrido decano, Gerlaco preposito in Aldensele, Bernhardo vicedomino, Johanne Werence, Henrico preposito veteris monasterii, Stephano cantore, Hermanno scolastico, Johanne de Hovele, Ricberto de Swerthe, Cesario, Francone de Horne, Godefrido de Rechede, Hinrico de Redhe, Ottone de Lon, magistro Thitmaro, Petro, Gerhardo, Brunsteno, Hinrico, magistro Friderico, Elberto, Hermanno, Theoderico de Bissendorpe et aliis quam pluribus fide dignis. —

Nur das Siegel des Dompropstes ist ganz erhalten.

## 467.

** Der Edle Otto von Horstmar und dessen Gemahlin Aleydis schenken das Haus Huxburg der St. Georgs-Commende zu Münster und machen sich dadurch der Gebete der Brüder des Deutschen Ordens in Westfalen sowohl als auch in Preussen und Livland theilhaftig. 1246 (1247) März 18. — Or. St. Georgs-Commende U. 2; Absch. Msc. I, 76. p. 210; IV, 4. p. 245.*

Reverendis in Christo archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prelatis, monachis et canonicis ac universis Christi fidelibus Otto nobilis vir et Aleydis uxor sua dicti de Horstmaria oraciones in Domino. Quoniam, ut liquet omnibus, vite presentis status cursu velocissimo transit et omnia luctuoso et fine miserabili terminabuntur, religiosas personas nobis gaudemus attollere, quarum orationibus speramus summi pastoris gratiam optinere. Proinde notum esse volumus tam presentibus quam futuris, quod domnus Wilhelmus dictus Ruthze domum Hukesburg et silvam adiacentem, sitam videlicet in parrochia Senden, a nobis tenebat in feodo, quam domum fratres uterini dicti Duminge sub eiusdem iuris nomine a prefato milite possederunt. Prefati vero Duminge ius quod habebant in domo memorata voluntarie in manus dicti militis resignarunt. At ipse miles quid iuris sui in sepe dicta domo fuerat nobis rehabendum libere porrigebat. Nos igitur moti pietatis misericordia eandem domum cum suis attinentiis et silvam adiacentem dilectis in Christo fratribus domus Teutonice iure proprietatis possidendam perpetuo contulimus et habendam, ut exinde salutem eterne beatitudinis in tempore oportuno conpletis omnibus consequamur. Gerardus enim dictus Ledersac cum confratre suo Friderico de Horst, ob tante largitionis nostre gratiam, nos una cum filia nostra et avunculo nostro domino Bernardo dicto de Horstmaria omnium orationum, que apud ipsos tam in hiis partibus fiunt cottidie quam transmarinis Prutie et Livonie, participes statuerunt. Ut autem

premissa non infringantur inposterum, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine volumus communiri. Acta sunt hec coram domino L. Monasteriensi episcopo a. D. M°.CC°.XLVI°, XV°. Kalendas Aprilis. Testes fuerunt: domnus Wilhelmus maior prepositus, dominus Wigboldus nobilis de Holthe, Wilhelmus Ruze, Hermannus de Harstorp, Fridericus de Menhuvele, Albertus dapifer, Henricus Rost, Hermannus de Senede, Floreco de Senede, Otto de Senede, Adam de Senede, Wilhelmus de Bullaren milites, Lubertus et fratres sui dicti Duminge.

Nur das Siegel der Alcydis ist und zwar sehr beschädigt erhalten; es stellt eine stehende Frau in ganzer Figur und in jeder Hand einen Wappenschild haltend dar. Die heraldischen Zeichen darin liessen sich wie die Umschrift des Wappens selbst nicht mehr erkennen.

## 468.

** Schutzbrief P. Innocenz IV. für das Cistercienser Frauenkloster Marienbuch zu Rengering.* **1247** *April* **17.** *Lyon. — Or.* [1] *Kl. Rengering U.* 1; *Abschr. Msc. 1,* 108. *f.* 118'.

Innocentius episcopus servus servorum Dei dilectis in Christo filiabus . . . abbatisse et conventui monasterii de libro sancte Marie in Reigerinc Cisterciensis ordinis Monasteriensis diocesis salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana ecclesia devotos et humiles filios ex assuete pietatis officio propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos tamquam pia mater sue protectionis munimine confovere. Eapropter dilecte in Christo filie vestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu personas vestras et locum in quo divino estis obsequio mancipate, cum omnibus que impresentiarum rationabiliter possidetis aut in futurum iustis modis prestante Domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Specialiter autem terras, possessiones et alia bona vestra, sicut ea omnia iuste et pacifice possidetis, vobis et per vos monasterio vestro auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostre protectionis et confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Lugduni XV. Kal. Maii, pontificatus nostri anno quarto.

Die Bleibulle des Papstes ist erhalten.

## 469.

** Simon, erwählter Bischof von Paderborn, bestätigt dem Kl. Liesborn das von seinem Vorgänger Bernhard bewilligte Privileg. (Siehe oben Nro. 345).* **1247** *Mai* **14.** *O. Z. — Abschr. Msc. 1,* 99. *f.* 15.

## 470.

** Der Domcantor Stephan zu Münster belehnt den Sohn und den Enkel Godfrieds von Bevern mit den Gütern des alten Hofes bei der Stadt.* **1247** *Mai* **31.** *— Abschr. Msc. 1,* 1. *p.* 298.

In nomine Domini. Amen. Stephanus Dei gratia cantor ecclesie Monasteriensis etc. Notum sit universis, quod nos de consilio, autoritate pariter et consensu decani et capituli nostri agros iuxta civitatem sitos curti nostre veteri pertinentes, quos Gotfridus de Beveren a nobis et predecessoribus nostris in feodo tenuit, Godescalco filio eius, uxori sue Volmodi et filio eius Godefrido in feodo concessimus, quoadusque

[1] So beschädigt, dass der Text nur mit Hinzuziehung des Copiars, Msc. 1, 108, hergestellt werden konnte.

omnes vel unus ipsorum vixerit sine questione et contradictione qualibet pacifice possidendos, ita tamen, ut singulis annis nobis, prout solitum fuerat, duo moltia ordei medie mensure de ipsis agris persolvant, ipsis autem decedentibus iidem agri ad curtem veterem cum omni iuris plenitudine revertentur. Si autem nos vel decedere vel curtem ipsam veterem contigerit resignare, dictus Godescalcus, uxor et filius eius Godefridus vel quicunque istorum pro tempore fuerit, dabit marcam successori nostro, qui dictam curtem habuerit, nomine illius quod herwede vulgariter appellatur. Ut etc. Acta sunt hec a. d. i. M°. CC°. XL°. septimo, II. Kal. Junii, presentibus hiis quorum nomina subsecuntur: Otto Bremensis prepositus, Bernhardus de Asbeke et alii quam plures.

## 471.

*B. Ludolf tritt den Brüdern des deutschen Hauses zu Münster zur Erbauung einer Kirche ein Grundstück bei der Mühle auf dem Bispinghofe in Münster ab.* 1247. — *Siehe oben Nro.* 347.

## 472.

* *B. Ludolf überträgt dem Cistercienser Frauenkloster Marienbuch den ihm von dem bisherigen Besitzer behufs Gründung dieses Klosters resignirten Hof Rengering.* 1247 *September* 28 [1]. — *Or. Kl. Rengering U.* 2; *Abschr. Msc. I,* 108. *f.* 110'.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ludolfus Dei gratia Monasterigensis [2]) ecclesie episcopus omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in eo, qui est salus omnium. Quociens aliquid agitur cuius memoria inposterum haberi desideratur, necessarium est, ut id quod agitur scripture testimonio confirmetur, quia ea que aguntur in tempore, si scriptis non fuerint commendata, ex facili ab [3]) hominum memoria labuntur; perutile enim est scripturarum testimonium, quod emergentibus occurrit calumpniis et rerum seriem immutabili declarat veritate. Ideo siquidem ea que coram nobis racionabiliter acta sunt, dignum duximus presenti pagine intitulari. Proinde notum sit universis tam futuris quam presentibus hanc paginam inspecturis, quod Hermanus miles de Regerinc ecclesie nostre ministerialis cum heredum suorum consensu curtim in Regerinc cum omnibus suis attinenciis, videlicet agris silvis pascuis et uno mansu qui dicitur Gerewikeslo, quam a nobis iure feodali tenuerat, in manus nostras liberaliter et absolute resignavit, petens humiliter, quatinus predictam curtem cum omnibus suis attinenciis Deo et beate Marie virgini et conventui Cisterciensis ordinis feminei sexus, qui liber beate Marie dicitur, conferre dignaremur. Nos vero pensato pio desiderio prefati militis Her. de Regerinc et heredum suorum, sepe dictam curtim ad honorem Domini Jehsu, pie genitricis eius virginis Marie et in remedium anime nostre contulimus perpetua donacione in perpetuum habendam et possidendam, ut conventus ordinis Cisterciensis feminei sexus, qui liber beate Marie dicitur, ad predictum locum transeat, residenciam facturus ibidem. Ut autem memoriarum fragilitatem et hominum malignancium preveniamus astuciam, qui bene gesta sepe nituntur pervertere, placuit hoc factum presenti pagine annotare et sigilli nostri testimonio confirmare. Huius rei testes sunt: dominus Hermannus de Didighove scolasticus maioris ecclesie, dominus Franco canonicus maioris ecclesie, prepositus de Claholte; dominus Albertus dapifer, dominus Johannes camerarius, dominus Bertrammus iudex Monasterigensis, dominus Bernardus de Vinnenberg et dominus Johannes fratres domini Hermanni de Regerinc, dominus Arnoldus miles qui dicitur Clericus, dominus Theodericus marscalcus, dominus Lambertus

[1]) Hinsichtlich der Schwierigkeiten, welche dies Datum macht, verweise ich auf Nro. 474. — [2]) So d. U. — [3]) „ob" die Urk.

de Frekenhorst, dominus Johannes de Frekenhorst et alii quam plures. Acta sunt hec a. D. M°.CC°.XLVII°, IIII° Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno XXII°.

An rothen, weissen und grünen seidenen Fäden hängt das zwar sehr beschädigte, aber doch noch deutlich zu erkennende Siegel Bischof Ludolfs.

## 473.

* *B. Ludolf bekundet, dass die Brüder Hartmann und Albero* [1] *ihrem Widerspruche gegen die Übertragung des Hofes Rengering an das Kl. Marienbuch entsagt hätten. O. J., aber dem Inhalte nach später als die vorhergehende U. zu setzen. — Or. Kl. Rengering U.* 5; *Abschr. Msc. I,* 108. *f.* 111ᵛ.

Ludolphus Dei gratia Monasteriensis episcopus omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Quia secundum varietates temporum varietates etiam mutantur animorum, dignum est, ut ea que laudabiliter ordinantur in tempore, ne simul labantur cum tempore, litterarum apicibus muniantur. Notum igitur esse cupimus universis tam presentibus quam futuris, quod cum inter dominum B(runonem) prepositum et dilectas in Christo abbatissam et conventum monasterii de libro sancte Marie in Reggerinc Cysterciensis ordinis Monasteriensis diocesis ex parte una, et Hartmannum militem et Alberonem fratrem suum super curte in Reggerinc et bonis ad ipsam spectantibus, que Hermannus de Reggerinc miles, nostre ministerialis ecclesie, dictis preposito abbatisse et conventui pia liberalitate donarat, ex altera, suborta fuisset materia questionis, memoratis preposito abbatissa et conventu de rapinis, incendiis et dampnis aliis multiplicibus que predicti miles et Albero irrogarant eisdem satisfactionem sibi petentibus exhiberi, amicabilis tandem inita fuit ordinatio et compositio inter partes, talis videlicet, quod prefati prepositus abbatissa et conventus de huiusmodi dampnis eidem militi et fratri suo unanimi consensu ignoscerent et quinque marcas eisdem, iuri si quid in curte ac bonis prefatis habebant renunciantibus, omnino conferrent, Hanc autem ordinationem et composicionem coram nobis et testibus infra scriptis predicti prepositus abbatissa et conventus ac miles et frater suus concorditer acceptarunt. Idem vero miles et Albero preposito antedicto ad habundantem cautelam coram Hermanno milite, iudice nostro in Warenthorpe, et consulibus eiusdem loci de non infringenda renunciatione predicta caucionem iuratoriam prestiterunt. Ut igitur ea inconvulsa permaneant, paginam presentem sigilli nostri munimine fecimus insigniri. Testes autem subscripti annotentur: dominus Gedescalcus [2] plebanus in Warenthorpe, Willehelmus miles Ruce, Egelmarus miles, Harmannus [2] miles de Scenkenthorpe, Bernhardus et Johannes milites de Vinnenberge et alii quam plures.

Das an blauen, grünen, rothen und gelben seidenen Fäden befestigte Siegel B. Ludolfs ist zum grössern Theile erhalten.

## 474.

*Ludolf von Holte, Bischof von Münster, stirbt* 1247 *Juni* 10. — *Vgl. Menconis chron. l. c. p.* 144: Eodem anno (1247) mortuus est Ludolfus Monasteriensis episcopus, vir per omnia pollens ingenio naturali, qui superbiam officialium [3] ecclesie S. Pauli potenter ac sapienter repressit et bona ecclesie viriliter de manibus eorum liberavit; in omnibus actibus suis fortunatus existens religiosos ac humiles satis dilexit ac efficaciter defendit. Obiit autem episcopatus sui anno XXII. *Über den Tag seines Todes kann kein Zweifel sein. Denn ausser dem Nekrolog des Klosters Borghorst Msc. VII,* 1322. *p.* 37, *worin eine Hand aus der Mitte des dreizehnten Jahrhunderts den früheren Aufzeichnungen zum* 10 *Juni* Lu[illegible]lfus episcopus qui con-

---

[1] Ohne Zweifel Blutsverwandte des Hermann von Rengering, dessen Brüder sich hier und i[illegible]r vorhergehenden Urkunde merkwürdigerweise von Vinnenberg nennen. — [2] So die Urk.

[3] Der Beamten des Bischofs und des Domcapitels in Friesland.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tulit quinque marcas *mit rother Tinte hinzugefügt hat, setzt auch das mittlere Nekrolog des Doms Msc. I,* 10. *p.* 294 *(gedr. bei Ficker M. G.-Q. I. p.* 348*) und das des Klosters Liesborn (Abschr. Msc. II,* 76. *p.* 347 *u. II,* 203. *p.* 29*) seinen Tod auf eben diesen Tag, und es ist daher wohl nur ein Versehen, wenn ein späterer Zusatz* [1] *im Domnekrolog* Hic obiit — recuperavit *(Ficker l. c) zwar richtig* 1247 *als Jahr des Todes nennt, diesen selbst aber einen Tag zu früh, auf Primi und Feliciani, angiebt. Aber das Jahr* 1247 *ist sicherlich richtig. Wir dürfen dies nicht allein aus Menco's fast gleichzeitigem Bericht folgern, der zu diesem Jahr ausser Ludolfs Tod und Bischof Otto's Wahl, noch die Ankunft des päpstlichen Legaten in Cöln und die Erwählung König Wilhelms erzählt, was urkundlich* 1247 *erfolgt ist, und dann erst zu den Ereignissen des folgenden Jahrs übergeht, sondern wir haben dafür auch urkundliche Belege. Es liegen nämlich vor:* 1*) Eine von Ludolfs Nachfolger Otto als* Monasteriensis ecclesie electus *für das Kl. Liesborn ausgestellte und mit dem Electensiegel versehene Originalurkunde a. d. J.* 1247 *(s. unten).* 2*) Im Copiar der St. Martinikirche zu Münster Msc. I,* 71. *p.* 71 *die Abschrift einer Urkunde Bischof Otto's aus dem J.* 1249, ind. VII, pontificatus anno tertio, *wonach derselbe also jedenfalls schon im J.* 1247 *sein Amt angetreten haben muss* [2]. 3*) Endlich, was jeden Zweifel beseitigt, hat Bœhmer Reg. Imp.* 1246—1313 *p.* 348 *aus Kreuser's Cölner Dombriefen p.* 376 *eine Urkunde d. d.* 1247, *October* 4. *apud Worinc (Woringen) registrirt, worin Bischof Otto von Münster in Verbindung mit vielen andern Bischöfen der neuerbauten Kirche des h. Cunibert in Cöln eine bestimmte Indulgenz giebt. Hieraus, in Verbindung mit dem Umstande, dass Papst Innocenz IV. in einem vom* 19. *November* 1247 *datirten Briefe dem* episcopo Monasteriensi *für seinen bei Erwählung König Wilhelms bewiesenen Eifer dankt (Mon. Germ. Leges II.* 364*), ergiebt sich der beachtenswerthe Umstand, dass Otto von Lippe, wenige Monate nach seiner Wahl zum Bischof von Münster, sogleich auch mit den Gegnern Kaiser Friedrichs II. sich verbündet und am* 3. *October* 1247 *zu Neuss, in dessen Nähe Woringen liegt, an der Wahl des Gegenkönigs Wilhelm von Holland sich betheiligt hat.*

*Unter diesen Umständen erregt dann aber das Actum der oben Nro.* 472 *gegebenen Urkunde Bischof Ludolfs:* Acta sunt a. 1247, IIII. Kalendas Octobris, pontificatus nostri anno XXII. *den höchsten Anstoss. Ebenso wie das anhängende Siegel das ächte Bischof Ludolfs ist, so trägt auch die Urkunde das volle Gepräge der Ächtheit. Hätte Bischof Ludolf am* 28. *September* 1247 *noch gelebt, so würde allerdings dieser Tag in sein zweiundzwanzigstes Pontificatsjahr gefallen sein, was er nach Menco's Zeugniss auch wirklich angetreten hat. Aber da er an jenem Tage nicht mehr am Leben gewesen sein kann, auch sein Nachfolger schon fünf Tage darauf bei der Wahl des Gegenkönigs thätig erscheint, so weiss man wirklich nicht, was man von der genannten Urkunde des Kl. Rengering halten soll. Man müsste sich denn mit der Annahme helfen, dass die darin bezeugte Thatsache allerdings von Bischof Ludolf ausgegangen — wie denn auch der Erzbischof Conrad von Cöln in einem Diplom vom* 27. *Mai* 1256 *(Kl. Rengering U.* 8.*) der*

---

[1] In Betreff dieses Zusatzes ist überhaupt festzuhalten, dass er dem Ende des 16. und nicht, wie Ficker l. c. will, dem 15. Jahrhundert angehört. Dies wird sowohl durch den Charakter der Schrift als auch durch den Umstand erwiesen, dass, als in der zweiten Hälfte des 16. Jahrhunderts das mittlere Nekrolog in einem andern Bande, Msc. I, 11. p. 419 sq., abgeschrieben wurde, dieser Zusatz dem Copisten noch nicht vorgelegen haben muss, indem er nur die älteste Aufzeichnung „Ludolphus — vicariorum" und die Randbemerkung „Ad vigilias — elevatum" in seine Abschrift aufnahm. Hieraus ergiebt sich dann weiter, dass die von diesem Zusatz gegebene Nachricht von Ludolfs Sieg über die Meinhövel und der Errichtung des Festes der victoria S. Pauli — in Betreff dessen ich vergeblich nach einer ältern Bestätigung geforscht habe, — deswegen, weil sie in dem Nekrolog des Doms sich eingetragen findet, keinen Anspruch auf höhere Glaubwürdigkeit hat, sondern meines Erachtens nur aus den sagenhaften Angaben geflossen ist, die die Bischofschronik l. c. p. 32 u. 33 in dieser Beziehung enthält. Während es also sonst feststeht, dass die Bischofschronik ihre ältesten und ächtesten Angaben dem Nekrolog des Doms verdankt, hat hier bei diesem Zusatz aus dem Ende des 16. Jahrhunderts, wie ich meine, das umgekehrte Verhältniss stattgefunden.

[2] Siehe unten Nro. 498. Ebenda Nro. 499. hat die im Orig. vorhandene Urk. des Kl. Nottuln gleichfalls zu 1249 den „annus pontificatus tertius".

*dem Kloster von Bischof Ludolf verliehenen Privilegien gedenkt, — dass die Beurkundung derselben aber erst unter seinem Nachfolger erfolgt sei und der bischöfliche Notar aus Versehen Ludolfs Regierung in die seines Nachfolgers hineingerückt habe. Aber ich kann hierbei nicht unerwähnt lassen, dass die ältesten Urkunden des Kl. Rengering überhaupt zu mannichfachem Bedenken Veranlassung geben, dass insbesondere der Inhalt des oben unter Nro. 473. abgedruckten Documents sich vollständig in einer 1253 ausgestellten Urkunde (Rengering U. 4) wiedergegeben findet, dass deren Schreiber des Bischofs Ludolf wie eines noch Lebenden erwähnt und sich den Anschein giebt, als wolle er die in jener, mindestens dem J. 1247 angehörenden Urkunde erwähnte Entscheidung vor dem Richter von Warendorf hier zum J. 1253 wirklich im Urtexte geben. — Diese oder ähnliche Zweifel mögen Erhard, Geschichte Münsters p. 125. bewogen haben, nach dem Vorgange von Kock, series epp. Monast. p. 103, den Tod Ludolfs in das Jahr 1248 zu setzen, welchem Beispiele dann Ficker M. G.-Q. 1. p. 33 und Mooyer Onomastikon p. 72 gefolgt sind.*

## 475.

Successit ei (Ludolfo) Otto secundus filius Hermanni de Lippia fratris domini Gerardi archiepiscopi Bremensis et domini Ottonis quondam Traiectensis episcopi apud Covordiam a Rodulfo et Threntonibus occisi. — *Menconis chron. l. c. p. 145.*

## 476.

* *Otto II., erwählter Bischof von Münster, bekundet die Verpfändung gewisser Ländereien seines Dienstmannen Godfried von Holnhorst an das Kloster Liesborn. 1247 vor dem 11. November. — Or. Kl. Liesborn U. 58; Abschr. Msc. I, 99. f. 32′; I, 101. fol. 25′; IV, 10. p. 42.*

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie electus universis presentem litteram inspecturis salutem in auctore salutis. Universitati vestre significandum duximus, quod cum Godefridus dictus de Holnhorst, ministerialis noster, pondere debitorum premeretur, . . . abbas et conventus Lesbernensis eius necessitati compatientes, duodecim marcas eidem prestiterunt, recipientes ab ipso in pignore agros domus, quam inhabitabat Gerhardus colonus ipsius, et reditus eiusdem domus, sex videlicet maltia Lippensis mensure, quam domum a nobis in feodo tenet, sub hac forma, ut quantum in oppido Lippensi proximo die fori ante festum Martini predicti solverint reditus, tantum de prefata descendat pecunia. Quod factum nos ratum habentes protestamur, quod nullus vel iure feodali vel titulo emptionis aut quocunque titulo in prefata bona succedet nisi prius XIIcim marce dictis . . abbati et conventui fuerint persolute. Actum anno M°. CC°. XL° septimo.

Das anhängende kleine elliptische Siegel, einen sitzenden Geistlichen mit einem offenen Buche auf dem Schosse darstellend und die Umschrift führend OTTO DEI GR. MONASTERIENSIS ELECTUS, hat sehr gelitten.

## 477.

* *Otto II., erwählter Bischof von Münster, überträgt einen ihm von seinem Bruder Bernhard von Lippe resignirten Zehnten dem Kloster Liesborn. (1247—1248). — Or. Kl. Liesborn U. 60; Abschr. Msc. I, 99. f. 52; I, 101. f. 28′; II, 203. p. 43.*

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie electus universis presentem litteram inspecturis in Domino salutem. Universitati vestre significandum duximus, nos decimam decem solidorum de sex domibus, videlicet in Muddinchove, Gelinctorpe, Hadikenhuvele et trium in Culinctorpe cum minuta decima quinque domorum . . . abbati et conventui Lesbernensi contulisse perpetuo possidendam. Quam decimam nobilis



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

vir B. de Lippa frater noster de manu nostra et ab ipso Widego miles ministerialis noster in feodo tenebat. Ipsam ergo decimam dicto Widegone in manus prefati fratris nostri et eodem fratre nostro in nostras manus vicissim resignantibus, nos intuitu retributionis eterne ipsam dictis . . . abbati et conventui petitione iam dicti Widegonis de consensu heredum suorum conferentes, contradictores quoscunque et rebelles excommunicamus. Testes huius rei sunt: Godefridus abbas Lesbernensis, Hildegerus prior, Herebordus cellerarius, Bertoldus et Reginhardus sacerdotes, Hartwicus plebanus eiusdem loci; laici Sifridus dapifer de Lippa, Bruno miles de Vrekenhorst et alii quam plures.

Das anhängende Electensiegel ist nicht zum Besten erhalten.

## 478.

** Sophie, die Wittwe des Grafen Otto von Ravensberg und Vlotho, bittet den Bischof Otto von Münster, die Hospitaliterbrüder (zu Steinfurt) in dem Besitz des ihnen von ihrem Gemahl vermachten Störfangrechtes [1]) nicht zu beunruhigen. O. J. (1247—1259). — Abschr. Msc. II, 13. p. 225.*

Venerabili domino O. Dei gratia Monasteriensi episcopo S. relicta domini O. quondam comitis in Ravensberg cum debita promptitudine quidquid potest obsequii et honoris. Cum intelleximus, quod piscaturam quandam, que storevanc dicitur, usurpetis, quam a domino meo et marito O. bone memorie comite de Ravensberg sibi plenam pleno iure legatam fratres hospitalarii cognoscuntur annis plurimis possedisse, reverentiam vestram rogandam duxi multipliciter et attente, quatenus propter Deum et mee supplicis petitionis intuitu dictos fratres proprietate ac possessione memorate piscature gaudere et uti libere permittatis, ut anima domini mei prefati O. remedio, quod ex talis elemosine collatione speraverat, non frustretur et ipsi fratres ad orandum pro salute nostra Dominum semper esse debeant promptiores.

## 479.

*Die Edlen Hermann von Lon [2]) und Ludolf von Steinfurt bestätigen den i. J. 1238 abgeschlossenen Vergleich in Betreff der Burg Lon. 1247 Steinfurt. — Siehe oben U. 352.*

## 480.

*«Donationsbrieff des Issingshoffs zu Ochtrup vom Graffen von Tecklenburg. 1247.» — Angeführt im notariell beglaubigten Repertorium der Urkunden der Johanniter-Commende zu Steinfurt v. J. 1720 Msc. VII, 2202. f. 7.*

## 481.

*Das Capitel des alten Doms zu Münster überlässt dem Edlen Ludolf von Steinfurt das Holtinc- und Woltinc-Gericht des Hofes zu Boclo. 1247. Münster. — Hier nach der Abschr. im Copiar des alten Doms, Msc. I, 61. f. 3; früher nach dem Original im Fürstl. Archive zu Steinfurt gedruckt [3]) bei Niesert U. S. V. p. 30.*

H. prepositus, B. decanus totumque capitulum veteris ecclesie sancti Pauli Monasteriensis universis presentem paginam inspecturis salutem in vero salutari etc. Noverint igitur universi, quod ego prepositus

---

[1]) Auf der Ems. — [2]) Wir bemerken hierbei, dass derselbe am 2. August 1246 dem Grafen Otto von Geldern sein Haus Bredevoort übertragen und von demselben als Lehn zurückempfangen hatte. S. die U. bei Pontanus hist. Gelr. p. 139.
[3]) Mit mehreren, den Sinn entstellenden Lücken.

et capitulum iudicium quod holtinc et woltinc dicitur sive iudicia que ad curtem Boclo pertinent, preter iudicium quod burrichte dicitur, nobili viro Ludolfo et heredibus eius de Stenvorde resignavimus [1]. Ita tamen, quod si mota fuerit ei questio a domino nostro episcopo, quod non credimus, et aliquo iure dicta iudicia ab ipso evicta fuerint, nos iam dicta iudicia in feodo eidem vel aliis quibuscunque voluerit nomine suo porrigemus, recompensatione nobis et ecclesie nostre facta in domo Wighardi de Woltorpe, quam cum dicta domo et eius pertinentiis et hominibus ad eandem pertinentibus nobis libere resignabit; similiter recompensatione nobis facta in decima que est persolvenda die decollationis Johannis Baptiste Oldenberge tempore misse que summa est novem [2] solidi et VI denarii, et minuta decima que est persolvenda de domibus Lamberti militis qui dicitur Dege et Bertoldi de Honholte et Arnoldi qui pertinet ad ecclesiam Horstmarie. Domus vero supradictas in iudicio quod vridinc dicitur dictus dominus L. et heredes sui infra annum aut ante resignabunt. Similiter supradictam decimam in manus episcopi Monasteriensis, ad quem proprietas pertinet, ut ecclesie nostre porrigat, resignabunt. Adiecto etiam quod dictus nobilis et sui heredes homines curie nostre Boclo pertinentes in nullo captiose gravabunt, nec iudicia supra dicta extra [3] septa curie exercebunt. Ut autem hec rata habeantur sigillum capituli nostri et L. [4] predicti nobilis duximus apponenda. Acta sunt hec in Monasterio, presentibus Hinrico preposito, Bernardo decano, Everharto, Alardo, Godefrido, Johanne custode, sancti Pauli canonicis; laicis vero: Johanne de Lecden, Hinrico de Havekesbeke, Woltero dapifero, Johanne de Bekeheim militibus et aliis quampluribus, anno incarnationis Domini M⁰. CC⁰. XLVII⁰.

## 482.

*Der Edle Bernhard von Lippe überlässt dem Kloster Marienfeld ein ihm und dem Edlen Heinrich von Arnsberg gehöriges Allodialgut in Middelsete.* 1247. — *Or. in zwei Ausfertigungen Kl. Marienfeld U.* 110 *u.* 113; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 16 *und* 16'; *nach U.* 113 *gedr. bei Kindlinger B. III. U. p.* 176.

In nomine Domini. Bernardus vir nobilis de Lippa cunctis pitacii [5] presentis inspectoribus in perpetuum. Volumus innotescere tam futuris quam presentibus, quod mansum in Middelsete, quem Heinricus vir nobilis de Arnesberg nobiscum communiter iure allodii possederat, quem et Wescelus de Grevene distractum quibusdam agris [6] nobis reconpensavit et eosdem in feodo de manu nostra suscepit, appropriavimus ecclesie campi beate Marie cum omni integritate, heredum nostrorum accedente consensu. Quod inquam pagina testimoniali declaramus. Huius rei testes sunt: Sifridus dapifer, Hermannus de Veltceten, Heinricus de Horst, Johannes de Hakenez [7]. Anselmus de Odelinchusen [8], Winandus de Hurde et alii. Actum anno Domini M⁰. CC⁰. XLVII⁰.

Nur an der U. 110 hängt noch das beschädigte Reitersiegel Bernhards.

## 483.

* *Der Edle Heinrich von Arnsberg vollzieht auch seinerseits die Übertragung des genannten Guts an das Kl. Marienfeld.* — Actum anno Domini M⁰. CC⁰. XLVII⁰. in castro Arnesberg, in presentia Godefridi comitis Arnesbergensis, Conradi burgravii de Stromberg, Jonathe de Hardeie et Gerlagi militum testium

---

1) „resignamus“ das Copiar. — 2) „summa CIX sol.“ Niesert. — 3) „infra“ das Copiar. — 4) „Lamberti“ das Copiar.
5) Soviel wie „epistola brevis“. — 6) „prope Vuchtlo“ U. 113. — 7) Fehlt U. 113. — 8) U. 113 schliesst folgendermassen: „Anselmus de Odelinchusen. Item Rodolfus de Burbenne, Godefridus Scule et alii quam plures qui aderant, quando videlicet misimus in possessionem fratres cenobii memorati ad forum quod vriethinc vulgo vocatur“.

probatorum. Item affuerunt Ambrosius et Everhardus monachi, qui mansum ad manum ecclesie susceperunt. — *Or. Kl. Marienfeld U. 111; Abschr. Msc. I, 106. f. 15'.*

Das gut erhaltene Siegel, einen Doppeladler vorstellend, mit der Umschrift SIGILLUM HENRICI NIGRI DE ARNESBERG, entspricht genau der Abbildung bei Seibertz U.-B. I. Tabul. I. Nro. 9.

## 484.

* *Die Gebrüder Hermann und Johann von Lippe veräussern einen Zehnten an das Kl. Marienfeld mit dem Versprechen, bei ihrem Lehnsherrn, dem Grafen Dietrich von Isenberg, dessen Resignation in die Hände des Bischofs von Münster bewirken zu wollen. 1247. — Or. Kl. Marienfeld U. 112; Abschr. Msc. I, 106. f. 72'; II, 43. p. 196.*

In nomine Domini. Fidelibus universis, quibus presentium tenor innotuerit, Lambertus iudex et scabinorum Lippensium universitas in perpetuum. Antiquorum sagax providit sollertia res gestas eternari testibus et scriptura. Itaque liquere cupimus, quod Hermannus de Lippa miles et frater eius Johannes de consensu ac beneplacito heredum suorum fructus decime in Borchvechtelere, quam de manu Theoderici comitis de Isenberg tenuerant, XXXVI[a] marcis ecclesie campi beate Marie Monasteriensis diocesis vendiderunt. Qui videlicet fratres una cum Hermanno de Ervete atque Hermanno de Letherdeslo data fide militari promiserunt, ut ante nativitatem Domini prefatum Theodericum comitem inducant efficaciter ad resignandum eandem decimam domino Monasteriensi episcopo, de cuius manu ipsam dinoscitur tenuisse. Quod si factum non fuerit, tres ex iam dictis militibus Lippam ingredientur non egressuri priusquam huiusmodi promissum fuerint executi. Sane hanc fidem Bertrammus de Hondorpe, Helengerus Rise et Achilles milites ad manum ecclesie susceperunt. Actum anno Domini M⁰.CC⁰.XLVII⁰, coram nobis in iudicio nostro, quorum astipulatione presens pagina roboratur. Testes autem sunt: Ludfridus prepositus, Bertrammus, Helengerus, Godescalcus de Horhusen, Heinricus Helengeri, Heinricus de Bennighusen, Werenbertus, Erlewinus, Hardwicus de Ulethen, Geremunt qui dicitur Monachus, Johannes de Stederdorpe, Theodericus de Claustro, Hermannus Visce, Bertoldus de Hukelhem et alii quam plures.

Das Siegel der Stadt Lippe ist sehr beschädigt.

## 485.

* *Der Propst Hugo von Kappenberg bekundet, dass der Ritter Alexander von Grevinghof der Kirche zu Werne einige Äcker geschenkt habe. 1247. Werne. — Abschr. Msc. II, 39. p. 57.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hugo Dei patientia prepositus in Capenberg omnibus hanc paginam visuris in perpetuum. Presencium tenore literarum protestamur, quod dominus Alexander miles dictus de Grevinckhof bone memorie agros quosdam iuxta Lippiam sitos, dictos Hamme, sibi attinentes pro remedio anime sue et suorum amicorum ecclesie nostre in Werne ad usus perpetuos fratrum nostrorum Deo ibidem servientium perpetualiter deputatos pia largitate donavit. Quam donationem bulle nostre impressione roboramus omnem eius temeratorem eterno anathemate ferientes. Testes horum sunt: frater Menricus de Vrendeberg; Richardus de Boyne, Conradus de Menninchusen, Ludolfus dictus Albus milites, Joseph, Hartmodus, Samuel sacerdotes, Renfridus, Hartbertus de Scollemere et alii quam plures. Datum Werne anno gracie M⁰.CC⁰.XLVII⁰.

## 486.

*P. Innocenz IV. schreibt unter dem 13. März 1248 aus Lyon an den erwählten* [1] *Bischof von Münster, dass er dem dortigen Domcapitel erlaubt habe, um dem Mangel an Priestern abzuhelfen, vier neue Domvicarien anzuordnen und ihnen die Einkünfte der zwei zunächst zur Erledigung kommenden Präbenden anzuweisen.* Datum Lugduni III. Idus Martii, pontificatus nostri anno quinto. — *Orig. Fr. Münster U. 74a; Abschr. Msc. I, 1. p. 403; gedr. z. J. 1247 Niesert U.-S. VII. p. 264.*

Die Bleibulle des Papstes ist abgefallen.

## 487.

* *Otto II., erwählter Bischof von Münster, bestätigt den Verkauf der von ihm lehnrührigen Güter Godfrieds von Holnhorst an das Kloster Liesborn. 1248. — Orig. in zwei Ausfertigungen* [2] *Kl. Liesborn U. 61; Abschr. Msc. I, 99. f. 32; I, 101. f. 25'; II, 203. p. 41; IV, 10. p. 42.*

† In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie electus. Universis Christi fidelibus in perpetuum. Quoniam ea que in tempore geruntur cum tempore transeunt et cito in oblivionem deveniunt, cautum est et salubriter provisum, ut quicquid inter homines memoria dignum geritur, ad posterorum noticiam vivaci litterarum testimonio transferatur. Noverint igitur tam futuri quam presentis evi fideles, quod conventione facta de certa pecunie summa inter ecclesiam Lesbernensem et Godefridum dictum de Holnhorst, ministerialem nostrum, super bonis in Holnhorst, que idem Godefridus et progenitores sui de manu nostra et antecessorum nostrorum iure tenuerant feodali, predictus Godefridus, cum esset sine uxore et liberis, prelibata bona in Holnhorst cum omnibus pertinentiis suis libere in manus nostras resignavit. Et nos eadem bona ad petitionem ipsius, ob spem retributionis eterne, de consensu capituli nostri . . . abbati et conventui Lesbernensi perpetuo contulimus possidenda, Ermendrude iam dicti Godefridi sorore et Wilhardo de Drevere marito eiusdem huic nostre donationi consentientibus, et cum resignatione in manus nostras facta renunciantibus coram nobis pro se et heredibus suis omni iuri, si quod eis in predictis bonis competere videbatur. Ut igitur hec rata et inconvulsa perpetuo maneant, paginam hanc inde conscriptam impressione sigillorum tam nostri quam beati Pauli cautum [3] duximus roborari. Auctoritate insuper Jehsu Christi et beatorum apostolorum Petri et Pauli et nostra omnem hec infringere attemptantem vinculo excommunicationis quousque resipiscat innodamus, hoc nichilominus statuentes et omnino volentes, ut predicta bona ab omni exactione cuiuscunque advocatie libera per fratrem ecclesie Lesbernensis conversum colantur. Testes huius rei sunt: Rotholphus abbas campi sancte Marie, Alexander prior, Burchardus cellerarius ibidem, Elbertus canonicus maioris ecclesie nostre, magister Arnoldus et magister Fretherieus notarii nostri, Thomas sacerdos capellanus noster; Albertus de Holnhorst de ordine militum Christi [4]; laici: Ludolphus de Wernen, Ambrosius de Aschove, Ricbodo de Walbeke, Johannes came-

---

[1]) Noch am 6. April 1248 heisst Otto „electus Monasteriensis“ in einer bei Schaten ad an. 1247 gedruckten Urkunde, wovon im Archiv des Fr. Paderborn das Original vorliegt. Indem Schaten diese folgendergestalt datirte Urkunde: „anno Domini 1247 in crastino dominice qua cantatur Judica, que fuit VIII. Idus Aprilis“ unter 1247 setzte, übersah er, worauf Dr. Perger mich aufmerksam machte, dass der Montag nach Judica wohl im J. 1248, aber nicht im J. 1247 auf den 6. April fällt, dass im letztern Jahr vielmehr dies der 18. März sein würde. Damit erledigt sich dann auch Schaten's weitere Deduction, wonach B. Ludolf von Münster schon im J. 1246 gestorben sei. — Wenn der Notar, der jene vom Erzbischof Conrad von Cöln gegebene Urkunde verfasste, den 6. April 1248 nach heutiger Rechnung noch dem J. 1247 zuschreibt, so liegt darin ein Beweis, dass er das Jahr mit Ostern (im J. 1248 den 19. April) anfing.

[2]) Wovon die eine, ursprünglich vom Bischof und dem Domcapitel besiegelte Ausfertigung überall das ę statt des einfachen e der andern hat. — [3]) „impressione sigilli nostri cautum“ schreibt die nur vom Bischof untersiegelte Ausfertigung. — [4]) Ein Tempelritter. Ducange s. v. führt die Urkunde eines Procurators dieses Ordens a. d. J. 1190 an, woran das Siegel die Umschrift führt: „Sigillum militum Christi“.

rarius noster, Wernherus consanguineus dicti Godefridi et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M⁰. CC⁰. XL⁰. octavo.

An beiden Ausfertigungen ist das Electensiegel Bischof Otto's erhalten.

## 488.

*Graf Otto von Bentheim bestätigt den Verkauf eines Hauses an die Johanniter-Commende zu Steinfurt.* 1248 *März* 26. — *Hier nach dem Abdruck bei Niesert U.-S. V. p.* 37.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Otto comes de Benethem etc. Noverint igitur universi tam presentes quam posteri, quod frater Rodolfus magister domus hospitalis sancti Johannis Jherosolimitani in Steinvorde ceterique fratres eiusdem domus a Conrado dicto Hyert milite et uxore sua Uda domum, que dicitur Dichus, cum omnibus suis attinentiis tam hominibus quam terris etc., pro triginta quinque marcis compararunt. Dictus vero Conradus miles et Uda uxor sua eandem domum Dychhusen, sicut dictum est, prefatis fratribus et domui in Steinvorde cum consensu patris sui et Ude matris sue libere et absolute assignarunt, sorores quoque antedicti Conradi militis, Frederunis et Uda, et ipsarum mariti, Everhardus de Bachlo miles et Wilhelmus Schonewethder, cum filiis et filiabus suis ceterisque heredibus suis omni iuri quod eis competebat vel competere poterat in prefata domo Dichhusen coram nobis et nostris ministerialibus et coram genero nostro nobili viro domino Ludolfo de Steinvorde suisque ministerialibus pure et absolute renuntiarunt etc. Data sunt hec anno Domini M⁰. CC⁰. XLVIII⁰, septimo Kal. Aprilis, presentibus Gerhardo et Bernhardo fratribus nobilibus viris de Drivorden, Conrado plebano in Saltesberg, Conrado capellano in Benethem, Everhardo de Quenedorp, Hermanno de Saterslo, Godefrido de Legeden, Heinrico dicto Palster militibus; Lefardo filio Ruten, Gerhardo dicto Anser, Hermanno de Scotthorpe, Reinero dicto Seynare et Eustachio dicto Anser et aliis quam pluribus.

## 489.

*Ein zwischen dem Kloster Varlar und der Stadt Coesfeld ausgebrochener Streit wegen der Beiträge der Klosterhäuser zu den bürgerlichen Lasten wird durch Vergleich beendigt.* 1248 *April* 25. — *Zwei gleichlautende Ausfertigungen a) des Propstes Liborius von Varlar für die Stadt, Or. in deren Archiv, copirt von Niesert Msc. III,* 28. *fol.* 1; *b) der Stadt für das Kloster, Orig. im Fürstl. Salm-Horstmar'schen Archiv; Abschr. Msc. II,* 19. *p.* 205; *aus letzterem der Druck bei Niesert U.-S. IV.* 195, *so wie der nachfolgende.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Thetmarus iudex, scabini, universitasque burgensium in Cosvelt omnibus hoc scriptum intuentibus salutem in Domino eternam. Quoniam questiones in iudicium deducte et legittime decise, ne per oblivionem processu temporis valeant suscitari, perpetuo scripto indigent roborari, ad noticiam omnium hoc scriptum intuentium volumus pervenire, quod nos diversarum causarum diversas questiones inter ecclesiam Varlarensem ex una parte et oppidum nostrum Cosvelt ex altera que iam diutius sunt agitate, — quarum una est de facto domini Hinrici quondam prepositi in Varlar, qui dictam ecclesiam ad solutionem VI solidorum, quotiens fierent exactiones vel tallie in oppido nostro, contradicente maiore parte capituli, minus licite quod conventus allegabat obligavit, altera est, quod dominum Liborium prepositum successorem iam dicti domini H. et capitulum Varlarense ad ratihabitionem eiusdem facti compellere nitebamur, — has videlicet questiones et alias sopivimus sub hac forma. Ecclesia Varlarensis singulis annis dabit civibus oppidi nostri III solidos Monasteriensis monete in pascha, et ecclesia erit ab angariis et perangariis, hoc est ab omni onere personarum et rerum, libera et absoluta, eo excepto, quod inhabitantes duo molendina, si cives fuerint, cum aliis nostris civibus talliis et exactionibus de rebus propriis subiacebunt; si autem conversus fuerit, tantum tenebitur ad vigilandum et fodiendum. Preterea

si molendino necessarium fuerit, ut operam suam utilius et commodius possit exequi, meatus aque per fossatum civitatis consilio scabinorum qui ad presens haberi poterunt circumferetur et emittetur. Ad reparandum vel edificandum ipsum molendinum, et ne maiora dampnum generet ecclesie vel gravamen, predicti scabini dum ad hoc invocati fuerint non habent contradicere, sed emissionem aque incontinenti fideliter procurabunt, prout ecclesie viderint expedire. Area autem que dicitur Pirikincwurth [1]) erit libera. Predictam pensionem trium solidorum dat ecclesia in favorem et dilectionem nostri oppidi, non iure communi; nam iure communi immunis est omnis ecclesia ab omni onere personarum et rerum, quia primo sub lege Mosaica, postea sub tempore gratie firmissime est liberata. Solvit etiam ad cautelam; dicit enim sacra scriptura «plus solet vereri quod specialiter pollicetur quam quod generali sponsione concluditur». Ut autem hec nostra ordinatio habeat firmitatem, presentem paginam sigilli nostre civitatis munimine confirmamus. Huius ordinationis testes sunt: Macharius plebanus sancti Lamberti in Cosvelt, Richardus cellerarius, Woltherus sacerdos; Bernardus de Witherden, Macharius de Caminata, Johannes Cobbinc, Pontianus milites; Thetmarus iudex, Johannes de Pothove [2]), Johannes filius Ide, Johannes de Thelden, Johannes de Graz, Bernardus Flos, Engelbertus de Gronlo, Conradus Bominc, Sigebodo, Ludolfus Gernandi fabri filius, Gerlacus Fullonis, Johannes de Alen et alii quam plures. Acta sunt hec anno gratie M°. CC°. XLVIII°. Datum in Cosvelt in die sancti Marci ewangeliste.

Das Siegel ist verloren.

## 490.

* *Graf Otto von Tecklenburg überträgt gegen eine Entschädigung den Deutschen Rittern zu Münster das Haus Goldink.* 1248 *September* 20. — *Or. Georgs-Commende U.* 4; *Abschr. Msc. I,* 76. *p.* 168.

Otto Dei gratia comes de Tekeneburg omnibus hoc scriptum visuris salutem. Notum facimus universis quod ad petitionem Thiderici militis de Horne, ministerialis nostri, et in honorem beate virginis proprietatem domus Goldink fratribus domus Teutonice in Monasterio contulimus. Insuper dictus miles proprietatem domus que Thisinkhus dicitur nobis in recompensacionem illius assignavit. In horum testimonium presens scriptum sigillo nostro fecimus roborari. Datum a. D. M°. CC°. XLVIII°. vigilia Mathei.

Das Siegel ist abgefallen.

## 491.

*Der Bischof von Münster Zeuge der Urkunde, worin König Wilhelm der Stadt Aachen ihre Rechte und Freiheiten bestätigt.* 1248 *October* 18. *Aachen.* — *Gedr. Quix Gesch. v. Aachen II. p.* 117. *Über das Datum vergleiche Böhmer R. J.* 1246—1313 *p.* 9.

## 492.

*B. Otto II. vergleicht einen Streit zwischen seinem Bruder Bernhard von Lippe und dem Kl. Liesborn wegen gewisser Äcker, die dieses den Bürgern von Lippstadt nach Weichbildsrecht verliehen hatte.* 1248. — *Or. Kl. Liesborn U.* 63; *Abschr. Msc. I,* 99. *f.* 13; *I,* 101. *f.* 201.

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus. Noverint universi tam futuri quam presentis evi fideles, quod cum cives oppidi Lippensis agros Liesbernensium, attinentes curti ipsorum in Waltorpe et domui

---

[1]) So die Urk. *a*; in *b* war dies Wort zerstört.
[2]) „de Pomerio" die Urk. *a*.

ipsorum in Sutherlage et manso eorum in Nortcapele, qui post motam litem inter ipsos et cives Lippenses libere eis in compositione fuerant relicti, iure quod vulgariter dicitur wicbileth conducere cepissent et nobilis vir B. de Lippia frater noster huiusmodi conductionem agrorum prefatis civibus inhibuisset, dictis abbate et conventu nostrum super huiusmodi impedimento auxilium implorantibus, nos ex officii nostri debito inter prefatam ecclesiam Lesbernensem et fratrem nostrum partes nostras ad bonum pacis interponere curavimus. Ad nostram igitur instantiam inter ipsos taliter ordinatum est, filio suo Bernhardo nichilominus ad hoc consensum adhibente, ut huiusmodi conductionem agrorum sepe dictus frater noster ratam habeat et de pensione eadem sextus tantummodo modius annone eidem fratri nostro assignetur, hoc distincto, ut si predicta pensio quocunque casu interveniente depereat ecclesie Lesbernensi, depereat similiter et fratri nostro, aut si alii aut plures agri in posterum forsan adiecti fuerint ad colendum, nichil amplius de eisdem quam sextum modium predictus frater noster requirat. Denarii autem, qui de singulis iugeribus predictorum agrorum aut in posterum forsitan adiciendorum pro decima dabuntur, integraliter cedent ecclesie Liesbernensi. Unde nos predictos agros Liesbernenses, qui in parrochia ipsorum ad iurisdictionem Liesbernensis . . . . abbatis spectante noviter ad culturam redacti sunt aut in posterum forsan in predicta parrochia de possessionibus eorundem Liesbernensium redigentur, ab omni alia decimarum prestatione tenore presentium reddimus immunes et contradictores quoscunque excommunicamus. Ut igitur hec omnia ecclesie Liesbernensi rata perpetuo maneant et inconvulsa, paginam hanc inde conscriptam inpressione sigillorum tam nostri quam beati Pauli necnon et dicti fratris nostri et uxoris eius Sophie cautum duximus roborari. Testes huius rei sunt: Thomas sacerdos capellanus noster, magister Fredericus notarius noster, Hinricus sacerdos notarius sepedicti fratris nostri; laici: Sifridus dapifer de Rethe, Hinricus dapifer de Valckenberg; castellani de Rethe et de Lipperothe: Alselmus [1]) de Othelinchusen, Rolandus de Frekenhorst, Hermannus de Hervethe, Hermannus de Letherdeslo, Andreas de Scorlemere, Themo de Voswikele [1]), Arnoldus de Provestinchove, Lambertus de Sutherlage et alii quam plures. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XL°. octavo.

Die Siegel des Bischofs [2]), des Domcapitels und Bernhard's v. Lippe sind erhalten, aber beschädigt; das Sophiens von Lippe fehlt.

## 493.

* *Eine Frauencongregation im Kirchspiel St. Ludgeri zu Münster gründet ihre Memorie in der dortigen Kirche.* 1248. — *Abschr. Msc. I,* 70. *p.* 33; *hieraus copirt Msc. II,* 13. *p.* 112; *IV,* 3. *p.* 184.

Decanus et capitulum sancti Ludgeri Monasterii universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in Domino. Presenti scripto protestamur et notum facimus universis, quod famule Dei de domo sua [3]), quam in nostra habent parochia in vico platee orientalis, spe divine retributionis et pro

[1]) So die Urk. — [2]) Welches er von nun an als ordinirter Bischof führt.

[3]) Eine geistliche Frauencongregation im Kirchspiel St. Ludgeri, die wohl später untergegangen sein mag. In dem Heberegister dieser Kirche aus d. J. 1302 Msc. I, 70. findet sich darüber folgende Notiz: „Infra civitatem, in parochia S. Ludgeri. In orientali platea . . . . item in vico, area sororum duo solidi qui dantur post festum omnium sanctorum, quando agitur memoria eorum". — Kindlinger Msc. II, 13. p. 112. bemerkt bei seiner Abschrift vorstehender Urkunde: „Geht die Congregation in Ringe an". Wohl aber mit Unrecht, wie ein späteres vor dem J. 1365 geschriebenes, l. c. vorliegendes Heberegister ergiebt, wo es zuerst von der ältern Congregation ganz in Uebereinstimmung mit unserer Urkunde heisst: „Item area sororum de veteri domo solvit duos solidos, qui dantur quinto die post omnium sanctorum; quos reditus sorores de dicta veteri domo perpetue dederunt canonicis de domo earum predicta, ut memoria earum die predicto in vigiliis et missa animarum per canonicos peragatur et ut dicte sorores, cum decesserint, in cimiterio canonicorum sepeliantur", dann aber in Bezug auf Ringe hinzugefügt wird: „Item area iuxta cimiterium S. Egidii in parvo vico solvit annuatim VIII solidos, de quibus dantur . . . . XVIII denarii in crastino omnium sanctorum pro memoria omnium

salute animarum suarum fratribus ecclesie beati Ludgeri duo solidos Monasteriensium denariorum singulis annis persolvendos contulerunt, ita quod sive plures sive pauciores, que in hac domo cohabitaverint, predictam pensionem persolvant. Nos vero devotionem considerantes et de benefactis suis vicem eis reddere volentes, ipsas sive omnes que eis pro loco et tempore successerint in plenam nostre fraternitatis suscepimus communionem, hoc modo: si alique de ipsis de cetero viam universe carnis fuerint ingresse, absque fertone qui pro sepultura claustralis cimiterii dari solet a conventu sepeliantur et earum dies octavus sive tricesimus longis vigiliis et missarum solempniis et XV gradibus et sepulchri visitatione, sicut moris est in nostra ecclesia, peragatur, annualis autem earum commemoratio et Gumperti presbyteri et Helenburgis ceterorumque eis benefacientium erit quarto die post festum omnium sanctorum quod est Nonas [1]) Novembris et tunc dandi sunt denarii supradicti, ut exinde hiis qui intersint et misse pro defunctis et vigiliis pia fiat consolatio. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°.CC°.XLVIII° hiis presentibus: Bertoldo decano, Frederico scolastico, Volcwino thesaurario, Weizelo, Theoderico, Francone, Wicboldo, Heythenrico canonicis, Godefrido sacerdote, Hermanno scolastico [2]), Wolthero dyacono, Hartwico campanario et aliis quam pluribus.

## 494.

*Der Edle Bernhard von Lippe und der Vogt Otbert bekunden, dass der Ritter Rudolf von Burbenne eine Rente von 4 Scheffeln, welche er aus dem Hause Holthusen an der Ems bezog, dem Kloster Marienfeld verkauft und dieselbe* ad forum vriethinc in loco qui Pratum dicitur *resignirt habe.* — Datum . . . anno Domini M°.CC°.XLVIII°, indictione VI. *Zeugen:* Godefridus de Hesnen, Gerhardus de Westerhorst, Anselmus de Odelinchusen, Hermannus de Ervete, Hermannus de Letherdeslo, Godefridus dictus Scule milites etc. — *Or. Kl. Marienfeld U. 114; gedr. Kindlinger Beitr. III. U. p. 177.*

**An wollenen Fäden hängt das Reitersiegel Bernhard's, auf welchem die Figur gut erhalten und künstlerisch beachtenswerth ist. Auch die Umschrift: SIGILLUM BERNHARDI DE LIPPIA lässt sich noch erkennen.**

## 495.

* *Tauschvertrag zwischen den Klöstern Marienfeld und Herzebrock. 1248. — Or. Kl. Marienfeld U. 115; Abschr. Msc. I, 106. f. 7.*

In nomine Domini. Cunegundis Dei gratia ecclesie Hersebroke abbatissa, Helena priorissa, Cunegundis thesauraria totusque ipsius ecclesie conventus etc. declarandum decrevimus quod clare gestum est et in luce, videlicet permutationem decimarum inter ecclesiam campi beate Marie ac nostram pro commodo utriusque factam, id est nos proprietatem decime que est super domum Meinlage, quam a nobis famulus quidam nomine Johannes ad manum cenobii campi sancte Marie susceperat, assignavimus perpetualiter eidem ecclesie, que versa vice nobis in recompensationem dimisit iure perpetuo decimam campi qui vocatur Abbencamp attinentem scilicet decime Herthe; et hoc de beneplacito atque collaudatione hominum ecclesie utriusque, quorum hec sunt nomina: Theodericus prior, Heinricus monachus magister operis, Johannes conversus de campo sancte Marie, item Eilbertus, Machorius officiales ecclesie nostre. Quod pagine huius indicio protestamur. Actum anno Domini M°.CC°.XLVIII°, indictione VIa, in facie monasterii nostri. Feliciter.

Das anhängende Siegel des Klosters Herzebrock hat gelitten.

---

fidelium animarum et sororum domus in Ringhe . . . . Item dicte sorores et baghine domus in Ringhe comparaverunt redditus dictorum XVIII denariorum in dicta area, ut in crastino omnium sanctorum memoria — sororum in ipsa domo decedentium — peragatur et ut dicte sorores et baghine, cum decesserint, in cimiterio canonicorum sepeliantur". Jedenfalls bestand also doch die Congregation Ringe schon vor dem J. 1365. — [1]) So d. Cop. — [2]) „scolarium" das Copiar.

## 496.

** Ein von Johann von Hagen an das Kloster Marienfeld verkauftes Grundstück wird von dessen Lehnsherren Arnold von Hagenbeke und Amelung von Lippe dem genannten Kloster übertragen.* 1248. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 116; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 135; *II,* 48. *p.* 209.

In nomine Domini. Rerum fit memoria testibus et scriptura. Itaque cunctis liqueat, quod Johannes de Hagen mansum in Huntincdorpe venditum cenobio campi beate Marie quinque marcis de consensu heredum suorum, videlicet . . uxoris et . . . . filiorum eius, resignavit cum ipsis pariter coram iudicio in Horne. Ad cuius facti comprobationem Johannes iudex eiusdem oppidi cum sigillo concivium suorum accęssit Lemego, ubi iam dictus Johannes Arnoldo de Hagenbeke, de cuius manu tenuerat in feodo mansum, resignavit eundem, et Arnoldus similiter domino suo scilicet Amelungo de Lippia et heredibus Amelungi. Qui Amelungus mansi huius proprietatem sex solidis acceptis iam dicto cenobio contradidit, et quia sigillum non habuit, sigillo cognati sui videlicet Bertoldi de Heindeneborch factum suum stabiliri petivit. Insuper prefatus Johannes sex denariorum redditus in manso eodem, quos de manu Bertoldi militis de Ezstincdorpe habuerat, resignavit eidem, quorum proprietatem idem Bertoldus pro quatuor solidis coram iudicio in Lemego ecclesie contulit memorate cum heredibus quoque suis. Nec pretereundum quod Arnoldo de Hagenbeke supradicto tres dati sunt solidi pro resignatione mansi iam dicti. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. XLVIII° in oppidis Lemego et Horne, quorum scilicet pagina presens est communita sigillis. Testes autem sunt: Johannes iudex de Horne, Theodericus Specht et consules ipsius loci; item Hermannus iudex de Lemego, Burchardus de Holte, Reinfridus de Ensincdorpen, Hermannus de Broke, Conradus Bocholt, Godescalcus Wineth, Heinricus de Gummere et alii.

Die Siegel der „oppidanorum in Hornen" und der „burgensium in Lemego", beide mit der Lippeschen Rose geziert, sind ziemlich gut erhalten [1]).

## 497.

** Ein Kappenberger Mönch übergiebt vier Eigenbehörige, die er sich bei seinem Übertritt ins klösterliche Leben vorbehalten hatte, jetzt seinem Kloster als Wachszinsige.* 1248. — *Or. Fr. Münster U.* 74.

Hugo Dei patiencia prepositus in Capenberg. Notum facimus tam futuris quam presentibus Christi fidelibus, quod Thancmarus frater noster quondam civis in Hammone, cum in conversione sua Gerwino dicto Pil militi consanguinitatis gratia conferret domum quandam dictam Lidedencke, mancipia eiusdem domus, videlicet Thitmarum, Hertmarum, Luthgardym, Methildym sibi et uxori sue retinuit, de ipsis quicquid vellet sicut prius habens liberam agendi potestatem. Postea vero idem Th. et uxor sua Wendelburgis pietatis affectu ducti circa predictos Thitmarum, Hertmarum, Luth. et Meth., cum penitus seculo renunciare decrevissent, proprietatis iugo ipsis indulto, eosdem de consensu ipsorum cum omni spe poste-

[1]) Beide Siegel hatte der Schreiber in der Art an die Urkunde befestigt, dass er das am untern Rande leer gebliebene Pergament umfaltete und die Siegelriemen hindurchzog. Um aber dieser Falte mehr Festigkeit zu geben, legte er in dieselbe einen Streifen Pergament von derselben Breite. Dieser Streifen war anscheinend aus einem Copienbuche entnommen und enthielt auf der einen Seite in der Breite geschrieben eine Abschrift von folgendem Briefe:

. . . . episcopus dilecto in Christo fratri W. abbati de campo S. Marie salutem in Domino. Significamus vobis quod Everardus lator presentium Domino inspirante sancte religionis habitui apud vos se subicere ferventer affectat et ab uxore sua de bona voluntate ipsius coram sacerdote suo de licentia nostra est separatus. Unde nos eidem testimonium perhibendo cum ipso et pro ipso supplicamus quatinus iuxta desiderium . . . . .

Der betreffende Abt ist entweder Winricus von 1219—1226 oder Wieboldus von 1226—1231. Die Rückseite des Streifens, in der Länge beschrieben, enthält Bruchstücke von Concepten zu Urkunden, unter andern auch zu der oben gegebenen.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ritatis eorumdem, ecclesie nostre pro animarum suarum remedio cerocensuales contulerunt. Igitur ut hec donatio plenum haberet firmamentum, supradictus G. et Rodolphus de Marboldinchusen, quia et ipse consanguineus erat Thancmari, non solum se nichil iuris in ipsis habere testati sunt, sed insuper omne ius proprietatis, quod ratione consanguinitatis postmodum ad ipsos devolvi posset, pro se suisque heredibus et omni cognatione sua coram nobis liberaliter manumiserunt. Nos autem donationem tam iustam gratanter accipientes, banno nostro sepedictos Th. Hert. Luth. et Meth. communimus, anathematis et excommunicationis vinculo omnem hominem innodantes, qui ipsos aliqua violenta invasione in rebus suis vel personis presumpserit molestare. Huius rei testes sunt: Gerhardus prior, Herimannus supprior, Bernardus celerarius, Bernardus, Gerwinus Pil, Rodolphus de Marboldinchusen, Antonius, Herimannus et alii quam plures de familia nostra. Datum a. D. M°.CC°.XL°. octavo.

Das Siegel des Propstes in braunem Wachse ist gut erhalten; ein zweites, wahrscheinlich das des Conventes, ist abgefallen.

## 498.

** Das St. Ludgericapitel entsagt seinem Eigenthumsrechte auf das Haus Bekehus. 1248 (1249) Januar 10. — Abschr. Msc. I, 70. p. 2; hieraus copirt II, 13. p. 97.*

Decanus et capitulum sancti Lutgeri Monasteriensis etc. Notum facimus universis, quod nos iuri proprietatis in domo Bekehus, sita in parrochia Amelincburen, quam nobis et ecclesie nostre Macharius et Bruno filius suus recognoverant et a manu nostra iure receperant feodali, acceptis ab eisdem quindecim marcis, renunciavimus, dictos fratres ab omni fidelitate et iure nobis et ecclesie nostre debita absolventes. Acta sunt hec a. M°.CC°.XLVIII°, festo sancti Pauli primi heremite.

## 499.

*Der Graf Ludwig von Ravensberg schenkt mit seiner Gemahlin Alheidis dem Kloster Marienfeld zum Ersatz für erlittenen Schaden [1]) das Gut Ebbedeslo. 1249 vor dem 15. Januar [2]). — Or. Kl. Marienfeld U. 117; Abschr. Msc. I, 106. f. 18'; II, 77. p. 211; gedr. Lamey Gesch. der Gr. v. Ravensberg Cod. dipl. p. 37.*

In nomine Domini. Lodevicus Dei gratia comes Ravenesbergensis et Aleidis comitissa uxor ipsius manifestum atque indubitatum esse cupimus modernis ac posteris, quod pro dampno quadraginta marcarum mansum in Ebbedeslo simulque Johannem colonum assignavimus ecclesie campi sancte Marie donatione perpetua de beneplacito heredum nostrorum, propter exigentiam vere iusticie nostrum hoc restaurum scripti presentis intersigno irrefragabili confirmantes. Anno Domini M°.CC°.XLIX°. Testes autem sunt: Rotgerus vicarius in Holthusen, Lutfridus cappellanus, Eggehardus dapifer, Sifridus de Brincke, Wernerus, Hermannus, Theodericus Matevrunt, Albertus Ubbeke, Sifridus Rufus, Wynemarus Wilteman, Gerhardus

---

[1]) Vielleicht in der Ravensberger Fehde des J. 1245. Vgl. oben Nro. 433 u. 451.

[2]) An welchem Tage Graf Ludwig nach dem Zeugniss des Marienfelder Nekrolog's starb, das in Betreff seiner grade die in vorliegender Urkunde gemachte Schenkung anführt, Msc. II, 76. p. 330: „XVIII Kal. Febr. Lodewicus comes qui contulit domum in Ebbedeslo". Dass aber dies Datum nur auf das J. 1249 Bezug haben kann, ergiebt sich sowohl daraus, dass Graf Ludwig noch am 25. März 1248 eine Urkunde Bischof Engelberts von Osnabrück unterschrieb (Lacomblet II. Nro. 324), als auch aus dem Umstande, dass er nach Ausweis der unten folgenden Urk. Nro. 503 den 11. Juli 1249. schon todt war. Auch stellte seine Gemahlin am 30. März dess. J. die unten folgende Urkunde für sich allein aus. — Diese Umstände zusammengenommen ergeben, dass der Schreiber des obigen Documents das Jahr 1249 nicht mit dem 25. März 1249, sondern mit Weihnachten 1248 begonnen hat.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Demon, Heinricus Vinke, et alii quam plures. Astiterunt quoque R. abbas, Th. prior, B. cellararius, Ar. hospitalis, qui mansum eundem a nobis ad manum ecclesie sue suscepisse noscuntur.

Die Siegel des Grafen und der Gräfin sind in sehr beschädigtem Zustande erhalten. Die weibliche Figur auf dem letztern hat zu jeder Seite einen Wappenschild.

## 500.

* *Papst Innocenz Privileg für die Cistercienserklöster* . . «auctoritate vobis presentium indulgemus, ut in parrochiis illis, in quibus vobis veteres decime sunt concesse, novalium quoque, de quibus aliquis hactenus non percepit, pro portione qua veteres vos contingunt, percipere valeatis.» Datum Lugduni III. Non. Martii, pontificatus nostri anno sexto (1249 *März* 5. *Lyon*). — *Nach einem Transsumpt d. J.* 1311 *copirt Msc. II,* 11. *p.* 87.

## 501.

*Abt Godfried von Liesborn verpachtet den Bürgern zu Beckum das Gut Walewich nach Weichbildsrecht, aber ohne dass bei Zahlung des Pachtzinses die* exactio aut collecta que vulgo dicitur scoth *in Abzug gebracht werden dürfe.* 1248 (1249) *März* 18. *Ohne Zeugen. — Zwei übereinstimmende Ausfertigungen a) des Abts für die Stadt, Or. in deren Archiv, Abschr. Msc. II,* 23. *p.* 75, *gedruckt Wigand Zeitschr. VI. p.* 265; *b) der* consules et universitas oppidi Bekehemensis *Or. Kl. Liesborn U.* 62, *Abschrift Msc. I,* 99. *f.* 19 *und* 67.

An der letztern Urkunde hängt das Siegel der Stadt Beckum, drei Stadtthürme, unter deren mittelstem in einem Medaillon sich das Brustbild des h. Stephan befindet. Von der Umschrift lässt sich noch erkennen: SIG(ILLUM BURGE)NSIUM DE BECHEIM.

## 502.

* *Alheidis, Gräfin von Ravensberg, erlaubt der Tochter des Villicus in Elslere das Bürgerrecht in Beckum zu gewinnen.* 1249 *März* 30. *Ravensberg. — Or. Fr. Münster U.* 75.

A(leidis) cometissa de Ravensberg omnibus in perpetuum. Noverint omnes quod nos admisimus, ut Alheidis, filia villici de Elslere, iure civitatis Bekehem potiatur. Ad hoc dominus Bernhardus de Lothere dapifer, dominus E. de Bermetlo, dominus Winemarus, dominus H. Matewrent et frater suus, dominus de Brincke, dominus Sifridus Ruffus, dominus W. Tothranc, dominus Al(bertus) Upbekin, Thetmarus Lupus, Lutceleman, Wicelus Ruffus, Everhardus de Barenhusen, Thrutbertus, Sifridus Ruffus, Wicboldus, Salendinus ministeriales nostri et Joh. de Busche et Heinricus Vinke nostri castellani assensum prebuerunt. Et ad omnem premissorum uberiorem firmitudinem presentes litteras sigillo nostro fecimus roborari. Datum in Ravensberg a. D. M°. CC°. XLIX°, feria tercia post diem palmarum.

Das Siegel ist abgefallen.

## 503.

*Der Edle Bernhard von Lippe löst als Vormund der minderjährigen Kinder des verstorbenen Grafen Ludwig von Ravensberg die an einen Münster'schen Bürger verpfändete Vogtei über das Kloster Borghorst gegen ein demselben verkauftes Gut ein.* 1249 *Juli* 11. — *Or. Fr. Münster U.* 76; *Abschr. Msc. II,* 77. *p.* 205; *gedr. Niesert U.-B. I.* 1. *p.* 375.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Nobilis vir Bernhardus dominus de Lippia tutor et curator pupillorum illustris viri domini Ludewici quondam comitis in Ravenesbergh, nec non et universi ministeriales eiusdem domini omnibus ad quos presens scriptum pervenerit salutem in eo qui salus est omnium et

solamen. Presentibus protestamur et notum facimus universis, quod nos de maturo et sollerti consilio, maxime pro absolutione advocatie in Borchorst, que Theoderico dicto Spect civi Monasteriensi et Elizabeth uxori sue pro ducentis marcis fuerat obligata, domum quandam dictam Broderinch, que ad ipsos pupillos proprietatis titulo pertinebat, quam et in possessione sua pacifice tenuerunt, eidem Theoderico ducentis et viginti octo marcis sex solidis minus vendidimus, tam sibi quam uxori sue nec non et heredibus eorundem cum omni iure suo perpetuo possidendam. Promisimus insuper fide data, ut si prenominatus Theodericus vel heredes ipsius aliquam de bonis ipsis habuerint questionem, nos eos per omnia et illesos servabimus et indempnes. Insuper iam dicta bona ipsis per manus nostras tradita coram domino Monasteriensi episcopo et in foro quod vriedinch dicitur, cum sollempnitate que ad hoc pertinet resignavimus et banno utriusque fecimus communiri. Ne autem huiusmodi venditio maligno alicuius inposterum consilio valeat irritari, presentem paginam venerabilis patris et domini Monasteriensis episcopi et capituli nec non et civitatis et nostro sigillis fecimus communiri. Acta sunt hec viris idoneis presentibus, quorum nomina subsequuntur: magister Frithericus et Hermannus de Ravenesbergh canonici ecclesie Monasteriensis, Bernhardus dapifer de Ravenesbergh, Egghehardus de Bermetlo, Sifridus de Brinke, Hinricus Vinke, Wernerus Matefrent, Hermannus Matefrent, Gerlacus de Rumpeshorst, Wennemarus Willeman, Sifridus de Uffe, Arnoldus de Odelinchusen, Themo de Voswinkele, Winandus Dancevot, Johannes Nicinc, Hermannus de Lederslo, Theodericus Matevrent, Hinricus plebanus de Hoswinkele, Johannes de Busche, Hinricus de Stenbeke, Johannes de Bure, Rotcherus Hadewich, Hermannus de Bilevelde, Thetmarus Lupus, Everhardus de Wattenschethe, Hermannus Herevest, Hermannus Tappe, Constantinus Todranch, Hinricus Rex, Arnoldus de Odelinchusen, Albero de Uffe, Johannes Puer, Wicholdus, Andreas et alii quam plures. Datum quinto Idus Julii, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo nono.

An grünen und rothen seidenen Fäden hängen die meist nicht gut erhaltenen, in der Urkunde angegebenen vier Siegel.

## 504.

*B. Otto II. bewilligt der Stadt Borken einen viertägigen vor und nach Michaelis zu haltenden Jahrmarkt. 1249 September 20. Borken. — Hier nach dem aus dem Original im Stadtarchiv zu Borken geflossenen Abdruck bei Nünning Monum. Mon. p. 235.*

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus universis, ad quos presentes littere pervenerint, nostram salutem in Domino. Noverint universi, quod nos ad instantiam scabinorum et concivium in Burecken ponimus liberum et annuale forum singulis annis apud Burecken observandum in vigilia beati Michaelis, ipsa die Michaelis et in crastino Michaelis et in festo beati Remigii. Hinc illos, qui ad predictum forum accesserint, sub nostram protectionem recipientes, prestamus eisdem accedendi et recedendi securum conductum, volentes ut in predicta vigilia beati Michaelis sit forum pecorum apud locum iam prenominatum. Ad huius igitur facti nostri et prenominati fori evidentiam et imposterum firmitatem habendam presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro fecimus communiri. Datum Bureken anno Domini M°.CC°.XL° nono.

## 505.

** Das Hospital zu Venne [1]) wird in Bezug auf Taufe und Begräbniss seiner Angehörigen von der Pfarrkirche zu Amelsbüren eximirt. 1249. — Orig. im Stadtarchive zu Münster.*

Willehelmus Dei gratia sancti Mauricii prepositus et archidyaconus in Amelincburen et Godefridus de Rechethe vicedominus ecclesie Monasteriensis omnibus in perpetuum. Sciant presentes et posteri non

---

[1]) Im Kreise Lüdinghausen zwischen Amelsbüren und Ottmarsbocholt.

ignorent, quod nos ducti pietatis affectu et proborum virorum precibus inclinati, de consensu et voluntate Lutberti pastoris in Amelincburen, hospitali beati Johannis, quod situm est in loco qui dicitur Vene in parrochia Amelincburen, auctoritate iuris nostri duximus indulgendum, ut sepultura et baptisterio gaudeat speciali, ea forma, ut sacerdos eidem loco deputatus homines morientes in domibus dicti hospitalis sepelire et parvulos ibidem natos licite valeat baptizare. Ut autem huius concessionis gratia hospitali iam dicto rata maneat et inconvulsa, presentem paginam exinde confectam sigillorum nostrorum et sigilli civitatis Monasteriensis munimine decrevimus roborandam. Acta sunt hec a. d. i. M°. CC°. XL°. nono.

Die drei in der Urkunde genannten Siegel sind ziemlich gut erhalten; von diesen führt das erstere, den h. Paulus darstellend, die Umschrift: S. WILLELMI PREPOSITI MONASTERIENSIS, das zweite aber S. GODEFRIDI DE REGKETHE CANONICI MONASTERIENSIS.

## 506.

* *B. Otto II. bestätigt dem St. Martinistifte einen von Gerlach von Brochus angekauften Zehnten.* 1249. — *Abschr. Msc. I. 71. p. 71; IV. 4. p.* 169.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Omnibus presentem paginam inspecturis in Domino salutem. Ad noticiam omnium tam presentium quam futurorum pervenire desideramus, quod Gerlacus de Brochus noster ministerialis et Metheldis uxor sua cum omnibus heredibus suis decimam in Wivelinctorpe, in parrochia Borchorst sitam, ecclesie sancti Martini Monasteriensi viginti sex marchis venditam sine alicuius contradictione in manus nostras sicut iuris erat resignaverunt. Nos vero eiusdem ecclesie diligentes incrementum, eandem decimam perpetuo possidendam liberaliter contulimus eidem. Decima autem hec est: Wivelinctorpe, vidua Uppe then ezche manens in bonis domni Henrici militis de Legden solvet XVI modios albe pise, VIII modios fabarum, IIII modios tritici per modum decimalem et II solidos. Bertrammus manens in bonis Hospitalariorum in Stenvorde VI modios pise albe, III modios fabe, alterum dimidium tritici, IX denarios. Rodolfus manens in bonis domni Rodolfi de Rene tantum reddet quantum Bertrammus. Hermannus manens in bonis domni Winandi Dancevotes sex modios albe pise, sex fabe, duos tritici et unum solidum, et isti omnes reddent minutam decimam. Hii deducent hanc decimam Muset [1]). Ne calumpnia superveniens huic facto preiudicium possit generare, presentem paginam sigilli nostri appensione fecimus roborari. Acta sunt hec anno dominice incarnationis M°. CC°. XLIX°, indictione VII, pontificatus nostri anno tertio, coram pluribus quorum nomina sunt hec: clerici Hermannus scolasticus, Bernhardus de Bilrebeke, magister Fredericus, maioris ecclesie canonici, Wicboldus decanus, Mathias scolasticus, Bernhardus custos, Heinricus, Wernherus, Fredericus sancti Martini canonici; laici: Conradus comes de Redekenberche, Albertus dapifer, Bernhardus filius suus, Fredericus miles de Menhuvele, Lambertus miles de Vreckenhorst, Johannes miles filius suus et alii quamplures.

## 507.

* *Jutta (von Holte), Äbtissin von Nottuln (und Metelen) überweist dem Kleideramte des Kl. Nottuln verschiedene Einkünfte.* 1249. — *Or. Kl. Nottuln U.* 15; *Abschr. Msc. IV. 1. f.* 211.

In nomine Domini. Amen. Jutta Dei gratia in Nutlon abbatissa omnibus .... notum esse volumus, .... quod cum conventus monasterii nostri Nutlon in vestitu sue professioni et sanctimonie apto propter tenuitatem rerum et redditwum sepius sustineret defectum, ad sublevandam ipsius conventus inopiam, pensionem

1) Vielleicht verschrieben statt „Munster“.

annone, quam solvit annuatim curtis Esthorpe, cum proventu molendini quod adiacet ipsi curti, et domum Westerrothe, que libera erit et ab omni successione absoluta quamprimum duas sorores adhuc eam ex gratia tenentes decedere contigerit, memorato conventui ad usus vestium pia largitione possidendas perpetuo contulimus et habendas; universis aliis appendiciis et usibus predicte curtis, quam a domno Godefrido milite de Sconenbeke de consensu et compromissione suorum heredum emptionis titulo legittime fuimus assecute, venerabili domno nostro Ludolfo Monasteriensi episcopo proprietatem huius curtis ecclesie nostre largiente, tam nobis quam postmodum nobis succedentibus sine questione qualibet permansuris. Igitur ut premissa permaneant ex hoc et in evum stabilia et ea infirmare non possit posteritas successiva, presentem paginam huius ordinationis testimonialem conscribi fecimus et cera nostra communiri. Venerabilis etiam in Christo pater et domnus noster Otto Monasteriensis ecclesie episcopus ad preces nostras inclinatus annuit benigne, ut ad maiorem huius scripti firmitudinem habendam impressionis sue auctoritas accederet et munimen. Acta sunt hec anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo nono, pontificatus nostri [1]) anno tercio, hiis presentibus: Godefrido decano in Nutlon, Rudgero plebano de Metelen, Adolfo eiusdem ecclesie canonico; militibus Thedhardo de Nutlon et Thiderico de Windeslere; famulis Johanne de Esthorpe et Bernardo de Rump et aliis quam pluribus.

Die beiden an bunten seidenen Fäden hängenden Siegel sind ziemlich gut erhalten; das des Bischofs Otto entspricht trotz seiner rohen und unkünstlerischen Zeichnung dem seines Vorgängers und trägt die Umschrift: OTTO DEI GRATIA MONASTERIENSIS ECCLESIE EPISCOPUS SECUNDUS. Unter dem Vorsprung, auf dem die Füsse ruhen, ist die Lippesche Rose angebracht. Vgl. Nünning Mon. p. 236. Das vorliegende Exemplar ist mit einem Rücksiegel, der h. Paulus mit dem Schwerte, als Secret versehen. — Das der Aebtissin, eine auf einem mit Greifenköpfen gezierten Sessel sitzende Nonne mit dem Kreuzstab darstellend, ist von ziemlich guter und richtiger Zeichnung. Von der Umschrift JUTTA DEI GRATIA A(BBATISSA IN) NUTLON AC IN METELEN sind die eingeklammerten Buchstaben abgesprungen.

## 508.

* *B. Otto II. schenkt dem Kl. Rengering den Rodzehnten in der Mark Milte* [2]*).* 1249. *Münster.* — *Or. Kl. Rengering U.* 3; *Abschrift Msc. I,* 108. *f.* 97'.

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus etc. [3]). Proinde notum sit universis tam futuris quam presentibus hanc paginam inspecturis, quod decimam omnium novalium in marchia Millethe ad honorem Domini nostri Jehsu Christi et pie genitricis eius virginis Marie in remedium anime nostre contulimus conventui ad librum sancte Marie in Rengerinc Cysterciensis ordinis feminei sexus. Preterea omnes redditus eiusdem conventus in Rengerinc cum omnibus suis attinentiis et domum in Cramvelde [4]) cum suis attinentiis a predecessore nostro Ludolfo episcopo pie memorie predicto conventui collatos, presenti scripto sigilli nostri testimonio roborato ratificamus et confirmamus omnem temerarium contradictorem vinculo excommunicationis innodantes. Datum Monasterii anno Domini M°. CC°. XLVIIII°.

Das Siegel B. Otto's ist beschädigt.

## 509.

*Der Dompropstei zu Münster* — que habito respectu ad dignitatem ipsius tenues et exiles redditus habere videbatur — *wird mit Genehmigung Bischof Otto's die Pfarre zu Telgte unter der Bedingung incorporirt, dass von deren Einkünften jährlich* 12 *Malter Weizen* [5]*) zur Vertheilung unter die Domherren*

---

[1]) Nämlich Bischof Otto's. — [2]) Nordwestlich von Warendorf. — [3]) Der Eingang so wie bei U. Nro. 472. — [4]) Die Urkunde Bischof Ludolfs in Bezug auf diese Besitzung ist nicht erhalten. — [5]) „medie mensure."

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

*kommen.* Acta . . anno d. i. MCCXLIX., indictione VII, presidente Romane ecclesie domino Innocentio papa quarto. — *Or. Fr. Münster U.* 77; *Abschr. Msc. I,* 1. *p.* 379; *II,* 7. *p.* 124; *gedr. Niesert U.-B. I,* 1. *p.* 402.

An bunten seidenen Fäden hängen noch die nicht gut erhaltenen Siegel des Bischofs, des Domcapitels und des Dompropstes.

## 510.

* *Propst und Convent zu Kappenberg bekunden die Stiftung zweier Memorien.* 1249. — *Or. Fr. Münster U.* 78.

H. Dei gratia prepositus in Capenberg totusque eiusdem loci conventus omnibus hanc paginam inspecturis. Notum esse volumus tam presentium universitati quam futurorum posteritati, quod fidelis noster dominus B. de Metlere sacerdos frater et concanonicus noster, divina spe per affectum preveniente et gratia per affectum subsequente, mansum quendam in Smickinctorpe, ad servicium fratrum ob sui et parentum suorum memoriam fideliter et devote singulis annis recolendam L. marcis Tremoniensis monete comparavit proprii industria laboris fideliter collectis et sollicite conservatis. Procurationem vero huius servicii fratrum consilio et benefactoris consensu ita ordinavimus, observandam sub anathematis vinculo districte precipimus, ut in anniversario et septenario et tricenario ipsius vigilie novem lectionum cum commendatione dicantur. Et in prima consolatione, id est in anniversario, decem solidi pro piscibus emendis et ama vini integraliter et sine diminutione exponantur. Item in memoria septenarii ama vini pro laboris sui remedio propinetur, et in eadem quantitate scilicet ama vini in tricenario fratrum labori subveniatur, singulis annis ipsam ordinationem inconcussam observantes. Scire etiam universitatem vestram dignum duximus, quod dominus Alexander de Sendene in memoriam sui et parentum suorum octo marcas ad consolationis gratiam nobis contulerunt [1]), quas ad compensationem veteris monete in novam comutande adiecimus, unde et in memoria anniversarii ipsorum habituri amam vini ipso die bibendam de predicta domo recipiemus. Ut autem hec rata semper et inconvulsa permaneant, auctoritate Dei et nostra secundum datam formam observari districte precipimus et sigillo ecclesie nostre totius conventus ordinationem roboravimus. Testibus annotatis: Gerhardo priore, B. cellerario, H. supprior [1]), A. custos, Samuel, Fredericus, Hinricus, Wilhelmus, Walconus, Heribordus, Johannes, Arnoldus, Rembodo, Giselbertus, Heribertus, Wicbertus, Ludolfus, Tomas et alii quam plures. Datum anno D. M°. CC°. XLIXI° [1]).

Das Siegel ist nur zur Hälfte erhalten.

## 511.

*B. Engelbert von Osnabrück verkauft einen Hof an das Kl. Marienfeld.* 1249. — *Or. Kl. Marienfeld U.* 118; *Abschr. Msc. I,* 106. *f.* 143'; *gedr. Kindlinger Beitr. III. U.* 180.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Engelbertus Dei gratia Osnaburgensis episcopus etc. declaramus, quod nos curiam Ruthinclo cum hominibus et omnibus attinentiis suis, quam a venerabili Hathewige abbatissa in Hirrike [2]) cum unanimi assensu capituli sui pecunia convenienti iure proprietatis ad nos pertinente comparavimus, ecclesie campi beate Marie titulo venditionis libere in perpetuum possidendam, uti accepimus, assignamus, terribiliter excommunicantes etc. Acta sunt hec anno Domini M°.CC°.XLIX°. apud Herthen in iudicio, quod dicitur vriethinc, cum plenaria warandia presens negocium sub regio banno confirmantes. Testes autem sunt: Ludolfus de Stenvorde, Sifridus dapifer de Rethe, Anselmus de Odelinchusen, Rodolfus de Borben, Godefridus abbas de Hersvithehusen, Rodoldus [1]) abbas, Theodericus prior.

Das Siegel hat gelitten.

---

[1]) So die Urkunde. — [2]) Herdecke.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## 512.

*B. Otto überlässt der Elisabeth von Stricket den Hof Puppingstede mit allen Gerechtsamen in der Nordbroker Mark 1249 (1250) Februar 15. Wolbeck. — Abschr. im Copiar des Kl. Bentlage; gedr. Niesert U.-B. I. II. p. 126 [1].*

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus universis ad quos presentes litere pervenerint salutem in Domino. Noverint universi, quod locus dictus vulgariter de Puppingstede in parochia Snetwinclo cum suis attinentiis damus libere cum nostro (et) nepotis Johannis comitis de Benthem suo consensu ad manus Elizabet de Stricket cum libera habitatione, et plenum ius in nostris et comitis iuribus prope Nœrtbrœckesmarcke et aliis scilicet crescentibus «eyne bloem wær dree quateer distwahr» perpetue possidendum et duraturum. Ad huius igitur facti evidentiam et in posterum firmitatem habendam, presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro fecimus communiri. Datum Waldbeke anno Domini M°. CC°. XL°. nono, in crastino Valentini martyris, coram testibus advocatis: comite de Benthem avunculo nostro, Johanne plebano in Northorne, Alberto dapifero nostro et aliis pluribus.

## 513.

** B. Otto II. überträgt einen Zehnten in Amelsbüren, womit bisher der Schenk Johann belehnt war, dem St. Ägidii-Kloster. 1250 April 9. Münster. — Or. Kl. Ägidii U. 29; Abschr. Msc. I, 81. p. 255.*

Otto secundus Dei gratia Monasteriensis episcopus universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit in perpetuum. Temporales successus perimunt gesta fidelium, que non confirmat vox vel stabilitas litterarum. Ea propter ad noticiam tam futurorum quam presentium volumus pervenire, quod nos decimam in parrochia Amelinburen sitam, quam Johannes pincerna de nobis in feodo tenuit, ipse et Johannes Cobbinc, frater suus Conradus et Godefridus filius fratris ipsorum in manus nostras resignarunt, quam nos de consensu capituli nostri cenobio sancti Egidii pro remedio anime nostre contulimus perpetuo possidendam et habendam. Ad huius igitur donationis supradicte decime evidentiam et firmitatem in posterum habendam, presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro fecimus communiri. Datum et actum Monasterii a. D. M°. CC°. quinquagesimo, V°. Idus Aprilis coram testibus subnotatis: Gozwino nobili viro de Gemene, Johanne preposito, Gozwino plebano de Bosensale, Lutgero sacerdote, Willikino camerario nostro, Johanne de Hesnen et aliis quam pluribus.

Das Siegel des Bischofs hat gelitten.

## 514.

** Ähnliche Urkunde in Bezug auf einen Zehnten in Senden. — 1250 April 27. Roxel. — Or. Kl. Ägidii U. 30; Abschr. Msc. I, 81. p. 279.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit in perpetuum. Cum ex officio ministerii nostri cunctis Christi fidelibus caritatis opus et pie devocionis exemplum perhibere teneamur, notum esse volumus, quod ad honorem Dei et ad sustentationem congregacionis ecclesie sancti Egidii in Monasterio decimam quandam in parrochia Sindene, quam nobilis vir Willehelmus dictus Ruce una cum filio suo Bernardo in manus nostras resignarunt, cum suis proventibus pio affectu contulimus eidem ecclesie perpetuo possidendam.

[1]) Vergl. meine Bemerkung zu Nro. 389. Auch hier ist der Text corrumpirt, — [2]) „fratrum" d. U.

Acta sunt hec a. i. D. M°. CC°. quinquagesimo, V Kal. Maii, in imnasio [1]) Rokeslere. Testes: comes Conradus de Rethberg, comes de Lon, Fredericus de Minhuvele, Gerlacus de Beveren, Albertus dapifer, Albertus de Billerbeke, Bernardus de Thetten, Crachto de Sindene et filius suus Bernardus et alii quam plures.

Das Siegel ist ziemlich gut erhalten.

## 515.

* *Das Magdalenen-Hospital kauft von Bernhard von Roxel gewisse Ländereien und erhält ihren Besitz von Bischof Otto bestätigt.* 1250 *Juni* 9. — *Abschrift im Copiar des Hospitals f.* 8.

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus etc. Noverint igitur huius pagine inspectores [2]), quod Bernhardus de Rokeslare noster ministerialis fratribus hospitalis agros quosdam, qui Wenemaresbrinch nuncupantur, pertinentes curti sue quam de nobis racione ministerialitatis tenet, cum nostro consensu pro novem marcis vendidit, quos ipse et uxor sua et pueri sui omnes in manus nostras resignaverunt et nos divine remuneracionis intuitu predictorum agrorum proprietatem hospitali benigne contulimus. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. L°, pontificatus nostri anno III, feria Va, in festo sanctorum martirum Primi et Feliciani [3]), presentibus viris honestis quorum nomina subnotantur: Brunstenus de Billerbeke, Elbertus et Hermannus de Vorste canonici maioris ecclesie, Arnoldus decanus sancti Ludgeri, Conradus canonicus in Wildeshusen, Godefridus provisor hospitalis; Albertus dapifer, Lambertus de Vrekenhorst, Andreas de Benetlaghe, Leo villicus de curte episcopi, milites; Lubbertus Clericus, Godfridus de Damme, Ludico Scilden, Wernerus cocus, Theodericus theolenarius, Theodericus et Wernerus filii Bernardi, Godfridus filius magistri Hartwici et alii quam plures.

## 516.

* *Ein Streit zwischen dem Ägidii-Kloster und dem Magdalenen-Hospital zu Münster wird durch die Schöffen des Rathhauses beigelegt.* 1250 *August* 23. — *Abschrift im Copiar des Hospitals p.* 15.

Oda Dei gratia abbatissa, Johannes prepositus totusque conventus sancti Egidii in Monasterio etc. Noverint igitur huius pagine inspectores, quod agri quidam pertinentes bonis nostris Vensochten, iacentes inter agros Macharii Bekehus [4]) attinentes, quos Macharius eo vivente de manu nostra pro sex denariis in pensione annuali racione conductus tenuit, quod [5]) postea contigit eundem Macharium bona in Bekehus vendere fratribus hospitalis, qui agros nostros cum agris suis iure Macharii voluerunt possidere. Unde dudum discordia inter nos versabatur, quam tandem de domo civium scabini totaliter sedaverunt et amice composuerunt, sicut ex appensione sigilli eorum patere potest, ordinacione tali, quod nos a fratribus hospitalis sex marcis acceptis, eisdem predictorum agrorum proprietatem libere vendidimus in perpetuum possidendam, et quicunque eos de predictis agris pulsaverit, ab omni infestacione et rancore liberos eos faciemus. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. L°, crastino octave assumptionis beate Marie virginis, presentibus viris honestis quorum nomina subnotantur: Cracht de Sendene, Bernardus iudex, milites; Godefridus Viltarius, Johannes Nycinch, Lambertus de Litbeke, Elbertus, Hinricus Juvenis, Gerwinus Dives, Lubbertus Clericus, Ecbertus Episcopus, Dithardus Parvus, Everhardus de Waltorpe, Henricus de Alen, Alardus, Albertus iuxta puteum et alii quam plures.

---

[1]) Ohne Zweifel für „gymnasio" oder „gimnasio", welche letztere Form schon oben U. Nro. 352 vorgekommen ist. Ducange giebt keine hier passende Erklärung, und die Bedeutung, die Wigand Archiv II. 338, gestützt auf die Worte einer Hardehausener U. v. 1279 „aream in qua situm est gimnasium quod dicitur gelderhus" für wahrscheinlich hält, nämlich, dass es das für die Klostergefälle bestimmte Haus gewesen, möchte wohl auf U. Nro. 352, aber nicht auf die vorliegende passen.

[2]) „inspecturi" d. C. — [3]) Im Jahr 1250 fiel der 9. Juni richtig auf einen Donnerstag.

[4]) „Bekehus" ist der Name eines Guts. Cfr. oben Nro. 498. — [5]) Die Satzbildung ist in dieser Urkunde verwirrt.

## 517.

** Das Domcapitel schenkt der St. Ludgerikirche zu Münster gewisse im Kirchspiel Rinkerode belegene Lehngüter. 1250 Sept. 5. — Abschr. Msc. I, 70. p. 27; hieraus copirt II, 13. p. 98.*

Wilhelmus Dei gratia Monasteriensis prepositus secundus etc. ad noticiam omnium tam futurorum, quam presencium volumus pervenire, quod nos proprietatem bonorum sitorum in parrochia Rinkenrothe, que Johannes, Hugo et Woltherus fratres de Haledorpe a nobis in pheodo tenuerunt, pro remedio anime ecclesie sancti Ludgeri Monasteriensis de consensu unanimi et voluntate capituli nostri donavimus possidendam iure perpetuo et habendam. Ad huius igitur donacionis evidenciam et in posterum firmitatem habendam, presentem paginam exinde conscriptam venerabilis domni nostri Ottonis [1]) secundi Monasteriensis episcopi, capituli et nostro sigillis fecimus communiri. Acta sunt hec Monasterii in facie capituli Nonas Septembris, anno Domni M°.CC°. quinquagesimo, venerabili vero domino Stephano decano et omnibus de capitulo collaudantibus.

## 518.

** B. Otto II. errichtet eine neue Präbende in der St. Ludgerikirche zu Münster. 1250 October 6. — Abschr. Msc. I, 70. p. 12; hieraus copirt II, 13. p. 97; gedr. Wilkens G. d. Stadt Münster p. 120.*

Otto Dei gratia Monasteriensis episcopus universis ad quos presentes littere pervenerint salutem in Domino. Constituti coram nobis in ecclesia S. Egidii Monasteriensis Johannes et Hugo fratres de Aledorpe, in manso Ekesbeke [2]) sito in parrochia Rinkenrothe quidquid iuris habebant vel eos contingere poterat, in manus nostras libere et simpliciter resignarunt. Nos vero de consilio capituli S. Lutgeri Monasteriensis et aliorum prudencium de dicto manso Ekesbeke prebendam sacerdotis perpetuo in dicta ecclesia S. Ludgeri deservientis instituimus et ordinavimus, ita videlicet, quod cum quatuor sacerdotes debeant esse in ipsa ecclesia, eadem prebenda una sit de quatuor sacerdotibus deservientibus in ecclesia memorata. Ad huius facti et ordinacionis evidenciam et firmitatem habendam presentem paginam exinde conscriptam sigillo nostro fecimus communiri. Datum Monasterii in octava Michaelis, anno Domini M°. CC°. quinquagesimo.

## 519.

*Der Ritter Rudolf von Burbenne verkauft einen vom Osnabrücker Domcapitel lehnrührigen Zehnten an das Kloster Marienfeld und entschädigt das erstere durch Überlassung zweier Häuser. 1250. — Or. Kloster Marienfeld U. 119; Abschr. Msc. I, 106. f. 149'; gedr. v. Ledebur Arch. XII. 380.*

In nomine sancte et individue Trinitatis. Engelbertus Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus etc. Agnoscant itaque tam futuri quam presentes, quod cum Rodolfus miles de Burbenne decimam, quam de manu maioris ecclesie nostre tenuerat, quinque videlicet domorum, quarum quatuor in parrochia Nienkerken site sunt et quinta in parrochia Rethe, solventium quatuor moltia Widenbrugensis mensure, XXXVII marcis distractam ecclesie campi beate Marie, a qua hanc pecunie summam acceperat, appropriare decrevisset, nec ipsam ab ecclesia nostra sine sufficienti valuisset restauro transferre, procuravit, ut due domus, una scilicet que dicitur Bekesete sita in parrochia Enen solvens sex moltia, alia vero in Dorphorne sita in parrochia Grevene que duo solvit moltia, loco decime pretaxate redirent, accedente utique consensu

[1]) Dessen besondere Bestätigungsurkunde für diese Schenkung „datum Monasterii in octava beati Michaelis a. D. 1250 pontif. anno quarto", sich ebenfalls im angeführten Copiar, Msc. I, 70. p. 29. findet. — [2]) „Eickenbeck".

eorum a quibus easdem in feodo habuerat domos, id est comitis de Tekeneburg, qui eam que est Bekesete in manus nostras resignavit, et Heinrici viri nobilis de Arnesberg qui dicitur Niger, qui similiter eam que est Dorphorne coram nobis exfestucavit. Acta sunt hec in castro Redekenberg anno Domini M°.CC°.L°. Testes autem sunt: Rodolfus abbas, Theodericus prior, Heinricus cellararius, Hermannus et Johannes sacerdotes capellani nostri; Rodolfus de Boklo, Hermannus de Nehem, Otto de Odeslo, Andreas de Bodering, Albertus de Vurtinchhusen milites; item Godefridus quondam iudex, Johannes iudex et alii sub quorum testimonio decimam prefatam assignavimus ecclesie campi beate Marie.

Von den ursprünglich vorhandenen zwei Siegeln ist nur das des Bischofs von Osnabrück erhalten.

## 520.

*Otto II., Bischof von Münster, bekundet dass er dem Kloster Marienfeld einen Zehnten in Borchvechtlere [1] übertragen habe, welchen sein Verwandter* (propinquus) *der Graf Dietrich von Altena [2] und sein Bruder der Edle Bernhard von Lippe von ihm zu Lehen trugen, und mit welchem Seitens des Grafen die Brüder Hermann und Johann von Lippe, und Seitens seines Bruders, Bernhard genannt Tukke belehnt waren.* Actum Monasterii a. D. MCCL. Testes huius rei sunt: Hermannus prepositus S. Pauli, Johannes maioris ecclesie tesaurarius, Godefridus vicedomnus, Bernardus S. Pauli canonicus, Thomas, Heinricus vicarius in Hoswinkel; item Fredericus de Menhuvele, Hermannus de Langen et Lambertus milites et alii. — *Or. Kl. Marienfeld U. 120; Abschr. Msc. I, 106. f. 72; gedr. Kindlinger Beitr. III. U. p. 181.*

An wollenen Schnüren hängen die Siegel Bischof Otto's und Bernhards von Lippe.

## 521.

** Otto II., Bischof von Münster, überträgt dem Kloster Kappenberg mit einem Mansen in Smikinctorpe, welchen Ludwig von Werne und dessen Brüder Everhard und Heinrich mit dem Beinamen Cortehals ihm in Wolbeck resignirt haben, zugleich auch den Colonen des Mansen Emelrich von Broke und dessen ganze Familie. Zeugen:* Wilhelmus prepositus, Stephanus decanus, Herimannus scolasticus maioris ecclesie in Monasterio, Thomas capellanus, Fridericus notarius et Arnoldus frater suus, Hugo prepositus, Bernhardus cellerarius, Bernhardus de Metlere; laici: Conradus comes de Redberge, Gotfridus burgravius de Regethe et Heinricus filius suus, Fridericus de Meinhovele et filius suus Rodolfus, Lubertus de Suansbule, Ludolfus de Werne, Lambertus de Vrekenhorst, Albertus dapifer et filius suus Bernhardus, Emelricus de Broke et frater suus Florentius, Richardus de Boine et frater suus Adolfus, Johannes de Cortenbroke, Heinricus Brewe et alii. Datum Capenberg, anno D. MCCL, indictione VIIIa. — *Abschr. aus d. Or. Msc. II, 45. p. 52.*

## 522.

** Otto II., Bischof von Münster, bekundet, dass dem Grafen Engelbert von der Mark die Vogtei des Klosters Kappenberg nicht als ein erbliches Recht, sondern nur durch die Wahl des Convents und auf Widerruf zustehe.* 1250. — *Hier nach Erhard's Abschrift des im Gräfl. Kappenbergischen Archiv beruhenden Originals; eben daraus von Kindlinger copirt Msc. II, 45. p. 53.*

Otto Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus. Quia tempora, ut ait apostolus, periculosa sunt, et quod ecclesiis Dei ad defensionis subsidium fuerat inventum, ad depressionis dispendium quandoque

---

[1] „Fechtel" jetzt in der Bauerschaft Mastholte, Kr. Wiedenbrück. — [2] Statt dieses alten Geschlechtsnamens, führt er in seiner über eben diese Verzichtleistung ausgestellten Urkunde v. 1251, (cfr. infra) den Titel eines Grafen von Isenberg. Er ist der Stammvater der Grafen von Limburg. Vgl. Ficker Engelbert d. H. Beilage.

retorquetur, fratrum Capenbergensium, quos in Christo sincere diligimus, paci et quieti prospicere cupientes, notum facimus universis hanc paginam inspecturis, quod cum essemus Capenberg, loco qui dicitur Bikinchusen Hugo prepositus et fratres de Capenberge obviam nobis venerunt. Quos cum comes Engelbertus, felicis recordationis comitis Adolfi de Marcha filius, qui et ipse presens aderat, coram nobis super advocatia Capenbergensi conveniret, idem Hugo prepositus et fratres qui secum aderant, de communi consensu sui conventus, nobis presentibus multisque audientibus, publice protestati sunt, quod nichil ei feodalis iuris vel hereditarie possessionis in predicta advocatia recognoscerent, sed tantum simplicem et gratuitam commissionem, quamdiu fratribus Capenberge Deo militantibus placeret et se utilem circa eos exhiberet et honestum, si vero eidem fratribus incommodus vel inutilis videretur, alium pro eo magis ydoneum assumendi liberam haberent facultatem. Hanc protestationem idem E. comes gratanter accipiens, exhibitionem tam gratuitam, tanto favore sibi exhibitam, apud iam dictos fratres beneficio et obsequio semper promereri et omni se amore dignum exhibere promisit. Nos etiam ad roborandam eiusdem ecclesie libertatem adiecimus, quod si sepe dictus comes aliqua violentia contra prefatam ecclesiam uti voluerit, si semel et secundo a nobis commonitus, ab invasione violenta revocari contempserit, nos et ecclesia nostra Monasteriensis, sicut tenemur, consilii et auxilii manum porrigemus. Liberam enim esse ecclesiam Capenbergensem ab omni iure advocatie, tam fundatorum ecclesie eiusdem, quam regum Romanorum privilegia protestantur. Ne ergo hec que coram nobis tam sollempniter celebrata sunt labente tempore labantur ab animo, presentem paginam sigilli nostri et ecclesie Monasteriensis, et comitis de Tekeneburg testimonio duximus roborandam, subnotatis testibus, quorum hec sunt nomina: Wilhelmus maior prepositus, Stephanus maior decanus, Johannes custos, Herimannus scolasticus, Godefridus vicedominus, maioris ecclesie Monasterii priores, Arnoldus de Marcha plebanus; laici: Otto comes de Tekeneburg, Bernardus de Lippia, Herimannus de Lon, Rabodo de Westerwinkele, nobiles; Godefridus de Rechede burggravius et filii sui Heinricus et Herimannus, Fridericus de Bozlare et Rodolphus filius eius, Albertus dapifer et Bernardus filius eius, Ludolphus de Werne, Adolphus de Boine, Richardus de Boine et Ludolphus eius filius, Herimannus de Altena, Gerwinus de Rinkenrode, et alii quam plures Datum anno Domini M°. CC°. L°.

Das Siegel des Bischofs ist, sowie das bekannte alte Siegel des Domkapitels mit dem Brustbilde des h. Paulus, sehr beschädigt. Beide sind mit rothseidenen Fäden angehängt. Von dem in der Urkunde angekündigten Siegel des Grafen von Tecklenburg findet sich keine Spur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN